



Example B

THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS
LIBRARY


580.1
L64s14

NATURAL
HISTORY
LIBRARY

1922
11/11

17110





Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

CAROLI A LINNÉ

EQVITIS

SYSTEMA

VEGETABILIVM

SECVNDVM

CLASSES ORDINES

GENERA SPECIES

CVM

CHARACTERIBVS ET DIFFERENTIIS

Linnaeus Carolus

EDITIO DECIMA QVARTA

PRAECEDENTE LONGE AVCTIOR ET CORRECTIOR

CVRANTE

IO. ANDREA MURRAY

EQVITE ORD. R. DE WASA

CONSILIARIO R. AVL. PROFESSORE MEDIC. ET EOTAN. O. IN ACAD. R. GOTTING.

PRAEFECTO HORTII R. BOT. SOCIETATVM SCIENTIARVM GOTTINGENS.

STOCKHOLM. VPSAL. GOTHENB. EI LVNDENS. MEDICARVM PARISIENS.

NANC. HAFN. ATQVE OECONOMICARVM BERNENS. ET CELL. MEMBRO.


GOTTINGAE

TYPIS ET IMPENSIS JO. CHRIST. DIETERICH

1784.

*Opera JEHOVAE magna!
exposita omnibus, qui delectantur illis;
gloriosum et decorum opus Eius!*

DAVID.



500.

L. 64514

V I R O

ILLVSTRI ET GENEROSISSIMO
NICOLAO IOSEPHO
DE IACQVIN

REI METALLICAE CONSILIARIO CAESAR.
BOTANICES ET CHEMIAE
IN ACADEMIA VINDOBONENSI PROFESSORI

QVI IPSE HOC OPVS NVMEROSISSIMIS
INVENTIS ET OBSERVATIONIBVS
CONDECORAVIT

I D E M

IN DOCUMENTVM OBSERVANTIAE ET
PERENNIS STVDII

D I C A T

IO. ANDREAS MURRAY.

449095

botany 1447020

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

DEPARTMENT OF ECONOMICS
ECONOMICS

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY



P R A E F A M E N

EDITIONIS XIV.

Distractis praecedentis editionis huius libri exemplis, de noua adornanda dispicere opus fuit. Ea primum prospiciendum erat indigentiae praestantissimorum auditorum, qui iam per duas fere aestates filo demonstrationum, quibus vaco, stirpium, caruerant, dein votis botanicorum exterorum satisfaciendum. Acquiescere vnice post decennium in recu-
denda editione XIII. eaque sphalmatibus typographi-
cis mundanda, sub tanta nouiter detectarum stirpium

et expolitionum in characteribus bene multarum vetustiorum vbertate, quae intra hancce temporis intercapedinem emerfit, defidis fuisset, nec de pomoeiis rei herbariae ampliandis solliciti. Etenim post illud tempus, quo b. LINNEVS, pater, Systemati perficiendo operam vltimam daret, frequentes in remotissimas et partim plane antea ignotas regiones peregrinationes a botanicis institutae sunt, quarum fructus vel peculiaribus libris vel dispersis per varia scripta, nominatim Societatum litterariarum commentationes, obseruationibus continentur. Nec inficiandum, etiam ex indigenorum Europae nostrae vegetabilium numero quaedam protracta, quae pristinae aetatis aciem effugerant. Quantae igitur accessiones in rem herbariam redundarunt nouae ex FORSKÅHLII itinere in Aegyptum et Arabiam, AVBLETII in Guianam gallicam et Insulam Franciae, SONNERATI in nouam Guineam et Indiam orientalem, BANKSII et SOLANDRI, et, alia peregrinatione, FORSTERORVM, in mare australe, SPARRMANI in Africam australem, THVNBERGII in eandem Africae partem, Zeylonam, Iauam, Iaponiam, PALLASII, GEORGII aliorumque naturae scrutatorum per amplissimam Rossiam. Quam multarum nouarum cognitionem debemus continuato IACQVINI studio, item seriori GOVANI operae. Haud parum augmenti quoque cepit numerus stirpium iis, quas in *Supplemento plantarum*

Brunsvigae a. 1781. edito vterque LINNEVS primum proposuit. Hosce reliquosque omnes et singulos fontes adire, protrahere reconditos thesauros, suisque oculis inferere, vt quousque hodie Florae dominium pateat, cognosceretur, vtut difficilis labor, non detrectandus tamen esset, modo non timendum, ne, si in transcribendi potissimum negotio res subsisteret, innumeris erroribus Pinax inquinaretur. In multarum enim stirpium descriptione vnum vel plura momenta deficiunt, sine quibus character constitui nequit. Saepè stirpes vt nouae in medium proferuntur, quas alius sagacior in summi LINNEI operibus detegit; licet nec hoc negauerim, existere pauculas aliquot stirpes ab eo memoratas, de quibus ob breuitatem descriptionum vix, nisi inspecta eiusdem collectione herbaria, iudicium ferri potest, prout olim variae BAVHINIANAE nonnisi simili illustratione extra dubium positae sunt. Grauitèr passim in LINNEI obseruationes insurgitur, quum tamen saepe aperte aliam stirpem intellexerit LINNEVS, aliam morosus vel sibimet solus placens censor. Ad hosce scopulos vitandos tutissimum omnino quidem est, non alias stirpes descriptas adoptare tanquam nouas, nec aliis animaduersionibus subscribere, quam quae comparationem cum ipsa praesente planta, de qua sermo est, sustinuerunt. Fac vero copiam nobis in hunc finem fieri posse tot rarissimarum vndique conquista-

rum plantarum, harumque quidem exempla perfectissima et iustum numerum suppeteret, ne Varietas imponat (quod dubito an fieri possit, nisi BANKSI operes cum eodem eius in plantas amore amice conspirent): plurimum sane annorum spatium requiritur, antequam sub hac lege ad finem operis peruenias. In harum defectu saepe vel ad fidem modo auctoris aliis notis comprobata confugere, vel iconem descriptioni adiectam in dignitatem plantae viuae surrogare, oportet. Fateor subsidiaria haecce adminicula lubrica saepe esse, et praesenti formidolosus discidia ex quarundam stirpium vel emendationum receptione aliarumque omissione, cuius rei rationes dari breuiarii angusti limites non concederent.

Hisce difficultatibus districtus contrahendi vela consilium inii, et, nisi opus omnibus numeris absolutum, vtile tamen, et praesenti necessitati accommodatum, nec praerogatiua prae reliquis eius editionibus destitutum, praestandi. Nam omnes et singulas stirpes ad hunc vsque annum detectas vna complectendi tanto minus ambitio me capere potuit, quum vel ex serioribus inclytis peregrinationibus multas adhuc in futurum tempus seruauerint BANKSIUS, FORSTERI, THUNBERGIVS, SPARRMANVS. Ut igitur mox in fronte noscatur, quosnam in tam amplo campo cancellos egomet mihi praescripserim, sic habeto. Quum ad nouam LIN-

NEANI operis editionem me accingerem, in iis aucto-
riis et emendationibus subsistendum credidi, quae vel
LINNEOS ipsos auctores habent, vel viros ex LINNEI,
patris, schola profectos vel et alios, qui, licet ab ill.
viri ore non pependerit, ad eius tamen praecepta
nouos prouentus memoriae prodiderunt fidemque ac-
curatione descriptionum et iconum sibi conciliarunt.

Secundum hasce leges *Supplementi plantarum* a iu-
niori LINNEO typis mandati ante omnia ratio habenda
fuit. Iuncta patris filiique opera hoc concinnatum esse,
tanto certius est, quum pater, duos fere ante
mortem annos Mantissam plantarum tertiam conscri-
bere sibi proponens, mihi plagulas manu scriptas tra-
dere promitteret curamque eius edendae, quod propo-
situm autem decrescens animi vis et subsequens tristis-
simus eius morbus suppressit, etiamsi iam cum biblio-
pola de pretio laboris pactus fuissim. Quid patri in
hoc sit proprium, quid filio, plerumque haud diffi-
culter ex tempore accessionum et adiectis botanicorum,
qui suppetias tulerunt, nominibus colligitur: aegrius,
quando haec indicia deficiunt, nisi ad mirabilem istam
artem respicias, qua callebat pater, aequae concinne
ac breuiter stirpes determinandi, et denominandi, quam
ipsam, si dicendum quod res est, eatenus non aequae
feliciter filius, aliis licet nominibus meritissimus, asse-

distributione molitus est cel. Professor in Dissertatione de
 Muscis, aliud quidpiam quam species nouas adiectas in
 vsum vertere. Nam multas in alia genera transtulit,
 quae iustius vetusta loca occuparent nominaque pristina
 tuerentur, quod et acutissimus harum stirpium scrutator
 cl. HEDWIG (*Hist. nat. musc. frondos. P. 2. p. 70.*)
 agnoscit. THUNBERGII opera multum ad perficiendum
 Systema hocce contulit. Vt enim silentio praeteream,
 quid eidem Supplementum debeat, opportune accidit,
 vt elegantissimae eiusdem Dissertationes *de Gardenia, de*
Protea, de Oxalide, de Ixia, de Iride, item tres aliae,
 quae noua genera plantarum proponunt, in lucem pro-
 diredent, item *Actis Academiae scientiarum* Stockholmiensis
 aliarumque Societatum litter. Suecicarum multae exi-
 miae obseruationes ab eo traderentur. Palmas eo sua-
 fore (*Vet. Acad. Handl. 1782. p. 286.*) in *Appendicem,*
 ob partes fructificationis non rite cognitae, olim abie-
 ctas, lubentissime in suas classes transmissem, modo
 characteres generis addidisset: nomina tamen generum
 in clauae classibus singulis praefixa significauit, et in ipsa
 Appendice lectores monuit. Tantum vero amicitiae
 dedit pereximius vir, vt quum eum, ne opus tarda-
 retur, de communicandis mecum characteribus *stirpium*
Iaponicarum nouarum ab illo in loco natali lectarum sol-
 licitarem, quos noueram prelo Lipsiae destinatos esse,
 eos manu sua chartae mandatos mihi mitteret. Haec
 dum

dum indico, grates simul agendae sunt cel. LESKIO, cuius cura THUNBERGII Flora Iaponica ibidem typis prodit, quod eiusdem per plagulas, prout prelo exirent, copiam mihi fecerit: sed ne disparitas in citatione esset, vbiuis codicem manu scriptum allegavi. In eo autem vnice discrepantiam lectores animaduertent, quod species Iaponicae ad Monoeciam, Dioeciam, Polygamiam, item Gynandriam in Systemate vegetabilium relatae, a THUNBERGIO per alias classes secundum numerum staminum dispersae compareant. *Aliorum quoque Suecicorum botanicorum* obseruationes notatu digniores in medium protuli, modo praegressum scrutinium id ferret. Addidi hisce *proprias meas*, ex *Commentationibus Societatis scient. Gotting.* petitas, bene multas, quibus pro scopo fuit vel nouas plantas, vel mance determinatas ab obliuione et ambiguitate vindicare.

Hisce omnibus subsidiis insigniter creuit stirpium numerus. Haud parum pretii autem libro decederet, si in eo nouae istae numerosae, quas IACQVINI opera feriora continent, desiderarentur, nimirum *Hortus eius Vindobonensis, Flora austriaca, Editio picta Historiae stirpium americanarum, Miscellanea austriaca* et *Icones plantarum rariorum*, quae omnia non elegantia modo iconum sed et descriptionum praestantia et fide inter primaria rei herbariae monumenta vt praesens aetas ita et postera referet.

Initium

Initium modo priorum duorum LINNEO patri perlustrare datum fuit, quanta auiditate, quanto applausu, id fecerit, et quam charum in vniuersum IACQVINI nomen illi fuerit, quauis data occasione declarauit. Sed pergendum erat in tramite semel calcato, et seriora inuenta ill. viri prioribus, suis locis, adiungenda. Qua in re quum id difficultatem pareret, quod amplioribus Horti Vindobonensis et Florae austriacae, aliquando et Miscellaneorum austriacorum, descriptionibus stirpium breues definitiones praefixae exstarent nullae: subuenit ipse hisce angustiis praestantissimus vir meoque rogatu characterum summas a se ipso concinnatas litterisque mihi oblatas publici iuris facere permisit. Historiam eius stirpium selectarum Americanarum coloribus viuis pictarum, cuius prima exempla a. 1781. vendebantur, ex editione a. 1763. enatam esse notum est, et pauciores modo plantas sub finem annexas. Hanc primam libri editionem qui cum recentioribus LINNEI scriptis conferat, offendet, licet plerisque ibidem designatis generibus speciebusque subscripserit, omisisse eum tamen nonnulla vegetabilia. Quum id sine dubio rationibus grauibus ductus egerit: non ab arbitrio meo pependit, renitente quasi LINNEO, cuius sensa praeprimis hic exprimenda, sub defectu plantarum examinandarum, et omisissis aliquando notis, quibus ad discrimina opus esse visum, exclusa adoptare. Circa
acces-

accessiones vero, post mortem immortalis praeceptoris a IACQUINO enumeratas, mea libertate et proprio iudicio vtilicuit. Id tamen simul monendum, etiam in reliquis eiusdem operibus extare aliquot paucas stirpes, quarum differentias specificas mecum non communicavit; vnde conicio, ill. virum postliminio mutasse suam de nouitate earum sententiam.

Quod ex amplo earum plantarum numero, quas FORSTERI in insulis maris australis indagarunt, et PALLASIVS in Rossia, nullas alias huic Pinaci inferuerim, quam quas Supplementum sistit, vel quas ipse in horto botanico examinaui, huius rei causa haec est, quod isti paucis exemplis exceptis in generibus tantum modo acquieuerint, hic differentias specificas addere neglexerit.

Haec, quae dixi, ad numerum stirpium, quo locupletata fuit haecce Systematis editio, praecipue pertinent. Quum vero et id semper animo meo infixerim, non minus esse meritum in re herbaria, notitiam stirpium iam cognitarum veriore vel faciliorem reddere, quam nouas detegere vel obliuioni datas in lucem protrahere: in haud paucis deflexi a pristinis effatis, animaduersiones numerosas generibus vel praecipue speciebus adpersi, et synonyma iconesque haud paucas,

quas,

quas inter feriores ex *Flora Daniica* et SCHREBERI *Historia graminum*, nouiter indicaui. In omnibus hisce et breuitati et paucitati studui, persuasus prolixitatem et copiam, quae a noua editione *Generum* et *Specierum* plantarum iure quodam exspectari possit, in breuiario, quale hocce Systema est, vitii potius nomine dignam esse. Nisi haec me tenuisset opinio, facile fuisset ex aduersariis et obseruationum et synonymorum iconumque citatarum numerum augere. Quicquid vero adiecerim; addito vel nomine, vel littera M. et si opus, praemissa lineola, notauit, idque non vanae ambitionis causa, sed vt ne errores, qui mei forsitan sint, LINNEO tribuantur; nec ii, quos LINNEVS in tantae difficultatis ausu aliquando non potuit euitare, editorem feriant. Nam rursus moneo LINNEI potissimum sensa, non mea, fuisse euulganda. Hinc et vt pristinus nexus inter hocce opus eaque, quae genera et species plantarum complectuntur, persisteret, seruaui numeros, qui ad vtrumque librum respiciunt, ex editione XIII. eo modo discrimine, vt speciebus numeros serie continuos praefigerem. Gottingae, d. XXIX. Aprilis a .MDCCLXXXIV.

PRAEFATIO

EDITIONIS XIII.

Exultat mens mea laetitia, in memoriam reuocans aurea ista momenta, quae in perillustri A LINNE, Equitis, confortione vere anni 1772. ineunte consumere mihi datum fuit. Eam tum in summo viro animi virium integritatem floremque, et illum in scientia sua locupletanda ardorem cognoui, quem iuuenis et auditor olim miratus fueram, qui iam vero perennans nouorum laetissimorum fructuum, in rem naturalem et medicam redundaturorum, spem alit; et illum simul in aduersarios, famae eius insidiantes, expertus sum in eo animum placabilem, et aequum in vniuersum de aliorum meritis iudicium, vt vel iniquissimus vel moro-

fissimus cenfor, haec audiens, in amorem eius rape-
retur necesse esset. Mihi vero eo in primis brevis ista
et iterata cum perillustri viro consuetudo fructuosa fuit,
quod de rebus multis, quae visae mihi antea in arte
erant ambiguae, sciscitari oraculum hocce contingeret;
quae dubia non ratiociniis lubricis, sed natura ipsa con-
sulta, in cuius sacra me ducendi vicinia gazophylacii,
in praedio eius Hammarby exstructi, opportunitatem
concesserat, dissipavit, destruxit.

Quum nihil hospiti suo, quicquid vel mentem vel
corpus recrearet, desiderare relinqueret: tum et eum
Systematis naturae Tomum conspiciendum dedit, qui
stirpes complectitur. Hunc ego videns multis egregiis
observationibus auctum, nec paucioribus emendationi-
bus expolitum, precibus sollicitavi perill. virum, vt,
quum duodecimae eiusdem editionis exempla a biblio-
pola distracta iam essent, de noua, hisce suppetiis in-
structa, typis mandanda cogitaret. Verum renuit per-
ill. Eques, regerens, se in posterum nonnisi supple-
menta vltimae editioni additurum. Tandem mihi vlt-
erius eum de commodis, quae inde rei herbariae acces-
sura essent, adinonenti, et tyronum artis, quorum
multi

multi pretio totius *Systematis naturae* deterrerentur, studium libro facilius parabili, accensum mirificeque letatum iri, forsitan paullo impudentius vrgenti, librum exactius limatum se mihi traditurum promisit, vt, quemcunque in vsum vertere eum vellem, facultas mihi suppeteret. Promissis stetit perill. vir.

Ego vero nolui priuatum hoc esse bonum, sed publici reddere iuris mearum partium duxi, confisus, gratiam non ab auditoribus modo, sed et a botanicis in vniuersum, me eo initurum.

Etenim in hac noua vegetabilium *Systematis* editione omnes nouae stirpes, siue genera siue species constituent, suis locis insertae continentur, quae postquam libri, *Genera et Species plantarum* inscripti, vltimo comparuerunt, a perill. viro detectae sunt, et antea in *Appendice Specierum plantarum*, in *Mantissis*, in *Supplemento tertiae Systematis naturae partis*, sparsim exhibitae. Hae variis recentius detectis nec ante rite cognitis speciebus auctae sunt. Accesserunt multae nouae observationes ad species quam plurimas, earundemque vel generum characteres crebro emendati. Varia et genera

et species in aptiora loca translata. Multa insuper synonyma curatius hic definita existunt.

Quum operae typographicae et propria libri amplitudine et variis impedimentis retardarentur, crebras accessiones et mutationes cl. vir mihi misit, quas fide suis locis inferui. Id porro meum esse arbitratus sum, vt, quantum fieri posset, nitidus et emaculatus in medium prodiret. Demum curauit, vt, quum, in prioribus editionibus nomina s. d. triuialia, nescio qua de causa, a typographo antea saepe abbreviata vel mutilata sifterentur, vnde tironibus difficultas crebro enata fuit verum nomen intelligendi, iam integra describerentur. Scr. Gottingae in horto botanico, feriis paschalibus a. MDCCLXXIV.





REGNUM. VEGETABILE.

FLOS est plantarum gaudium.

Tunc se novas, aliasque, quam sunt, ostendunt:

tunc variis colorum picturis in certamen usque luxuriant.

PLIN. XVI: 25.

1. **N**ATURA creata, continuato Semine, ope elementorum, modificat Terras in *Vegetabilia*, *Vegetabilia* in *Animalia*, vix contra; utraque resolvit iterum in *Terras*, circulo perenni aucto.
2. **VEGETABILE** est vita composita, absque motu voluntario.
3. **TRIBVS** Vegetabilium tres vulgo numerantur:
MONOCOTYLEDONES: Fruges: 1, 2, 3.
DICOTYLEDONES: Plantae: 4, 5.
ACOTYLEDONES: Cryptogama: 6, 7, 8, 9.
4. **GENTES**, e quibus incolae confluerunt, potissimum sunt:
I. **PALMAE PRINCIPES**, Indici, Spathacei spadiciferi, fluxi, eminentes celsitudine eximia, spectabiles caudice invariato simplicissimo perennante, coronati coma frondosa sempervirente, opulentes gazis fructuum opimis. *Hi Tributarii sunt animalium Primatibus, imprimis eorum Principi cohabitanti.*

2. GRAMINA. PLEBEII. Campeſtres, Culmiferi. Glumacel, Ruſtici vulgatiffimi, ſimpliciffimi, vivaciſſimi. conſtituentes vim roburque regni. et, quo magis mulctati et calcati, magis multiplicativi. *Hi tributarii ſunt. e vili penu. animalibus pluriſque phytophagis, horumque Cerealia imprimis eorum Principi hoſpitanti.*
3. LILIA. PATRII, Lucres, Bulboſi triarii, ſuperbientes veſtimentis fulgentibus feſtivis. *Hi paſcunt oculos condecorantque regnum venuſtate aulaeorum ſplendidiſſimorum.*

4. HERBAE NOBILES, Pratenſes, Annotini, Polymorphi. *Hi ornant regnum Structura admiranda, Sapore multiſario, Odore fragrante, Colore florido.*
5. ARBORES. PROCERES, Sylvatici, e Nobilium ordine perennantes caudice, ſtipati pedisſequis *Servis*. ſuſtentantes inauſpicato clientes *Paraſiticos*. *Hi attollunt capita, arcent Ventos, inumbrant Aeſtuan-tes, humidant inconſpicuo imbre, alliciunt Vocales, perficiunt Fruſtus; tanquam totidem Naturae Horti.*
MILITES armati Spinis Aculeisve, e Plantis utriſque adſcriptivi. *Hi arcent Mammalium hoſtium injurias.*

6. FILICES. NOVACCOLAE. Latebroſi, Stipitati, Dorſiferi, macri. *Hi praeparant poſteris Terram.*
7. MVSCI. SERVI, Hyemales. Imbricati. Calyptrati, Reviſcentes, Impaſti. loca omnia a prioribus relicta occupant numeroſiſſimi. *Hi Radices incolarum fovent: ne adurantur a Bruma Hyberna; ne exſiccantur a Sirio Aeſtivo; ne evellantur a viciffitudine Vernali; ne corrumpantur a Putramine Autumnali. Colligunt etiam pro dominorum peculio Humum daedaleam.*
8. ALGAE. VERNACVLI, Aquigeni, Squalentes, Redivivi, Abſtemii, Nudiſculi. *Hi inchoant culturam primam Vegetationis.*

9. FUNGI. NOMADES, Autumnales, Barbari, Denudati. Putidi, Furaces, Voraces. *Hi Flora reducente Plantas hyematum, legunt relictas earum quisquilias sordescere.*

5. TEXTURA vegetabilium e *Vasis succosis.*
Tracheis aëreis.
Utriculis secretoriis.

6. SUBSTANTIAE vegetabilium ex *Epidermide*, externe obducente *Corticem*, deponentem interiore latere *Librison*, fecedentem in *Lignum* annotinum rigidum, obducentes *Meddullam*.

7. PARTES Vegetabilium primariae tres sunt:

RADIX descendens, aquosa sorbens, *nutriens.*

HERBA ascendens, aërea spirans, *movens.*

FRUCTIFICATIO pandens, aetherea halans, *generans.*

8. RADIX terrenis humentibus inserta exferit *Radiculas* capillares, saepe superne concurrentes in solidum *Caudicem descendentem* sub terra, aut etiam *ascendentem* supra terram.

9. HERBA annua. aëreis commissa, constat *Hybernaculo*, *Trunco*, *Folio*, *Fulcro*:

HYBERNACULUM compendium Herbae totius, squamosum:

BULBUS e basibus Foliorum praeteritorum.

GEMMA e rudimentis Foliorum futurorum.

10. TRUNCUS, attollens Herbam Fructificationemque, (RAMI sunt Partes Trunci) est vel

CAULIS *Herbae* foliosus.

CULMUS *Graminis*: saepius geniculatus articulis inanibus,

SCAPUS *Radicis* aphyllus floriferus.

PEDUNCULUS ramus *Caulis* floriferus.

PETIOLUS ramus foliiferus, folio proprius.

STIPES a Folio non distinctus: *Palmis*, *Filicibus*. — item truncus *Fungi*.

11. FOLIUM expandens per aëra superficiem, volatile, saepe petiolatum.

FOLIOLUM partiale est Folii *compositi*.

FRONS Folium e stipite factum; in *Palmis* et *Filicibus*.

12. FULCRUM administrans pro Vitae necessitate:

STIPULA Foliorum, ad eorum basin, foliacea.

BRACCTEA Florum, ad florum pedunculorumve basin, foliacea.

PUBES vestiens villositate.

GLANDULA fecernens liquorem.

SPINA terminans *cornu* lignoso.

ACULEUS sparsus *ungue* cortici tantum inserto.

CIRRHUS scandens *filo*.

13. FRUCTIFICATIO temporaria, terminans, lege naturae spontanea dehiscens metamorphosi, ut substantia *Interna* pateat Flore et Fructu.

FLOS fit e *Calyce*, *Corolla*, *Staminibus*, *Pistillis*.

FRUCTUS e *Pericarpio* praegnante *Seminibus*, affixis *Receptaculo*.

14. CALYX Tegmentum exterius Floris e *Cortice*, cuius species 7.

VOLVA *Fungi*, lacera.

CALYPTRA *Musci*, cucullata.

SPATHA *Palmae*, vaginata.

GLUMA *Graminis*, saepius bivalvis.

PERIANTHIUM *Plantae*, corollae approximatum.

INVOLUCRUM *Plantae*, a flore remotum, saepius umbellae.

INVOLUCELLUM, partiale involucrium.

AMENTUM *Gemmaceum* imbricatum, commune.

15. COROLLA Tegmentum interius Floris e *Libro*.

PETALUM membranaceum: *Limbo* aut *Laminis*.

Tubo aut *Unguibus*.

NECTARIUM nectariferum proprium, mel promens.

16. STAMEN Viscus exterius e *Ligno*; *Genitale Masculinum*.

FILAMENTUM sustinens *Antheram*.

ANTHERA foeta granulato *Polline*, et hoc *Fovilla*.

17. PISTILLUM Viscus interius e *Medulla*; *Genitale Femininum*.

GERMEN Fructus rudimentum, inferius.

STYLUS a germine elevans *Stigma*, intermedius.

STIGMA roridum, pubescens, supremum.

18. PERICARPIUM *Germen* defloratum feminiferum.

CAPSULA membranacea, *valvis* dehiscens varie in variis.
 SILIQUA membranacea, *bivalvis*, futura utraque feminifera.
 LEGUMEN membranaceum, *bivalve*, futura altera feminifera.
 FOLLICULUS membranaceus, *univalvis*, latere dehiscens,
 a feminibus distinctus.
 BACCA pulposa, *Seminibus* distinctis.
 DRUPA pulposa, *Nucleo* osseo.
 POMUM pulposum, *Capsula* includente femina.
 STROBILUS imbricatus *Amenti* coarctati.

19. SEMEN *Ovum*, nova planta praegnans, deciduum, tunica-
 tum.

HILUM cicatrix umbilicalis.

COTYLEDONES bibulae placentam uterinam constituentes.

CORCULUM, novae plantae compendium, connectens co-
 tyledones :

e *Rostello* acuminato, deorsum germinante.

e *Plumula* imbricata, sursum excrecente.

PAPPUS interdum coronat semen.

ARILLUS interdum includit partialiter semen.

20. RECEPTACULUM: *basis* partes fructificationis connectens.

PROPRIUM unius floris.

COMMUNE pluribus *flosculis* sessilibus.

UMBELLA inter calycem et florem, elongatum in pedun-
 culos aequatos.

UMBELLULA partialis umbella.

CYMA umbella composita ramulis alternis.

SPADIX intra Spatham, praeprimis Palmae.

RACHIS Spicae Graminis, cui flores insculpti.

21. MACHINAE Vegetabilis substantia constat duplici contraria :

CORPOREA externa, includens, nutritiva, descendens, ter-
 renis adhaerens, studiose medullam incarcerans, duriu-
 scula, apice tenerrimo accrescens.

MEDULLA interna, inclusa, vivificans, basi deliquescentis,
 apice ascendens, multiplicatione divisibilitate termino-
 que infinita, in creatione accensa, a primordio occulto
 festinat lenteque versus minimam resistantiam ad sum-
 mum suum exitum; quo vero corporeum coarctans de-
 bilis, eo claustra citius referat metamorphosin subitura,

quaeque evasura sese cum corpore copulat, ut in novas dispergenda vitas circulus perennet.

22. GERMINATIO fit dispersis *Seminibus*, per *Hilum* absorbentibus aquam, unde rumpuntur membranæ a bibulis tumetibus *Cotyledonibus*, lactantibus *Corculum*, usque dum foetus *Rostellum* Radiculas exserat, quo erigatur *Plumula* accrescens in *Herbam* anni, terminatam *Gemma* supradecomposita.

23. VEGETATIO fit *Radiculis* sugentibus tincturam aquosam Humi. quae, calore quotidie addito, lente pellitur per corporei externi vasa, unde nutritio exterioris interiorisque plantae, exhalante superfluo, *Cortice* deponente ab interiore pariete *Librum*, quotannis secedentem in substantiam *Ligneam* (ex Annulis annotinis interstinctis Alburno, demum ab emarcidis inferioribus ramis subsistat) sustentaturam Caudicem adscendentem, intra cuius apices *Medulla* viva properat.

MEDULLAM concipio fasciculum e fibris Nerveis isocolem formantibus, in qua vis vitalis pellens rumpit extimos nervos. hinc divergentes, penetrantes corticem etiamnum subgelatinosum, ubi hi nervi medullares apice similiter multiplicantur in *Gemmas*. A dissecto, per hunc nervum, vase adscendente, impeditoque subtus adscensu humoris propulsi, extenditur corticale in *Folium*.

FOLIUM hoc, quod exercetur volatu ventorum, attrahit praeparatque (exceptis Parasiticorum, antea praeparatorum) humores, pagina superiore a luce electricum inspirat, pagina inferiore toridum perspirat, a casu nunquam renasciturum.

DECLARATUR vero Larva herbae, ubi Medullae major propulsio, quam includentis Corporei retentio, quo aperitur substantia *Corticis* in Calycem, *Libri* in Corollam, *Ligni* in Stamina, *Medullae* in Pistilla, terminante vegetationem nova vita, collectis filis in ultima Medullae *Semina*.

4. PROLEPSIS ficit Metamorphoseos Plantarum mysterium, quo Herbae Larva mutetur in *Declaratam* Fructificationem; Plantae enim est producere vel *Herbam* foliosam, vel etiam *Fructificationem*.

FOLIUM genuinum semper in sinu fovet Rami multiplicantis principium, sive actu, sive potentia tale; cumque Folium sit natum ob huius causam. nec vicissim, nequit existere Folium, nisi hoc principium perforaverit antea corticem, e quo ortum est, licet effectus ante suam causam manifestus.

GEMMA genuina est *Rami* futuri compendium, in quem demum explicabitur. Gemma semper constat *Squamis*, totidem Foliorum rudimentis, etiamnum (a futuro ramulo nondum elongato) approximatis. *Cumque* Folia sine Gemma existere nequeant, necesse est, ut Gemmae lateant in sinu cuiusvis squamæ gemmaceæ, confirmante autopsia, adeoque requit omnis Gemma aliud esse, quam corpus a foliis et gemmulis compositum. Sequitur itaque, ut omnis Gemma constet Foliis cum suis Gemmulis et hæc *Gemmulae* similiter ex minoribus squamis et gemmulis, et sic porro usque in quintam progeniem (ut in *Volvoce*), nec ultra, confirmante metamorphosi. Ergo Ramus foliosus praesentis anni, foetus sit ramulis omnibus per *quinquennium* prodituris, succedentibus semper novis ad extremos apices, in defoliorum, ad basin, locum, ut numerus quinaris perennet. Hoc fit in *Arboribus*, ubi medulla moratur a duriori substantia lignea: in *Plantis* annuis autem, ubi minor resistentia corporei laxioris versus medullam, valet haec brevius, absque mora gemmacea, exire in Flores; quodcumque enim valet propulsionem Medullae augere et inclusivam vim Corporei debilitare, id promovebit florescentiam.

FLOREM dum producat Arbor, Natura anticipabit quinque annorum progenies, simul tum prodituras, formando e foliis gemmaceis futuri anni *Bracteas*, sequentis *Calycem*, insequentis *Corollam*, consequentis *Stamina*, subsequens *Pistillum*, refertum Medulla granulata *Seminum*, termino vitae vegetantis.

25. **FLORESCENTIA** fitit Plantarum *Sponsalia* in Flore, (a) et *Nuptias* in Anthesi.

A 4

FLOS

(a) Sponsalia plantarum. *Amoen. acad.* I. n. 12.

FLOS, exuta Herbae Larva, prodit Plantâ declarata, interna, nuda et perfecta instar *Insecti* alligati, volitantis: *Coleopterati* Calyce, *Alati* Corolla, constantis folis *Visceribus* Genitalibus; *Masculis* staminibus ex Antheris *Testicularibus*, repletis Polline *Genitali*, continente *Fovillam* vivificantem, et *Feminis* Pistillis ex Germinis *Ovario*, terminato Stigmate *vulvifero*, tecto *Pube* tubulosa, resudante *Lympham* *genitalem*.

ANTHESIS peragitur, dum Antherae ruptae spargunt suum *Pollen* vesiculare supra *Stigma*, quo efflat hoc inclusam *Fovillam* masculam, absorbendam a *Lympha genitali* feminea resudante, ut corporeum masculum addito Femineo medullari conficiat *Ovum*, in justam maturitatem fovendum intra Ovarium.

26. PRINCIPIUM Fructificationis, Fundamentum Botanices, est altius repetendum.

PROBLEMA: Supponas D. O. O. in primordio e simplici progressum ad composita; e paucis ad plura! adeoque a primo Vegetabili principio, tot tantum creasse plantas diversas, quot *ordines Naturales*. Has ordinum plantas, IPSUM dein ita inter se generando miscuisse, ut totidem exorirentur plantae, quot hodie distincta existunt *Genera*. Naturam dein Genericas has plantas, per generationes ambigenas (quae structuram floris non mutant) inter se miscuisse et multiplicasse in *Species* existentes, quotquot possibiles, exclusis tamen e numero specierum, ab eiusmodi generatione productis Plantis *Hybridis*, utpote sterilibus.

GENUS itaque omne est naturale, confirmante natura, saltum non faciente.

CHARACTER ergo non constituat umquam genus, sed sedulo secundum Genus naturae conficiendus est.

PLANTAE congeneres sunt quoad genus dignoscendae e planta declarata, cum generatio ambigena illibata relinquat Fructificationem; sed distinguendae in specie secundum Herbam a sociis sororibus, diverso patre productis.

DIAGNOSIS sic plantae consistit in affinitate *Generis* et in discrimine *Speciei*.

NOMEN plantae itaque, ut utramque diagnosin indigitet, duplex erit: *Genericum* Cognomen gentilitium.

Specificum Praenomen triviale.

sub hoc vero *Synonyma* vaga auctorum.

BOTANICUS, sequendo *Classificationes*, per *Characteres* plantae declaratae ducitur ad *Genus* nominatum; per *Differentias* Larvae ad *Speciei* appellationem; inde ad huius *Synonyma*; ex his ad *Auctores*, exinde ad *omnia*, quae de obiecto quaestionis, seculi beneficio, ad nos pervenire. Sic dicat ipsa planta suum Nomen, suamque Historiam in tanta multitudine specierum, imo individuum; hoc finis Botanices primus, seculi nostri inventum, in quod perficiendo defudabunt omnes Botanici veri.

27. **BOTANICUS** *verus* defudabit in augendo amabilem Scientiam :

DESCRIPTIONES Fundamentales conficiat verbis characteristicis, Plantarum imprimis obscuriorum, rariorum novarumque, ad normam Delineationis plantae, quales *Filius*, et cl. *Schreberus* in *Decuriis*.

FIGURAS, si poterit, addat, quae representent Plantam perfectam, quales dedere *Vaillant*, *Dillenius*, *Ehret*, *Jacquin*, *Trew*, *Schmiedel*, etc.

DIFFERENTIAS specificas eruat compendiosas propriissimasque.

SYNONYMA auctorum conquirat, imprimis selectiora; uti *Hallerus*.

GENUS naturale semper *Speciei* praefigat, et ubi novum, *Characterem* naturali definiat ex omnium partium fructificationis situ, figura, numero, proportione.

SPECIES vagas novasque ad certa genera referat, uti *Tournefort*, *Plumier*, *Brownne*, *Jacquin*.

ORDINEM naturalem, ubi patet, indiget.

STATIONES cujusvis plantae notet, ideoque plures *Floras*, ubi licet, producat, imprimis *Australes* et *Exoticas*.

PROPRIETATES observet, quales *Duratio*, *Seminatio*, *Gemmatio*, *Vernatio*, *Aestivatio*, *Nuptiae*, *Frondescientia*, *Calendarium*, *Horologium*, *Somnus*, *Qualitates*.


USUS addat, quales usus *Naturae* (*Panis Pandoraeque*) *Medicus*, *Oeconomicus* etc. et quaecunque in his cedant imprimis in gloriam Auctoris et in commodum generis Humani, ut posteri demum obambulent in serena luce.

BOTANOPHILI Vallacés, Ephebi, Hirquitallientes:

- Leges Artis proclamant, antequam Naturales didicerint.
 Absonos extollunt, Praestantiores rodunt zelo stomachoso.
 Compilant furtim aliena, propria vix detegunt.
 Grano eruditionis reperto stentorii ebuccinant.
 Methodum naturalem sibi notam crepant.
 Genera arbitraria esse asseverant.

*Dedisti mihi DOMINE artem,
 meam mercedem,
 et in illa laudabo nomen Tuum.*

DAVID.



DELINEATIO PLANTAE.

I. THEORIA.

- GENUS.** Nomen *selectissimum*.
 Character naturalis, essentialis, artificialis.
 Classis Ordôque *Systematis praestantissimi*.
 Ordo naturalis *demonstrandus*.
- SPECIES.** Nomen *triviale*.
 Differentia specifica *demonstranda: certissima, brevissima*.
 Synonyma *ex Descriptione s. Figura selecta; vernacula*.
- CRITICA.** Etymologia nominis *generici, specifici*.
 Inventor *cum tempore*.
 Eruditio *Historica, Critica, Antiqua*.

II. DESCRIPTIO.

- RADIX** *duratione* annua, biennis, perennis.
figura a. fibrosa, ramosa, fusiformis, praemorsa.
 b. repens, articulata, dentata.
 c. globosa, tuberosa, fascicularis, palmata.
 d. bulbosa: (granulata), tunicata, solida, squamosa.
- TRUNCUS** *specie* Caulis, Culmus, Scapus, Stipes.
duratione herbaceus, suffruticosus, fruticosus, arboreus.
 solidus, inanis, fistulosus.
mensura a. (proportio ad folia reliquasque partes.)
 b. crassities *ex simili notissimo*.
directione a. erectus, strictus, rigidus, scandens, volubilis, repens,
 laxus, obliquus, ascendens,
 declinatus, incurvatus, nutans,
 diffusus, procumbens, stoloniferus;
 b. sarmentosus, radicans, repens.
 c. geniculatus, flexuosus, scandens.
 volubilis: *sinistrorsum, dextrorsum*.
- figura*

- figura* a. teres, semiteres, compressus, fistulosus, anceps, 3-10angulatus, acutangulus, obtusangulus.
- b. 3-6gonus, 3-5queter.
- vestitu* nudus, aphyllus, foliatus, vaginatus, squamosus, imbricatus,
- Superficie* a. suberosus, rimosus, tunicatus, b. laevis, striatus, sulcatus, canaliculatus, c. glaber, scaber, muricatus, tomentosus, villosus, hispидus, aculeatus, spinosus, urens. d. stipulatus, membranatus, bulbiferus.
- compositi-
tione* a. enodis, simplicissimus, simplex, integer. b. articulatus, prolifer, dichotomus, brachiatus. c. subramosus, ramosus, ramosissimus. d. virgatus, paniculatus, fastigiatus. e. patens, divaricatus.
- RAMIS** a. structura Caulis, Frondis. b. alternis, distichis, sparsis, confertis, oppositis, verticillatis. c. erectis, coarctatis, divergentibus, divaricatis, deflexis, reflexis, retroflexis, fulcratis. d. altitudine caulis; longis, brevibus, patentibus.

FOLIA

- determinatione loco* radicalia, caulina, ramea, axillaria, floralia,
- numero* unicum, duo, tria, pauca, plurima.
- situ* a. alterna, disticha, bifaria, sparsa, conferta, imbricata, fasciculata, bina, terna, quaterna, quina, confluentia, approximata, remota. b. opposita, decussata, stellata.
- directio-
ne* a. erecta, stricta, rigida, adpressa, patentia; patentissima, assurgentia, inflexa, reclinata, recurvata, revoluta, dependentia. b. obliqua, adversa, verticalia, resupinata. c. submersa, natantia, radicante.

- infertio-* a. petiolata, peltata.
ne b. sessilia, adnata, coadunata, decurrentia, amplexicaulia, perfoliata, connata, vaginantia.
- structura figura* a. subrotunda: orbiculata, ovata, ovalia.
 b. oblonga, parabolica, cuneiformia, spatulata.
 c. rotundata, lanceolata, elliptica, linearia, acerosa.
- angulis* integra. 3-5angularia, deltoidea, rhombea, trapeziformia.
- sinibus* a. cordata, reniformia, lunata, sagittata, hastata, panduriformia, runcinata,
 b. fissa, 2-5loba, 2-5lida, 3-5partita, palmata, lyrata, pinnatifida, sinuata, laciniata, squarrosa.
- marginē* a. integerrima, crenata, ferrata, ciliata, dentata, spinosa, cartilaginea.
 b. repanda, lacera, erosa, daedalea.
- apice* a. obtusa, emarginata, praemorsa; truncata.
 b. acuta, acuminata, cuspidata, mucronata; cirrhosa.
- superficie* a. pagina: superiore, inferiore, nuda, glabra; nitida, lucida, colorata.
 b. nervosa: trinervia, trinervata, triplinervia; enervia, lineata, striata, sulcata.
 c. venosa, rugosa, bullata, lacunosa, avenia.
 d. punctata, papillosa, papulosa, viscida.
 e. villosa, tomentosa, sericea, lanata, barbata, pilosa, scabra, hispida, aculeata, strigosa.
- expansionē* plana, canaliculata, concava, convexa, cucullata, plicata, undata, crispa.
- substantia* a. membranacea, scariosa, gibba, teretia, depressa, compressa, carinata.
 b. compacta, tubulosa, pulposa, carnosa;
 c. triquetra, ancipitia, lingulata, ensiformia, subulata, acinaciformia, dolabriformia.
- mensura* brevissima, longissima *respectu caulis articularumve.*
- duratione* decidua, caduca, persistens, perennia, sempervirentia. com-

Ob loco obverse, e. gr. obcordata, obovata, etc.

Sub loco fere, e. gr. subcordata, subovata, etc.

Coadunantur saepe figurae ejusdem divisionis, non vero diversae:

bene lanceolato-ovata, ovato-lanceolata etc.

male lanceolato-acuta, ovato-mucronata.

compositione *Composita* Articulata, Conjugata.
 Digitata: binata, ternata, quinata.
 Pedata.
 Pinnata: bijuga, trijuga, quadrijuga etc.
cum impari, abrupta, cirrhosa.
Foliolis oppositis, alternis, interruptis,
decurvis.

Decomposita bigemina, biternata, bipinnata,
Supradecomposita tergemina, triternata, tripinnata.

FULCRA: Petiolus, Stipula, Cirrus, Pubes, Arma, Pedunculus, Bractea.

PETIOLUS *figura* linearis, alatus, clavatus.
 membranaceus, teres, femiteres, triqueter,
 canaliculatus.

magnit. brevissimus, brevis, mediocris,
 longus, longissimus.

insertione insertus, adnatus, decurrens,
 amplexicaulis, vaginans, appendiculatus.

directione erectus, patens, assurgens, recurvatus.

superficie glaber, aculeatus, nudus,
 articulatus, spinescens.

STIPULAE a. geminae, solitariae, nullae.
 b. laterales, extrafoliaceae, intra foliac., oppositifoliae.
 c. caducae, deciduae, persistentes, spinescens.
 d. sessiles, adnatae, decurrentes, vaginantes.
 e. subulatae, lanceolatae, sagittatae, lunatae.
 f. erectae, patentes, reflexae.
 g. integerrimae, ferratae, ciliatae, dentatae, fissae.
 h. brevissimae, mediocres, longae.

CIRRHUS a. axillaris, foliaris, petiolaris, peduncularis.
 b. simplex, trifidus, multifidus.
 c. convolutus, revolutus.

PUBES a. pili, lana, barba, tomentum, strigae.
 b. setae: simplices, hamosae, ramosae, plumosae,
 stellatae.
 c. hami, glochides.
 d. Glandulae, Utriculi.
 foliaceae, petiolares, pedunculares, stipulares.
 e. viscositas, glutinositas.

ARMA

Terminorum Definitiones dati in Amoen. Acad. 6. p 217. Figuras autem in Horto Cliffortiano, Philosophia Botanica, Lee Introduction, Millers Dictionario, Sauvagesii methodo; item Barnades princip., Oederus etc.

- ARMA** a. *Aculei*; recti, incurvi, recurvi.
 b. *Furcae* bifidae, trifidae.
 c. *Spinæ* terminales, axillares, calycinae, foliaries, simplices, divise.
 d. *Stimuli* pungentes, urentes.
- BRACTEAE** a. coloratae, caducae, deciduae, persistentes.
 b. una, duae, plures.
 c. *Coma*.
 d. *Foliorum caetera addenda*.
- PEDUNCULUS** partialis (a-e), communis; *Pedicellus*.
 a. *loco* radicalis, caulinus, rameus, petiolaris, cirrhiferus, terminalis, axillaris, oppositifolius, lateriflorus, interfoliaceus, suprafoliaceus, extrafoliaceus.
 b. *situ* alternus, sparsus, oppositus, verticillatus.
 c. *numero* solitarius, geminatus, umbellula; *sessilis*.
 d. *directione* adpressus, erectus, patens, cernuus, resupinatus, declinatus, nutans, flaccidus, ascendens.
 pendulus, strictus, flexuosus, retrofractus.
 e. *mensura* brevis, brevissimus, longus, longissimus.
 f. *multiflorus*, uniflorus, biflorus, triflorus, etc. multiflorus.
 g. *structura* teres, triqueter, tetragonus, filiformis, attenuatus, clavatus, incrassatus, nudus, squamosus, foliatus, bracteatus, geniculatus, articulatus.

INFLORESCENTIA, graduale modificatione scandit:

Spadix,	Cyma,	Umbella,	Umbellula,	Aggregata,
composita,	Spica,	Amentum,	Strobilus,	Corymbus,
Racemus,	Panicula,	Thyrus,	Fasciculus,	Capitulum,
Verticillus,	Lateriflor. etc.			

Flores terminales, laterales, sparsi, conferti, aggregati.

sessiles, pedunculati,

unicus, solitarius, terni etc. copiosi,

erecti, cernui, nutantes, resupinati, secundi, verticales, horizontales.

superaxillares, oppositifolii, lateriflori, interfoliacei.

- a. VERTICILLVS a. sessilis, pedunculatus.
 b. nudus, involucratu8, bracteatus.
 c. confertus, distans,
- b. CAPITULUM a. subrotundum, globosum, dimidiatum.
 b. foliosum, nudum.
- c. SPICA a. simplex, disticha, composita spiculis,
 glomerata.
 b. ovata, ventricosa, cylindrica, interrupta.
 c. imbricata, articulata, ramosa. secunda.
 linearis, ciliata. foliacea, comosa.
- d. CORYMBUS simplex, compositus.
- e. THYRSUS nudus, foliatus.
- f. FASCICULUS
- g. RACEMUS a. simplex, compositus.
 b. unilateralis, secundus, pedatus, coniugatus.
 c. erectus, latus, dependens.
 d. nudus, foliatus.
- h. PANICULA Trunci structura.

FRUCTIFICATIO ex numero, figura, proportione, situ partium,
 Simplex. Composita ex Flo8culis.

CALYX *Perianthium* fructificationis, floris, fructus.
 persistens, deciduum, caducum.

Proprium a. monophyllum. polyphyllum.
 b. 2-5fidum, 2-5partitum, integrum.
 c. tubulosum, patens, reflexum, inflatum.
 d. abbreviatum, longum, mediocre.
 e. obtusum, acutum, spinosum, aculeatum.

Commune f. aequale, inaequale, labiatum.
 imbricatum, squarrosu8, calyculatum,
 scariosum.

Involucrum a. universale, parziale, propriu8.
 b. mono-polyphyllum.

Gluma a. uniflora, 2-multiflora.
 b. univalvis, bivalvis, multivalvis.
 c. colorata, glabra, hispida.

Arista a. mutica, terminalis, dorsalis.
 b. recta, tortilis, geniculata, recurvata.

Amentum squamosum, nudum,
Spatha univalvis, bivalvis, dimidiata, imbricata, 1-6flora.

	<i>Calyptra</i>	recta, obliqua.
	<i>Volva</i>	approximata, remotissima; Pileus, Stipes.
COROLLA	<i>Petali</i>	a. Tubus f. Ungues; Limbus f. Laminee. b. monopetala, 2 - 6 - polypetala, 5fida, 5partita. c. regularis, irregularis, inaequalis, difformis. d. globosa, campanulata, infundibuliformis, hypocratifformis, rotata, globosa, liliacea, ringens, personata: labio superiore et inferiore; Rictu; Palato, Fauce, Collo. cruciata, concava, patens. papilionacea: Vexillo, Alis, Carina. e. Composita: ligulata, tubulosa, radiata. Discus, Radius. f. Color.
	<i>Nectarium</i>	proprium, petalinum, calycinum.
STAMINA	<i>Filamenta</i>	numero, figura, insertione, proportione, aequalia, inaequalia; connata; alterna, distinctae, connatae; laterales, incumbentes, erectae.
	<i>Antherae</i>	didymae, globosae, subulatae, sagittatae, bicornes, aristatae, spirales. loculi, apertura.
	<i>Pollen</i>	figura.
PISTILLVM	<i>Germen</i>	superum, inferum; pedicellatum.
	<i>Stylus</i>	numero, proportione, divisione, figura. capillaris, filiformis, cylindricus, subulatus, clavatus.
	<i>Stigma</i>	erectus, declinatus, ascendens. numero, figura: divisum, perforatum, capitatum.
PERICARPIVM	<i>Capula:</i>	figura, valvulae, loculamenta, dissepimenta, columella, dehiscentia: 5dentata, 5valvis, articulata, circumscissa, elastica. bicapsularis etc. bilocularis etc. didyma, tricocca etc. inflata.
	<i>Siliqua</i>	figura: compressa, torulosa, articulata. <i>Dissepimentum</i> parallelum, transversum.
	<i>Legumen</i>	figura, articulata, 1-2locularis, isthmis.
	<i>Folliculus univalvis</i>	figura.
	<i>Drupa</i>	succulenta, sicca.
	<i>Pomum</i>	figura, loculamenta.

	<i>Bacca</i>	monosperma etc. nidulantia femina.
	<i>Strobilus</i>	figura totius, squamarum.
SEMEN	numero,	figura, loculis, superficie, consistentia.
	<i>Hilum</i> ,	<i>Corculum</i> .
	<i>Corona</i> ;	<i>Pappus</i> stipitatus, f. sessilis: capillaris, plumosus.
		Cauda, hamus, calyculus, ala, arista.
	<i>Nux</i>	unilocularis, bilocularis etc.
	<i>Arillus</i>	cartilagineus, succulentus.
RECEPTACULUM		fructificationis, floris, fructus.
	<i>Commune</i>	a. nudum, punctatum, pilosum, paleaceum, alveolatum.
		b. planum, convexum, subulatum, ovatum, globosum.
	<i>Compositus</i>	flos ex <i>Flosculis</i> .
	<i>Aggregatus</i>	flos.
	<i>Umbella</i>	a. simplex, composita ex <i>universali partialique</i> , prolifera.
		b. concava, fastigiata, convexa.
		c. erecta, nutans.
	<i>Cyna</i>	nuda, bracteata.
	<i>Spadix</i>	a. uniflorus, multiflorus.
		b. simplex, ramosus.
		c. Rachis spicae.

III. HABITUS.

GEMMATIO	Bulbus solidus, tunicatus, squamatus, caulinus.
	Gemma <i>origine</i> petiolaris, stipularis, corticalis.
	<i>contento</i> foliaris, floralis, communis.
VERNATIO	conduplicata, convoluta, involuta, revoluta, imbricata, equitans, obvoluta, plicata, circinalis.
ÆSTIVATIO	convoluta, imbricata, conduplicata, valvata, inaequalvalvis.
TORSIO	a. conformis, difformis.
	b. dextra, sinistra, reciproca.
	c. resupinata, circinalis.
VARIATIO	coloris, magnitudinis, pubescentiae, aetatis.
	<i>Externa</i> : plicata, fasciata.
	latifolia, tenuifolia, crispa.
	mutica.
	<i>Interna</i> : a. mutilata, grandiflora.
	b. multiplicata, plena, prolifera, cristata.
	c. vivipara, bulbigena.

SPONSALIA Mas, Femina, Androgyna, Hermaphrodita.
 Generationis *mysteria*.

SEMINATIO. *Seminis* cauda, ala, pappus, arista,
 hamuli, gluten, curvatio.
Pericarpium baccatio, inflatio, viscositas, elasticitas, *structura*.

PLACENTATIO Dicotyledonis, Acotyledonis, Polycotyledonis.

IV. STATIO.

CLIMA boreale, mediterraneum, alpinum, marinum,
 orientale, australe, occidentale, indicum.

SOLVM lacustre, littorale, maritimum, falsum.
 palustre, inundatum, uliginosum, caespitosum,
 nemorosum, sylvaticum, arvense,
 pratense, campestre, montanum,
 ruderale, cultum.

TERRA Humus, Argilla, Creta, Arena.
 Parasitica, arrhiza: Radicis, Trunci, Caulis, Folii.

V. TEMPUS-

GERMINATIO dierum, mensium, annuum, bienne.

FRONDESCENTIA *Vernatio* praecox, aequalis, serotina.
Autumnatio praecox, lenta, cunctanea.

CALENDARIUM 1. Germinationis, Frondescentiae, Florescentiae.
 2. Grossificationis, Maturationis, Messis.
 3. Exfoliationis, Defoliationis, Congelationis.
 4. Brumalis, Glacialis, Regelationis.

HOROLOGIUM a. *Vigiliae* meteoricae, tropicae, aequinoctiales.
 b. apertionis, reclusionis.

SOMNUS Connivens, Includens, Circumsepiens, Muniens,
 Conduplicans, Involvens, Divergens, Dependens,
 Invertens, Imbricans.

DURATIO *Plantae* caducae, senfiles, perpetuae.
Flores ephemeri, tridui, menstrui.
Fructus praecoces, serotini, annui.

VI. QUALITAS.

ODOR: ambrosiacus, fragrans, spirans, aromaticus, orgasticus.
 hircosus, nidorosus, teter, nauseosus, virosus.
 SAPOR: aquosus, acidus, pinguis, dulcis, mucosus.
 ficcus, amarus, stipticus, acris, falsus.
 COLOR hyalinus, ruber, purpureus, albus, tristis.
 niger, luteus, viridis, cinereus, testaceus.

TACTUS humidus, tomentosus, fuccosus, carnosus, viscidus.
 aridus, lucidus, scariosus, membranaceus, scaber.

MENSURA linearis, pollicaris, spithamaea, pedalis, cubitalis.
 unguicularis, palmaris, dodrantalis, orgyalis.

VII. U S U S.

NATURALIS *Oeconomia* naturae eiusque *Politia*.

Sympathia l. antipathia.

Pan *mammalium phytophagorum domesticorum*.

Pandora *insectorum*,

ARTIFICIALIS *Culinaris*: Radices, Olera, Fructus.

Officinalis a. simplicia, praeparata.

b. pretium, locus.

Medica: Vires, Usus.

Oeconomicus instrumentalis.

pastoralis.

tinctorius.

culturae: Cerealia.

Macellum.

Officinalis.

Arboretum. Frutetum.

Pomona.

Pascua.

CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS.

NUPTIAE PLANTARUM.

Actus generationis incolarum Regni vegetabilis.

Florescentia.

[PUBLICAE.

Nuptiae, omnibus manifestae, aperte celebrantur.

Flores unicuique visibiles.

[MONOCLINIA.

Mariti et uxores uno eodemque thalamo gaudent.

Flores omnes hermaphroditi: stamina cum pistillis in eodem flore.

[DIFFINITAS.

Mariti inter se non cognati.

Stamina nulla sua parte connata inter se sunt.

[INDIFFERENTISMUS.

Mariti absque subordinatione.

Stamina longitudine indeterminata.

- | | |
|----------------|------------------|
| 1. MONANDRIA. | 7. HEPTANDRIA. |
| 2. DIANDRIA. | 8. OCTANDRIA. |
| 3. TRIANDRIA. | 9. ENNEANDRIA. |
| 4. TETRANDRIA. | 10. DECANDRIA. |
| 5. PENTANDRIA. | 11. DODECANDRIA. |
| 6. HEXANDRIA. | 12. ICOSANDRIA. |
| | 13. POLYANDRIA. |

[SUBORDINATIO

Mariti certi reliquis praeferuntur.

Stamina duo semper reliquis breviora sunt.

- | | |
|----------------|-------------------|
| 14. DIDYNAMIA. | 15. TETRADYNAMIA. |
|----------------|-------------------|

[AFFINITAS.

Mariti propinqui et cognati sunt.

Stamina cohaerent vel inter se, vel cum pistillo.

- | | |
|-------------------|-----------------|
| 16. MONADELPHIA. | 19. SYNGENESIA. |
| 17. DIADELPHIA. | 20. GYNANDRIA. |
| 18. POLYADELPHIA. | |

[DICLINIA (a *δις* bis et *κλίση* thalamus) duplex thalamus.

Mariti et Feminae distinctis thalamis gaudent.

Flores masculi et feminei in eadem specie.

- | | |
|---------------|----------------|
| 21. MONOECIA. | 23. POLYGAMIA. |
| 22. DIOECIA. | |

[CLANDESTINAE.

Nuptiae clam instituuntur.

Flores oculis nostris nudis vix conspiciuntur.

24. CRYPTOGAMIA.

CLASSIUM CHARACTERES.

- I. MONANDRIA; a *μόνος* unicus, et *ἀνὴρ* maritus.
 Maritus unicus in matrimonio.
Stamen unicum in flore hermaphrodito.
- II. DIANDRIA.
 Mariti duo in eodem conjugio.
Stamina duo in flore hermaphrodito.
- III. TRIANDRIA.
 Mariti tres in eodem conjugio.
Stamina tria in flore hermaphrodito.
- IV. TETRANDRIA.
 Mariti quatuor in eodem conjugio.
Stamina quatuor in eodem flore cum fructu.
(Si Stamina 2 proxima breviora sunt, referatur ad Cl. 14.)
- V. PENTANDRIA.
 Mariti quinque in eodem conjugio.
Stamina quinque in flore hermaphrodito.
- VI. HEXANDRIA.
 Mariti sex in eodem conjugio.
- repens*. 38. P. fol. lanceolato-ellipticis capituloque ovato glabris, caule decumbente brevissimo. *Thunb. loc. cit. n. 38. M. Leucadendron repens β. Sp. plant. p. 135.*

- obliqua.* 39. P. fol. ellipticis glabris callofis obliquis, capitulo caulino terminali. *Thunb. loc. cit. n. 39. M.*
- parviflora.* 40. P. fol. ellipticis obtusis callofis obliquis, capitulis terminalibus ramulorum glabris. *Thunb. loc. cit. n. 40. t. 4. M.* Protea *parviflora*, floribus paniculatis, flosculis subdenis, foliis sublanceolatis. *Syst. ed. 13. p. 119. Mant. 195.*
- pallens.* 41. P. fol. ellipticis glabris acutis callofis, capitulo terminali involucrato; involucreo longo acuto pallido. *Thunb. loc. cit. n. 41.* Protea *conifera*. *β. γ. δ. ε. Sp. plant. p. 138. M.* Protea *pallens*, floribus ovatis involucratis epaleatis laevibus, foliis linearibus. *Mant. 193.*
- conifera.* 42. P. fol. ellipticis glabris acutis callofis, capitulo terminali involucrato, involucreo longo acuto concolore. *Thunb. loc. cit. n. 42.* Protea *conifera*, foliis lineari-lanceolatis integerrimis acutis glabris obliquatis. *Sp. plant. p. 138 α.* Protea *saligna* *Mant. 194. M.*
- Levisanus.* 43. P. fol. ellipticis glabris obtusis, capitulo terminali involucrato, involucreo brevi obtuso. *Thunb. loc. cit. n. 43. M.* Protea *Levisanus*, floribus hemisphaericis subinvolucratis epaleatis villosis, foliis spatulatis. *Syst. ed. 13. p. 119. Mant. 194.* *Brunia Levisanus. Sp. pl. 139.* *Levisanus capensis serpylli folio. Pet. gaz. 9 t. 5. f. 7.*
- strobilina.* 44. P. fol. elliptico-oblongis retuso-callofis capitulo terminali glabris. *Thunb. loc. cit. n. 34. M.* Protea *strobilina*, floribus imbricato-ovatis involucratis paleaceis glabris, foliis spatulatis laevibus. *Syst. ed. 13. p. 118. Mant. 192.*
- imbricata.* 45. P. fol. lanceolatis glabris friatis imbricatis, capitulo terminali. *Thunb. loc. cit. n. 45. t. 5. M.*
- sericea.* 46. P. fol. lanceolatis sericeis, ramis filiformibus, caule decumbente. *Thunb. loc. cit. n. 46. M.*
- saligna.* 47. P. fol. lanceolatis sericeis, caule fruticoso, capitulis oblongis involucratis. *Thunb. loc. cit. n. 47.* *Thymelaea capensis, sericeis longioribus et acutis foliis, caule geniculato piloso. Pluk. mant. 181. t. 229. f. 4. Differt haec a Protea saligna Syst. ed. 13. p. 119. M.*
argen-

argentea. 48. P. fol. lanceolatis argenteo-tomentosis ciliatis, caule arboreo, capitulis globosis. *Thunb. loc. cit. n. 48.* M. *Protea argentea*, floribus ovatis involucretis epaleatis tomentosis, foliis lanceolatis villosis patentibus. *Syst. ed. 13. p. 119.* *Mant. 194.* *Protea argentea. Sp. plant. 139.* *Folia omnium nitidissima, argentea.*

***** Oblongae: foliis oblongis, ovatis.

acaulis. 49. P. fol. oblongis capituloque globofo glabris, caule decumbente brevissimo. *Thunb. loc. cit. n. 49.* *Lepidocarpodendron acaulon. Linn. Spec. pl. p. 135 Berg. atl. stockh. 1766. p. 322. Exulavit ex Syst. ed. 13. M.*

myrtifolia. 50. P. fol. oblongis glabris, capitulis terminalibus aggregatis. *Thunb. loc. cit. n. 50. M.*

grandiflora. 51. P. fol. oblongis venosis capituloque hemisphaerico glabris, caule arboreo. *Thunb. loc. cit. n. 51. M.*

glabra. 52. P. fol. oblongis aveniis capituloque hemisphaerico glabris, caule fruticoso. *Thunb. loc. cit. n. 52. M.*

speciosa. 53. P. fol. oblongis glabris, capitulo oblongo, squamis calycinis apice barbatis. *Thunb. loc. cit. n. 53. M.* *Protea Lepidocarpodendron. floribus solitariis, radio calycino spatulato barbato, foliis lanceolatis. Syst. ed. 13 p. 118. Mant 190* *Leucad. Lepidocarpodendron. Spec. pl. 134. B. Protea speciosa. Mant. 191.*

totta. 54. P. fol. ovatis glabris callosis, capitulo ovato, corollis cylindricis hirtis. *Thunb. loc. cit. n. 54. M.* *Protea totta, floribus subgeminis, pistillis capitatis, corollis longissimis distantibus, foliis glabris. Syst. ed. 13. Mant. 191.*

hirta. 55. P. fol. ovatis glabris, flor. lateralibus. *Thunb. loc. cit. n. 55. Caulis villosus M. Protea hirta, floribus lateralibus sessilibus, foliis apice unicallois. Syst. ed. 13. Mant. 189. Leucad. hirtum. Spec. pl. 136.*

pubera. 56. P. fol. ovatis capituli que terminalibus tomentosis. *Thunb. loc. cit. n. 56. M. Protea pubera, floribus biuis ternisue, pistillis clavatis, foliis elliptico-lanceolatis. Syst. ed. 13. p. 118. Mant. 192. Leucadendron thymelaecoides. Berg.*

- Berg. aët. stockh. 1766. p. 324. Pl. cap. p. 19.*
divaricata. 57. P. fol. ovatis hirtis, capitulis terminalibus, ramis divaricatis. *Thunb. loc. cit. n. 57. M. Protea divaricata*, floribus fastigiatis, foliis ovalibus. *Syst. ed. 13. p. 119. Mant 194. Leucad. divaricatum. Berg. aët. stockh. 1766. p. 324. Pl. cap. p. 19.*

***** Rotundatae: foliis subrotundis.

- spathulata.* 58. P. fol. spathulatis subcucullatis glabris. *Thunb. loc. cit. n. 58. t. 5. M.*
cynaroides. 59. P. fol. subrotundis petiolatis glabris. *Thunb. loc. cit. n. 59. M. Protea cynaroides*, floribus solitariis, radio calycino lanceolato stricto, foliis suborbiculatis petiolatis. *Syst. ed. 13. Mant. 190. Leucad. cynaroides. Sp. plant. 135. Berg. aët. stockh. 1766. p. 319.*
cordata. 60. P. fol. cordatis. *Thunb. l. c. t. 5. M.*

Bruniades. 61. P. fol. subulatis, capitulis globosis terminalibus. *Suppl 117. — Hanc speciem, cui auctoritas cl. Sparmani addita, separatim pono, quum inter significatas jam contineri existimem, forsitan cum Protea lanata eandem, nec epitheton adjectum in accuratissima Protearum designatione cl. Thunbergii occurrat. M.*

112. GLOBULARIA. *Cal. communis imbricatus; proprius tubulatus, inferus. Corollul. labio superiore 2-partito: inferiore 3-partito. Recept. paleaceum.*

- Alypum.* 1. G. caule fruticoso, foliis lanceolatis tridentatis integrisque.
bisnagarica. 2. G. caule fruticoso, fol. radicalibus cuneiformibus retusis, caulinis lanceolatis.
vulgaris. 3. G. caule herbaceo, fol. radicalibus tridentatis; caulinis lanceolatis.
spinosa. 4. G. fol. radicalibus crenato-aculeatis; caulinis integerrimis mucronatis.

cordi-

- cordifolia*. 5. G. caule subnudo. fol. cuneiformibus tricuspidatis: intermedio minimo.
- nudicaulis*. 6. G. caule nudo, integerrimis lanceolatis. *Caulis fructifer uno alterove foliolo. Ger.*
- orientalis*. 7. G. caule subnudo, capitulis alternis sessilibus, fol. lanceolato-ovatis integris.

113. CEPHALANTHUS. *Cal. communis* o: proprius superus, infundibuliformis. *Recept. globosum, nudum. Sem. 1, lanuginosum.*

occidentalis. 1. C. fol. oppositis ternatisque.

114. DIPSACUS. *Cal. communis* polyphyllus; proprius superus. *Recept. paleaceum.*

- fullonum*. 1. D. foliis sessilibus ferratis. β . *Paleis recurvatis differt sativus officinalis. — Dipsacus fullonum, paleis recurvatis. Jacq. in Litt. M.*
- sylvestris*. 2. D. fol. integris paleis rectis. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 5. t. 402. Folia omnino connata. Differt specie a praecedenti. M.*
- laciniatus*. 3. D. fol. connatis sinuatis. *Dipsacus laciniatus, foliis sinuatis. Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 5. t. 403 Mill illustr. ic. M.*
- pilosus*. 4. D. fol. petiolatis apendiculatis. — *Dipsacus pilosus, foliis petiolatis. Jacq. in Litt. Fl. austr. t. 2. 48. M.*

115. SCABIOSA. *Cal. communis* polyphyllus; proprius duplex superus. *Recept. paleaceum s. nudum.*

* *Corollulis quadrifidis.*

- alpina*. 1. S. corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus imbricatis, floribus cernuis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis ferratis.
- rigida*. 2. S. corollulis quadrifidis subradiantibus, cal. imbricatis obtusis, fol. lanceolatis ferratis auriculatis. *Mant 328.*
- transylvanica*. 3. S. corollulis quadrifidis aequalibus, calyc. paleisque aristatis, fol. radicalibus lyratis; caulinis

- linis pinnatifidis. — *Jacq. hort. v. 2. t. III. M.*
- scabra.* 4. S. corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus imbricatis obtusis, foliis subbipinnatis scabris rigidiusculis. *Suppl. p. 118.*
- syriaca.* 5. S. corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus imbricatis paleisque aristatis, caul. dichotomo, fol. lanceolatis. *Carlis vilosus. Folia serrata. Flores in dichotomia subsessiles. Calyx vix ullus, sed Paleae in conum ovatum imbricatae, aristatae, ovatae. Pappus hemisphaericus, denticulis 20.*
- leucantha.* 6. S. corollulis quadrifidis subaequalibus, squamis calycinis ovatis imbricatis, fol. pinnatifidis. *Folia linearia, pinnata: foliolis decurrentibus; infima scabra Flores subglobosi, albi. Calyx hemisphaericus, imbricatus Corollulae lacinia inferior deflexa, paulo longior.*
- Succisa.* 7. S. corollulis quadrifidis aequalibus, caule simplici, ramis approximatis, fol. lanceolato-ovatis. *Fl. dan. t. 279.*
- integrisolia.* 8. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. indivisis: radicalibus ovatis ferratis, ramis lanceolatis; caule herbaceo. Scabiosa corollulis quadrifidis caule fistuloso. *Ger. prov. 220. (exclusis C. Bauhini et Clusii synonymis.)*
- amplexicaulis.* 9. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. amplexicaulibus lanceolatis integerrimis; radicalibus trifidis crenatis. *Mant. 195.*
- attenuata.* 10. S. corollulis quadrifidis aequalibus, foliis linearibus integris bifidisque. *Cuppl. p. 118.*
- tatarica.* 11. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. lanceolatis pinnatifidis: lobis subimbricatis, caule hispido. *Gmel. itin. I. p. 159.*
- uralensis.* 12. S. corollulis quadrifidis radiantibus, foliis radicalibus simplicibus, caulinis decursive-pinnatis, paleis aridis apice reflexis. *Murr. in comm. goett. 1782. p. 13. t. 4. M.*
- arvensis.* 13. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. pinnatifidis incis, caule hispido. *Fl. dan. t. 447.*
- sylvatica.* 14. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. omnibus indivisis ovato-oblongis ferratis, caule hispido. *Jacq. vind. 22. obs. 28 (excluso C. Bauhini synonymo) — Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 862.*

t. 862. M. *Caulis adspersus punctis purpureis.*

** *Corollulis quinquefidis.*

- gramuntia.* 15. S. corollulis quinquefidis, cal. brevissimis; fol. caulinis bipinnatis filiformibus. *Sauv. monsp.* 268. *Gou. monsp.* 62. Scabiosa corollulis quinquefidis, foliis tripinnatis setaceis. *Ger. prov.* 220. Scabiosa capitulo globofo minor. *Bauh. pin.* 270. *sec. Gouan.*
- columbaria.* 16. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis setaceis. Scabiosa glabra, foliis carnosis videntibus. *Herm. par.* 221 t. 221 (*Exclude β varietatem.*) *Fl. dan.* t. 314.
- ficula.* 17. S. corollulis quinquefidis aequalibus calyce brevioribus, fol. lyrato pinnatifidis. *Mant.* 196. Scabiosa divaricata. *Jacq. hort v. 1. t. 15.* *Cfr. vol. 3. p. 1.*
- maritima.* 18. S. corollulis quinquefidis radiantibus calyce brevioribus, fol. pinnatis: summis linearibus integerrimis (*excluso Bocconis synonyma*).
- stellata.* 19. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. dissectis, receptaculis florum subrotundis. *Mant.* 339.
- prolifera.* 20. S. corollulis quinquefidis radiantibus, flor. subsessilibus, caule prolifero, fol. indivisis. *Mant.* 329. *Habitat in Aegypto* ☉
- atropurpurea.* 21. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. dissectis, receptaculis florum subulatis. *Calyx* 12-phyllus, linearis, recurvatus, longius. *corollae.*
- argentea.* 22. S. corollulis quinquefidis, radiantibus, fol. pinnatifidis: laciniis linearibus, pedunc. longissimis, caule tereti. *Caulis pilis albis, raris.* *Folia pinnatifida, linearia: radicalia subdentata; caulina indivisa, versus basin ciliata.* *Calyx basi valde pilosus, 8-phyllus, recurvatus, corollae longitudine.* *Corollae albae. Limbo caerulecente.* *Corollulae radii 6, radiantes majores: Lab. super. brevissimo, trifido. Lab. infer. lato, trifido, obtuso, subplicato, aequali.* *Corollulae duci albi, quinquefidi regulares, extus hirsutae. Stamina alba.*

- indurata.* 23. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. ovato-lanceolatis erosis basi dentatis, caule rigente. *Mant.* 196. *Valde affinis S. africanae, ut fere varietas?*
- africana.* 24. S. corollulis quinquefidis aequalibus, fol. simplicibus incis, caule fruticoso. Scabiosa altissima. *Jacq. hort. v. t. 185. jam (in Litt.) hujus varietas auctori videtur.* M.
- monspeliensis.* 25. S. corollulis quinquefidis aequalibus calyce brevioribus. fol. omnibus pinnatis ciliatis. *Jacq. in Litt. Miscell. v. 2. p. 320. Icon. rar. t. 23.* M.
- pumila.* 26. S. corollulis quinquefidis radiantibus, subcaulis, fol. pilosissimis: radicalibus lyratis, caulinis pinnatis incis. *Mant* 196.
- cretica.* 27. S. corollulis quinquefidis, fol. lanceolatis subintegerrimis, caule fruticoso.
- graminifolia.* 28. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. linearilanceolatis integerrimis, caule herbaceo. *Folia lineari-lanceolata longa nudiuscula, basi connata, gramineis simillima.*
- palaeestina.* 29. S. corollulis quinquefidis radiantibus: laciniis omnibus trifidis, fol. indivisis subserratis: summis basi pinnatifidis. *Mant.* 37. *Jacq. hort. t. 96.*
- isetenfis.* 30. S. corollulis quinquefidis radiantibus calyce longioribus, foliis bipinnatis linearibus. *Mant.* 37.
- ucrawica.* 31. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. radicalibus pinnatifidis: caulinis linearibus basi ciliatis.
- ochroleuca.* 32. S. corollulis quinquefidis radiantibus, foliis bipinnatis linearibus. Scabiosa angustifolia alba altera. *Bauh. pin. 270. Barr. ic. 770. f. 2. Jacq. obs. 3. p. 20. t. 73. 74. — Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 439.* M. *Affinis S. columbariae.*
- papposa.* 33. S. corollulis quinquefidis inaequalibus, caule herbaceo erecto, fol. pinnatifidis, seminibus aristatis plumosoque-papposis. *Caulis filiformis, brachiatus panicula subdichotoma. Pedunculi axillares, filiformes, longi. Calyx polyphyllus; foliolis ovatis longe acuminatis. Semina pappo plumoso cum adjacente Arista crassiore longiore. Subtomentosi sunt pedunculi et calyces.* ☉
- pterocephala.* 34. S. corollulis quinquefidis, caule fruticoso procumbente, fol. laciniatis hirsutis, pappo plumoso.

1161. KNAUTIA. *Cal. communis* oblongus, simplex, quinqueflorus; *proprius* simplex, superus. *Corollulae* irregulares. *Recept. nudum.*

- orientalis.* 1. K. foliis incisif, corollulis quinif calyce longioribus. *Mant.* 327.
- propontica.* 2. K. fol. superioribus lanceolatis integerrimis, corollulis denif calyce aequalibus, *Sp. pl.* 1666.
- palaeftina.* 3. K. fol. integris, calyc. hexaphyllis, fem. pappofis. *Mant.* 197.
- plumofa.* 4. K. fol. superioribus pinnatis, cal. decaphyllis, fem. pappofis. *Mant.* 197.

117. ALLIONIA. *Cal. communis* oblongus, simplex, triflorus; *proprius* obfoletus, fuperus. *Corollulae* irregulares. *Recept. nudum.*

- violacea.* 1. A. foliis cordatis, calycibus quinquefidis.
- incarnata.* 2. A. fol. oblique ovatis, calycibus triphyllis.

118. HEDYOTIS. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Capf.* 2-locularis, polyfperma, infera.

- maritima.* 1. H. foliis ovalibus obtufis, floribus oppofitis fefilibus. *Suppl.* p. 119.
- pumila.* 2. H. fol. ovatis acutis, floribus alternis pedunculatis. *Suppl.* p. 119.
- fruticofa.* 3. H. foliis lanceolatis petiolatis, corymbis terminalibus involucratis.
- Auricularia.* 4. H. fol. lanceolato-ovatis, floribus verticillatis.
- herbacea.* 5. H. fol. lineari lanceolatis, caule herbaceo dichotomo, pedunculis geminis.
- graminifolia.* 6. H. fol. linearibus, caule decumbente, panicula racemofa fecunda, pedunculis folifequiis. *Suppl.* p. 119.

124. SCABRITA. *Cor.* 1-petala, hypocrateriformis. *Sem.* 2, emarginata, fupera. *Cal.* truncatus.

- scabra.* 1. SCABRITA. *Mant.* 37.

119. SPERMACEAE. Cor. 1-petala, infundibulif. *Semina* 2, bidentata.

147.

- tenuior. 1. S. glabra, foliis linearibus, staminibus inclusis, floribus verticillatis. *Semina hirta.*
- verticillata. 2. S. glabra, fol. lanceolatis, verticillis globosis.
- hirta. 3. S. scabra, fol. oblongis: summis quaternis, flor. verticillatis. ☉ *Caulis tetragonus angulis acutissimis deorsum pilosis, ceterum glaber, ramosissimus, rigidus. Folia elliptica, lineata, scabra utrinque (subtus vero imprimis nervis), non villosa, subpetiolata petiolis connexis membrana multifeta. Flores albi, tubulosi, laterales. Stamina fauce longiora. Antherae violaceae.*
- articularis. 4. S. fol. ellipticis obtusiusculis. *Suppl. p. 119.*
- stricta. 5. S. fol. lineari-lanceolatis lineatis. *Suppl. p. 120.*
- hispida. 6. S. hispida, fol. obovatis obliquatis. *Mant. 558. Corollae campanulatae, violaceae, magnae. — Murray in comm. Gott. 1772. p. 77. t. 5.*
- procumbens. 7. S. procumbens, fol. linearibus, corymbis lateralibus pedunculatis.
- spinosa. 8. S. suffruticosa, fol. linearibus spinulis ciliatis (*excluso Jacquini synonymo*).

120. SCHERARDIA. Cor. 1-petala, infundibulif. *Semina* 2, tridentata.

149.

- arvensis. 1. S. foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. *Fl. dan. t. 439.*
- muralis. 2. S. fol. floralibus binis oppositis binis floribus. Galium fol. senis linearibus, ramis simplicibus, fructibus hispidis sessilibus. *Ger. prov. 227. Allion. niceens. 4.*
- fruticosa. 3. S. fol. quaternis aequalibus, caule fruticoso.

121. ASPERULA. Cor. 1-petala, infundibulif. *Semina* 2, globosa.

150.

- odorata. 1. A. foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis. *Fl. dan. t. 562.*
- arvensis. 2. A. fol. senis, flor. sessilibus terminalibus aggregatis.
- taurina. 3. A. fol. quaternis ovato-lanceolatis, flor. fasciculatis terminalibus. *Rami alterni Pedunculis alterni, 1. f. 2. Flores fasciculati Bracteis ciliatis.*

tis: Flores omnes hermaphroditi Pistillo bipartito, quod rarius ante marcescentiam floris excrescit.

- crassifolia.* 4. A. fol. quaternis oblongis lateralibus revolutis obtusiusculis pubescentibus. *Mant.* 37.
- salabrica.* 5. A. fol. quaternis oblongis obtusis laevibus. *Suppl.* p. 120.
- tinctoria.* 6. A. fol. linearibus: inferioribus senis; intermediis quaternis, caule flaccido, flor. plerisque trifidis.
- pyrenaica.* 7. A. fol. quaternis lanceolato-linearibus, caule erecto, floribus saepius trifidis:
- cynanchica.* 8. A. fol. quaternis linearibus: superioribus oppositis, caule erecto, flor. quadrifidis.
- aristata.* 9. A. fol. linearibus subcarnosis: inferioribus quaternis, floribus subternis aristatis. *Suppl.* p. 120.
- laevigata.* 10. A. fol. quaternis ellipticis enerviis laeviusculis, pedunc. divaricatis trichotomis, sem. scabris. *Mant.* 38. 330. *Bocc. sic.* 10. t. 11. f. 5. *Galium rotundifolium.* *Sp. pl.* 156. — *Jacq. Fl. austr.* v. 1. t. 94. M. *Semina scabra.*

122. DIODIA. Cor. 1 - petala, infundibulif. *Capsula*
151. 2 - locularis, 2 - sperma.

virginica. 1. DIODIA. *Caules procumbentes, rubentes: ramis alternis. Folia opposita. Flores albi.*

123. KNOXIA. Cor. 1 - petala, infundibulif. *Sem.* 2,
151. fulcata: *Calycis unicum folium majus.*

zeylanica. 1. KNOXIA. *Burm. ind.* 34. t. 13. f. 2. *Veronicae affinis indica tenuifolia.* *Pluk. alm.* 384. t. 114. f. 2. *Burm.*

124. HOUSTONIA. Cor. 1 - petala, infundibulif. *Caps.*
152. 2 - locularis, 2 - sperma, sump-
pera.

caerulea. 1. H. foliis radicalibus ovatis, caule composito, pedunculis primis bifloris. *Planta verna.*

purpurea. 2. H. fol. ovato-lanceolatis, corymbis terminalibus, flor. superis. (*An diversi generis?*)

125. GALIUM. Cor. 1-petala, plana. Sem. 2, subrotunda.
152.

* *Fructu glabro.*

- rubroides.* 1. G. foliis quaternis lanceolato-ovatis aequalibus subtus scabris, caule erecto, fructibus glabris. *Hall. emend. 206.*
- palustre.* 2. G. fol. quaternis obovatis inaequalibus, caulibus diffusis. *Fl. dan. t. 423.*
- trifidum.* 3. G. fol. quaternis linearibus, caule procumbente scabro, corollis trifidis. *Fl. dan. t. 48.*
- montanum.* 4. G. fol. subquaternis linearibus laevibus, caule debili scabro, sem. glabris. *Corollae reliquis majores. Folia octona. Haller.*
- tinctorium.* 5. G. fol. linearibus caulinis senis; ramorum quaternis, caule flaccido, pedunc. subbifloris, fructibus glabris.
- uliginosum.* 6. G. fol. senis lanceolatis retrorsum ferrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu majoribus. *Fl. suec. 2. n. 127.*
- spurium.* 7. G. fol. senis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis simplicibus, fructibus glabris.
- saxatile.* 8. G. fol. senis obovatis obtusis, caule ramosissimo procumbente. *Planta vix palmaris.*
- pyrenaicum.* 9. G. fol. senis, floribus lateralibus oppositis subsessilibus solitariis. *Suppl. p. 121.*
- minutum.* 10. G. fol. octonis lanceolatis mucronatis ferrato-aculeatis glabris incurvis, fructibus reflexis.
- pusillum.* 11. G. fol. octonis hispidis linearibus acuminatis subimbricatis, pedunc. dichotomis.
- verum.* 12. G. foliis octonis linearibus sulcatis, ramis floriferis brevibus. *Antherae defloratae fiunt fuscae.*
- Mollugo.* 13. G. fol. octonis ovato-linearibus subserratis patentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *Fl. dan. t. 455.*
- sylvaticum.* 14. G. fol. octonis laevibus subtus scabris: floralibus binis pedunc. capillaribus, caul. laevi. *Rubia sylvestris laevis. Bauh. hist. 3. p. 716. Flores ante florescentiam nutantes. D. Schreber.*
- aristatum.* 15. G. fol. octonis lanceolatis laevibus, panicula capillari, petalis aristatis, sem. glabris. *Galium laevigatum. Sp. pl. p. 1667. Galium berticum, caule debili, foliis octonis lanceolato-linea-*

- linearibus mucronatis, floribus aristatis. *Turr, diar. ital. 1764. p. 119. Habitat in Baldo.*
- scabrum.* 16. G. fol. suboctonis scabris, mucronatis, ramis floriferis subtrichotomis. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 5. t. 422. M.*
- hierosolymitanum.* 17. G. fol. denis lanceolato-linearibus, umbellis fastigiatis, fructibus glabris.
- glaucum.* 18. G. foliis verticillatis linearibus, pedunc. dichotomis, caule laevi. *Mant. 330. — Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 81. Fl. dan. 609. M.*
- purpureum.* 19. G. fol. verticillatis lineari-setaceis, pedunc. capillaribus folio longioribus.
- rubrum.* 20. G. verticillatis linearibus patulis, pedunc. brevissimis.
- ** *Fructu hispido.*
- boreale.* 21. G. fol. quaternis lanceolatis trinerviis glabris, caule erecto, sem. hispidis.
- maritimum.* 22. G. fol. quaternis hispidis, pedunc. unifloris, fructibus villosis. *Mant. 38.*
- bermudianum.* 23. G. fol. quaternis linearibus obtusis, ramis ramossissimis.
- græcum.* 24. G. hirtum, fol. subsenis lineari-lanceolatis, caul. lignosis. *Mant. 38.*
- Aparine.* 25. G. fol. octonis lanceolatis carinis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fruct. hispidis. *Fl. dan. t. 495.*
- pariense.* 26. G. fol. verticillatis linearibus, pedunc. bifloris, fructibus hispidis.

126. CRUCIANELLA. *Cor.* 1-petala, infundibulif. tubo filiformi: limbo unguiculato. *Cal.* 2-phyl-lus. *Sem.* 2, linearia.

157.

- angustifolia.* 1. C. erecta, foliis senis linearibus, floribus spicatis,
- latifolia.* 2. C. procumbens, fol. quaternis lanceolatis, flor. spicatis. *Variat caule erecto. Forte praecedentis varietas.*
- aegyptiaca.* 3. C. fol. quaternis sublinearibus, flor. spicatis quinquesidis. *Mant. 38.*
- patula.* 4. C. diffusa, fol. senis, flor. sparsis.
- maritima.* 5. C. procumbens suffruticosa, fol. quaternis mucronatis, flor. oppositis quinquesidis. *Flores tristes.*

monspehiaca. 6. C. procumbens, fol. acutis: caulinis quaternis ovatis: rameis subquinatis linearibus, flor. spicatis.

119. RUBIA. Cor. 1-petala, campanulata. *Baccae* 2, monospermae.

tinctorum. 1. R. foliis annuis, caule aculeato. *Mant.* 330. *Rubia* sylv. monspessulana major. *Bauh. hist.* 3. p. 715.

peregrina. 2. R. fol. perennantibus linearibus supra laevibus. *Mant.* 330.

lucida. 3. R. fol. perennantibus senis ellipticis lucidis, caule laevi. *Syst. nat.* 12. p. 732. *Majorcae. Planta sempervirens, similis Rubiae peregrinae, sed margine tantum retrorsum scabra, non vero carina. Flores paniculati, pallidi, mucronati,* 5 *fidi.*

angustifolia. 4. R. fol. perennantibus linearibus supra scabris. *Mant.* 39.

sordifolia. 5. R. fol. perennantibus quaternis cordatis. *Syst. nat.* 3. p. 229. *Mant.* 197. *Cruciata daurica scandens, smilacis folio aspero, fl. luteolo, fruct. majori rubro. Amm. ruth.* 19.

129. SIPHONANTHUS. Cor. 1-petala, infundibulif. longissima, infera *Baccae* 4, monospermae.

indica. 1. SIPHONANTHUS. *Acta petrop.* 1736. p. 214. t. 15.

130. CATESBÆA. Cor. 1-petala, infundib. longissima, supera. *Stamina* intra faucem. *Bacca* polysperma.

spinosa. CATESBÆA. *Introduita in Europam* 1726. a. M. Catesby.

131. IXORA. Cor. 1-petala, infundib. longa, supera, *Stamina* supra faucem. *Bacca* 4-sperma.

coccinea. 1. I. foliis ovalibus semiamplexicaulibus, floribus fasciculatis. *Cotyledones* ovatae, majusculae. *Caulis* ruber. *Stipulae* inter folia opposita, acuminatae, solitariae, ut in *Coffea*. H. V. *alba*.

- alba.* 2. I. fol. lanceolato-ovatis, flor. fasciculatis.
americana. 3. I. fol. ternis lanceolato-ovatis, flor. thyrsoides.

132. PAVETTA. *Cor.* 1-petala, infundib. supera. *Stigma* curvum. *Bacca* 2-sperma.
 160.

- indica.* 1. P. fol. oblongis utrinque acuminatis, umbellis terminalibus fasciculatis, calyce brevi acuto. *Suppl.* p. 121. — *Burm. ind.* 35. t. 13. f. 3. *Rumph. amb.* 4. t. 47. *Pluk. phyt.* 147? f. 1.

- caffra.* 2. P. foliis ovatis integerrimis, capitulis terminalibus sessilibus, calycibus setaceis longitudine tubi. *Suppl.* p. 121.

133. PETESIA. *Cor.* 1-petala, infundilif. *Stigma* bifidum. *Bacca* polysperma.
 160.

- stipularis.* 1. P. foliis lanceolato-ovatis subtus tomentosis, thyrsis lateralibus.

- Lygistum.* 2. P. fol. ovatis nudis lineatis, caule flexuoso.

134. MITCHELLA. *Cor.* 1-petalae, superae, binae eidem germi. *Stigm.* 4. *Bacca* bifida, 4-sperma.
 161.

repens. I. MITCHELLA.

135. CALLICARPA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 4-sperma.
 161.

- americana.* 1. C. foliis ferratis subtus tomentosis. *Mant.* 128.
tomentosa. 2. C. fol. integerrimis lanatis. *Mant.* 331. *Tomex* tomentosa. *Sp. plant.* 172.

- japonica.* 3. C. fol. ferratis glabris. *Thunb. jap. mspt.* M.

136. AQUARTIA. *Cal.* campanulatus. *Cor.* rotata laciniis linearibus. *Bacca* polysperma.
 161.

- aculeata.* I. AQUARTIA. *Jacq. amer.* 15. t. 12. — *Ed. 2. pist.* p. 13. t. 15. M.

137. POLYPREMUM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida, rotata: lobis obcordatis. *Capf.* compressa, emarginata, 2-ocularis.
 161.

procumbens. I. POLYPREMUM.

138. PENÆA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* campanulata. *Styl.*
162. 4-angularis. *Capsf.* tetragona, 4-locularis, 8-sperma.

- Sarcocolla.* 1. P. foliis ovatis planis, cal. ciliatis folio majoribus.
mucronata. 2. P. fol. cordatis acuminatis. *Flores rubri. Stylus tetragonus.*
marginata. 3. P. fol. cordatis marginatis, flor. lateralibus. *Mant.* 199.
furcata. 4. P. fol. rhombeo-ovatis, bracteis cuneatis acutis coloratis. *Mant.* 199.
sq:amosa. 5. P. fol. rhombeo-cuneiformibus carnosis.
fruticulosa. 6. P. fol. oblonguisculis obtusis, bracteis orbiculatis acutis. *Suppl.* p. 121.
Myrtoides. 7. P. fol. lanceolatis. *Suppl.* p. 122.
lateriflora. 8. P. fol. ovatis, floribus lateralibus sessilibus. *Suppl.* p. 122.

139. BLÆRIA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-fida. *Stamina*
162. receptaculo inserta. *Capsf.* 4-locularis; polysperma.

- ericoides.* 1. B. floribus capitatis, corollis campanulatis. *Mant.* 331.
ciliaris. 2. B. flor. capitatis calycibus ciliatis. *Suppl.* p. 122.
articulata. 3. B. staminibus exsertis bipartitis, corollis cylindricis. *Mant.* 198. *Penaea Sarcocolla Berg. cap.* 25.
purpurea. 4. B. staminibus inclusis bipartitis, corollis oblongis rectis, floribus terminalibus aggregatis, pedunculis erectis. *Suppl.* p. 122.
pusilla. 5. B. flor. sparsis, corollis infundibuliformibus. *Mant.* 331.

140. BUDDLEJA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Stamina*
162. ex incisuris. *Capsf.* 2-fulca, 2-locularis, polysperma.

- americana.* 1. B. foliis ovatis.
occidentalis. 2. B. fol. lanceolatis.
virgata. 3. B. fol. lineari-oblongis obtuso integris, racemis terminalibus ramis virgatis erectis. *Suppl.* p. 123.
incompta. 4. B. fol. fasciculatis ovatis canis, ramis flexuosis rigidis, racemis terminalibus. *Suppl.* p. 123.

141. EXACUM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida: tubo globofo. *Caps.* 2-sulca, 2-ocularis, polysperma, apice dehiscens.

163.

- albens.* 1. E. foliis subdecurrentibus, staminibus exsertis *Suppl. p.* 123. *Exacum pedunculatum*, floribus pedunculatis. *Syst. ed.* 13. *p.* 131. *Affinis Gentianis.*
- aureum.* 2. E. fol. sessilibus, staminibus exsertis. *Suppl. v.* 123.
- cordatum.* 3. E. floribus quinquefidis, calycis foliolis cordatis striatis. *Suppl. p.* 124. *Exacum sessile*, floribus sessilibus. *Syst. ed.* 13. *p.* 131.
- punctatum.* 4. E. fol. brevissime petioatis oblongis trinerviis punctatis, staminibus exsertis. *Suppl. p.* 124.

142. PLANTAGO. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida: limbo reflexo. *Stamina* longissima. *Caps.* 2-ocularis, — circumscissa.

163.

* *Scapo nudo.*

- major.* 1. P. foliis ovatis glabris, scapo tereti, spica flosculis imbricatis. *Fl. dan. t.* 461.
- asiatica.* 2. P. fol. ovatis glabris, scapo angulato, spica flosculis distinctis.
- media.* 3. P. fol. ovato lanceolatis pubescentibus, spica cylindrica, scapo tereti. *Fl. dan. t.* 581.
- virginica.* 4. P. fol. lanceolato-ovatis pubescentibus subdenticulatis, spicis floribus remotis, scapo tereti. *Flos in America corollas explicat et stamina exserit, in Europa vero vix. Folia semitrinervia et Scapus pubescentia.*
- altissima.* 5. P. fol. lanceolatis quinquenerviis dentatis glabris, spica oblonga cylindrica, scapo subangulato.
- lanceolata.* 6. P. fol. lanceolatis, spica subovata nuda, scapo angulato. *Fl. dan. t.* 437. *Variet. 2. Ger. prov. 333. t.* 12.
- Lagopus.* 7. P. fol. lanceolatis, subdenticulatis, spica ovata hirsuta, scapo tereti.
- lusitanica.* 8. P. fol. lato-lanceolatis trinerviis subdentatis subpilosis, spica oblonga hirsuta, scapo angulato. *Sp. ph.* 1667.

albi-

- albicans. 9. P. fol. lanceolatis obliquis villosis, spica cylindrica erecta, scapo tereti.
- alpina. 10. P. fol. linearibus planis, scapo tereti hirsuto, spica oblonga erecta. *Bocc. mus. 2. p. 22.* — *Jacq. hort. v. 2. t. 125. M.*
- cretica. 11. P. fol. linearibus, scapo tereti brevissimo lanato, spica subrotunda nutante.
- maritima. 12. P. fol. semicylindraceutis integerrimis basi lanatis, scapo tereti. *Fl. dan. t. 243.*
- incurvata. 13. P. fol. lineari-subulatis canaliculatis recurvatis punctatis denticulatis, scapo tereti. *Murr. in comment. gott. 1780. p. 19. t. 6. M.*
- subulata. 14. P. fol. subulatis triquetris striatis scabris, scapo tereti.
- Serraria. 15. P. fol. lanceolatis quinquenerviis dentato-ferratis, scapo tereti. *Barrel. ic. 749.*
- coronopi. 16. P. fol. linearibus dentatis, scapo tereti. *Fl. dan. t. 272.*
- folia.
- Loeflingii. 17. P. fol. linearibus subdentatis, scapo tereti, spica ovata, bracteis carinatis membranaceis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 126. M.*
- Cornuti. 18. P. fol. pinnatis pinnis inaequalibus et distantibus, scapo tereti, stylis longissimis, filamentis brevissimis. *Jacq. in Litt. Miscell. v. 2. p. 351. Icon. rar. M.*

** *Caule ramoso.*

- Psyllum. 19. P. caule ramoso herbaceo, fol. subdentatis recurvatis, capitulis aphyllis.
- squarrosa. 20. P. herbacea, caulibus ramosis diffusis decumbentibus, foliis linearibus integerrimis, capitatis squarrosis. *Murr. in comm. gott. 1781. p. 38. t. 3.* *Plantago aegyptiaca*, caule ramoso herbaceo, fol. integerrimis villosis, spica foliosissima laxa, calycinis foliis aequalibus. *Jacq. in Litt. Miscell. v. 3. Icon. rar. M.*
- indica. 21. P. caule ramoso herbaceo, fol. integerrimis reflexis ciliatis, capitulis foliosis. *Calycis foliola duo inferiora obtusissima spatulata, valde gibba, intus concava. Corollae tubulosae, calyce duplo saepe longiores. Syst. ed. 13. p. 132.* *Plantago indica*, caule ramoso herbaceo, foliis linearibus subintegris, capitulis foliosis. *Murr. in comment. gott. 1778. p. 96. M.*

pumila.

- pumila. 22. P. caule ramoso herbaceo, foliis integerrimis carnosis, ramis laevibus. *Suppl. p. 125.* — *Mentio licet hic non fiat figurae foliorum: eadem tamen sine dubio est ac Plantago exigua, caule ramoso herbaceo, foliis subulatis integerrimis, capitulis foliosis. Murr. in comment. gott. 1778. p. 94. t. 5. M.*
- Cynops. 23. P. caule ramoso suffruticoso, foliis integerrimis filiformibus strictis, capitulis subfoliatis.
- afra. 24. P. caule ramoso fruticoso, fol. lanceolatis dentatis, capitulis aphyllis. *Pfyllium foliis laciniatis. Bocc. sic. 8. t. 7. f. B.*

143. SCOPARIA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-partita, rotata. *Capsf.* 1-ocularis, 2-valvis, polysperma.

168.

- dulcis. 1. S. foliis ternis, floribus pedunculatis. *Jacq. amer. 17.* — *Ed. 2. pict. p. 14. M.*
- procumbens. 2. P. fol. quaternis, flor. sessilibus. *Jacq. amer. 18. Ed. 2. pict. p. 14.*
- arborea. 3. S. fol. lanceolatis alternis integerrimis, corymbo supradecomposito trichotomo. *Suppl. p. 125.*

. . SKIMMIA. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 4, concava. *Bacca* 4-sperma. *Thunb. Diss. nov. gen. pl. p. 57. M.*

japonica. 1. SKIMMIA. *Thunb. l. c. p. 58. Ei. japon. mpt. Portugal no ki, Sin fan, vulgo Mijama Skimmi Kaempf. am. exot. p. 779. M.*

144. RHACOMA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-partita. *Capsf.* 1-ocularis, monosperma.

196.

Crossopetalum. 1. RHACOMA.

... OTHERA. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 4, ovata, plana.
Stigma sessile. *Capsula?* Thunb.
Diff. nov gen. pl. p. 56. M.

japonica. I. OTHERA Thunb. l. c. japon. mpt. M.

... ORIXA. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 4, lanceolata, plana.
Stigma capitatum. *Capsula?*
 Thunb. *Diff. nov pl. p. 56. M.*

japonica. I. ORIXA. Thunb. l. c. japon mpt. M.

145. CENTUNCULUS. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida, patens.
 169. *Stam.* brevia *Caps.*
 1-locularis, circumscissa.

minimus. I. CENTUNCULUS. *Fl. dan. t. 177.*

146. SANGUISORBA. *Cal.* 4-phyllus. *Germen* inter
 169. *calycem* corollamque.

officinalis. I. S. spicis ovatis *Fl. dan. t. 97.*

media. 2. S. spicis cylindricis.

canadensis. 3. S. spicis longissimis.

147. CISSUS. *Bacca* 1-sperma, cincta calyce *Corol-*
 170. *laque* quadripartita.

vitiginea. 1. C. foliis cordatis subquinquelobis tomentosis
 (exclusis *Synonymis Rheedii, Rumphii*).

cord folia. 2. C. fol. cordatis integerrimis.

Sicyoides. 3. C. fol. subcordatis nudis, setaceo-ferratis, ramu-
 lis teretibus. *Cissus* foliis simplicibus nitidis;
Jacq. ame. 22. t. 15. — Cissus sicyoides, fo-
lius subcordatis nudis setaceo ferratis, ramu-
lis teretibus. Jacq. amer. pict. p. 16 t. 20. M.
Vitis foliis dentatis. *Plum. ic. 59. f. 2. Fu-*
nis crepitans. *Rumph. amb. 5. p. 445 t. 164.*
f. 1. Schunumbi valli. Rheed. mal. 7. t. 11.

quadrangu- 4. C. fol. cordatis carnosis ferrato dentatis, caule
laris. tetragono tumidiusculo. *Manz. 39. Caulis*
longissimus, Petioli teretes.

acida. 5. C. fol. renaris obovatis glabris carnosis incis. *Rumph. amb. 5. t. 166. f. 2. — Jacq. amer.*
pict. p. 17. M.

trifoliata. 6. C. fol. ternatis subrotundis hirsutis subdentatis, ramis membranaceo-angulatis. *Jacq. amer.* 23. t. 182. f. 10. — *Ed.* 2. p. 17. t. 259. f. 8. quoad folium. M.

148. EPIMEDIUM. *Nectaria* 4, cyathiformia, petalis incumbentia. *Cor.* 4-petala. *Cal.* caducus. *Siliqua.*

171.

alpinum. I. EPIMEDIUM. *Calycis folia valde caduca.*

149. CORNUS. *Involucrum* 4-phyllum saepius. *Petala* supera 4. *Drupa* nucleo 2-loculari,

171.

florida. 1. C. arborea; involucro maximo: foliolis obcordatis. *Kalm. canad.* 2. p. 321.

mascula. 2. C. arborea, umbellis involucrum aequantibus.

japonica. 3. C. arborea, umbellis involucrum superantibus, fol. ferratis. *Thunb. japon. mspt.* M.

sanguinea. 4. C. arborea, cymis nudis, ramis rectis. *Fl. dan.* t. 481.

alba. 5. C. arborea, cymis nudis, ramis recurvatis. *Mant.* 40.

sericea. 6. C. arborea, cymis nudis, fol. subtus sericeis. *Mant.* 199. *Exclude Plukenetii nomen, cum Baccae maturae albae evaserint. Rami sanguinei punctis subverrucosis cinereis adpersi, quibus C. alba destituitur.*

alternifolia. 7. C. arborea, foliis alternis. *Suppl.* p. 125.

svecica. 8. C. herbacea, ramis binis. *Fl. dan.* t. 6.

canadensis. 9. C. herbacea, ramis nullis.

1192. SAMARA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala. *Stam.* basi petali immersa. *Stigma* infundibuliforme.

laeta. I. SAMARA. *Mant.* 199. Memecylon umbellatum. *Burm. ind.* 87. *Burm. zeyl.* 76. t. 31. *Fl. zeyl.* 469. *Similis Corno, sed folia alterna.*

150. FAGARA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-petala. *Capsf.* bivalvis, monosperma.

172.

Evodia. 1. *F.* foliis simplicibus lanceolatis elongatis oppositis, racemis ramosis axillaribus solitariis.

Suppl. p. 125.

Pterota. 2. *F.* foliolis emarginatis. *Odor* hircosus.

Piperita. 3. *F.* foliolis crenatis.

tragodes. 4. *F.* articulis pinnarum subtus aculeatis. *Jacq. amer.* 21. t. 14. — *Ed. 2. pict.* p. 16. t. 19. M.

ostandra. 5. *F.* foliolis tomentosis. *Mant.* 20.

1290. ÆGIPHILA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-fida. *Stylus* semibifidus. *Bacca* 4-sperma.

martini-censis. 1. ÆGIPHILA. *Jacq. obs.* 2. v. 3. t. 27. — *Amer. pict.* t. 16. p. 16. M. *Mant.* 198. *Folia* simplicia, opposita, petiolata. *Paniculae* terminalis et axillares.

152. PTELEA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-partitus, inferus. *Fructus* membrana subrotunda, centro monospermus.

173.

trifoliata. 1. *P.* foliis ternatis. *Trew. rar.* 12. t. 9.

pinnata. 2. *P.* fol. abrupte pinnatis. *Suppl.* p. 126.

1361. HYDROPHYLAX. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 4-partitus. *Fructus* anceps, monospermus. *Suppl.* p. 14.

maritima. 1. HYDROPHYLAX. *Suppl.* p. 126.

1292. SIRIUM. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. Nectario 4-phyllo claudente calycem. *Germen* inferum. *Stigma* 3-fidum. *Bacca* 3-locularis.

myrtifolium. 1. SIRIUM. *Mant.* 200. *Folia* opposita, simplicia, petiolata. *Flores* in thyrsum collecti.

153. LUDWIGIA. *Cor.* tetrapetala. *Cal.* 4-partitus, superus. *Capsf.* 4-gona, 4-locularis, infera, polysperma.

173.

- alternifolia.* 1. L. foliis alternis lanceolatis, caule erecto. *Trew Ehret. 2. t. 2. Flores laterales, axillares, solitarii. Capsulae cubicae, calyce minores.*
- oppositifolia.* 2. L. fol. oppositis lanceolatis, caule diffuso. *Fl. zeyl. 66. (excluso Rheedi nomine) Ludwigia perennis. Sp. plant. 173.*
- erigata.* 3. L. fol. oppositis lanceolatis, caule erecto. *Mantiss. 40.*

1362. BANKSIA. *Amentum* squamatum. *Cor.* 4-petala. *Antherae* in cavitate laminarum sessiles. *Capsf.* bivalvis. *Sem.* bipartibile, *Suppl. p. 15.*

- ferrata.* 1. B. foliis linearibus in petiolum attenuatis aequaliter ferratis apice truncatis cum mucrone. *Suppl. p. 126.*
- integrifolia.* 2. B. fol. cuneiformibus integerrimis subtus tomentoso-albis. *Suppl. p. 127.*
- ericæefolia.* 3. B. fol. approximatis acerolis truncato-emarginatis glabris. *Suppl. p. 127.*
- dentata.* 4. B. fol. oblongis in petiolum attenuatis curvis flexuosis dentatis: dentibus spinula terminatis; subtus albis. *Suppl. p. 127.*

154. OLDENLANDIA. *Cor.* tetrapetala. *Cal.* 4-partitus, superus. *Capsf.* 2-locularis, infera, polysperma.

174.

- verticillata.* 1. O. floribus verticillatis sessilibus, stipulis fetigeris. *Mant. 40.*
- repens.* 2. O. capsulis sessilibus hispidis, fol. lanceolatis. *Mant. 40.*
- capensis.* 3. O. pedunculis axillaribus unifloris, foliis linearibus acutis. *Suppl. p. 127.*
- uniflora.* 4. O. pedunc. simplicissimis lateralibus, fructibus hirtis, fol. subovatis acutis.
- biflora.* 5. O. pedunc. bifloris petiolo longioribus, fol. lanceolatis. Antirrhinum humile angustifolium, flore gemello ex alis foliorum. *Burm. zeyl. 22. t. 11.*

- umbellata. 6. O. umbellis nudis lateralibus alternis, fol. linearibus.
- hirsuta.* 7. O. umbellis axillaribus, caule calycibusque hispidis, foliis ovatis acutis. *Suppl. p. 127.*
- corymbosa. 8. O. pedunc. multifloris, fol. lineari-lanceolatis. *Sp. pl. 1679.*
- paniculata.* 9. O. pedunc. paniculatis terminalibus, fol. ovali-lanceolatis. *Sp. pl. 1697.* Mollugo zeylanica sylvestris angustifolia, flore albo. *Burm. zeyl. 161. t. 71. f. 2.*
- stricta.* 10. O. pedunc. racemosis terminalibus, fol. linearibus, caule erecto brachiato. *Mant. 200.* Alline spergulæ foliis, capitulis brevioribus duris. *Pluk. mant. 9. t. 332. f. 2.*

155. AMMANNIA. Cor. 4-petala, calyci inserta, vel nulla. Cal. 1-phyllus, plicatus, 8-dentatus, inferus. Caps. 4-locularis.

174.

- latifolia. 1. A. foliis semiamplexicaulibus, caule tetragono, ramis erectis. *Mant. 331.* Petala alba aut nulla.
- ramosior.* 2. A. fol. semiamplexicaulibus, caul. tetragono, ramis patentissimis. *Mant. 332.* Corolla purpurea.
- baccifera.* 3. A. fol. subpetiolatis, caps. calyce majoribus coloratis. *Burm. ind. t. 15. f. 3.* Cornelia verticillata. *Ard. spec. 2. p. 9. t. 1.* E China facta Italica. Calyces 4-dentati.
- octandra.* 4. A. floribus petaloideis octandris. *Suppl. p. 127.*
- pinnatifida.* 5. A. caulibus procumbentibus radicanibus compressis, foliis linearibus pinnatifidis. *Suppl. p. 127.*

156. ISNARDIA. Cor. nulla. Cal. 4-fidus. Caps. 4-locularis, cincta calyce.

175.

palustris. I. ISNARDIA. Simillima Pepli portulacae, repens, natans. Flores axillares, oppositi, sessiles, virides.

157. TRAPA. Cor. 4 petala. Cal. 4-partitus. Nux spinis 4 oppositis cincta, quae calycis folia fuere.

175.

bicornis. I. T. nucibus bicornibus. *Suppl. p. 128.*

natans,

natans. 2. *T. nucibus quadricornibus: spinis patentibus. Suppl. p. 128. — Folia immersa multifido-capillaria Myriophylli. Natantia rhombea petiolis vesicariis. Germen cingunt calycis folia quatuor; duobus ad latera; duobus ad angulos germinis, unde cornua fructus.*

158. DORSTENIA. *Receptac. commune 1-phyllum, carnosum, in quo Semina solitaria nidulantur. *)*

Houfoni. 1. *D. scapis radicatis, foliis cordatis angulatis acutis, receptaculis quadrangulis.*

Contra-jerva. 2. *D. scapis radicatis, fol. pinnatifido-palmatis ferratis, receptaculis quadrangulis.*

Drakena. 3. *D. scapis radicatis, fol. pinnatifido-palmatis integerrimis, receptaculis ovalibus.*

caulescens. 4. *D. pedunculis caulinis.*

1243. COMETES. *Involucr. 4-phyllum, 3-florum. Cal. 4-phyllus, Caps. 3-cocca.*

alterniflora. 1. COMETES. *Mant. 39. Clinopodium parvum finicum. Pluk. amalth. 61. t. 380. f. 4?*

.. NIGRINA. *Cal. 0. Cor. 4-petala. Capsula? Thunb. diff. n. gen. pl. p. 57. M.*

spicata. NIGRINA. *Thunb. l. c. japon. mspt. M.*

159. ELÆAGNUS. *Cor. nulla. Cal. 4-fidus, campanulatus, superus. Drupa infra calycem campanulatum.*

angustifolia. 1. *E. inermis foliis lanceolatis.*

orientalis. 2. *E. inermis fol. oblongis ovatis opacis. Mant. 41.*

latifolia. 3. *E. inermis fol. ovatis.*

crispa. 4. *E. inermis fol. lanceolato-oblongis obtusis undulatis, floribus solitariis. Thunb. jap. mspt. M.*

multiflora. 5. *E. inermis fol. obovatis obtusis, flor. axillaribus aggregatis, pedunculis flore longioribus. Thunb. l. c. M.*

L 2

umbel-

*) Dorsteniae omnis flores in viva planta attente observandi et describendi.

- ~~umbellata.~~ 6. E. inermis fol. obovatis obtusis, flor. axillaribus aggregatis pedunculis flore brevioribus. *Thunb. l. c. M.*
- glabra. 7. E. inermis fol. ovato-oblongis acuminatis, flor. axillaribus subsolitariis. *Thunb. japon. mspt. M.*
- spinosa. 8. E. (*Praemitto M.*) basi ramulorum spinosa, — fol. ellipticis.
- pungens. 9. E. ramulis spinescentibus, fol. oblongis undulatis, floribus axillaribus binis. *Thunb. jap. mspt. M.*

.. GONOCARPUS. *Cor.* 4-fida. *Drupa* 8-gona, 1-sperma. *Thunb. Diff. nov. gen. pl. p. 3. p. 55. M.*

micranthus. I. GONOCARPUS. *Thunb. l. c. jap. mspt. M.*

480. SANTALUM. *Cor.* 4-petala: petalis calyci innatis, praeter Glandulas 4. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* infera, monosperma.

497.

album. I. SANTALUM. *Calyx superus s. margo* 4-dentatus. *Petalata* 4 calycis laciniis insidentia, *reßiora*; *Glandulae* 4 petalis minores, *alternantes*. *Filamenta* 4 tubo calycis innata. *Drupa* monosperma.

1244. STRUTHIOLA. *Cor.* nulla. *Cal.* tubulosus: ore glandulis 3. *Bacca* exfucca, monosperma.

- virgata.* I. S. pubescens. *Mant. 41.*
- ereßta.* 2. S. glabra. *Mant. 41.* *Passerina* dodecandra. *Sp. pl. 513.* *Passerina* *Burm. afr. t. 47. f. 1.*
- nana.* 3. S. foliis linearibus obtulis pilosis, floribus terminalibus fasciculatis tomentosis. *Suppl. p. 128.*

136. MANETTIA. *Cal.* 8-phyllus. *Cor.* 4-fida. *Capsula* infera, bivalvis, unilocularis. *Sem.* imbricata, orbiculata, seminulo centrali.

reclinata. I. MANETTIA. *Mant. 558.* *Caulis* herbaceus, debilis, *reclinatus*. *Folia* opposita, ovata, acuta, *subtus*

subtus pubescentia. Pedunculi solitarii, multiflori, axillares.

161. KRAMERIA. *Cal.* 0. *Cor.* 4-petala: *Nectario* superiore 3-partito; inferiore 2-phyllo. *Bacca* ficca, echinata, 1-sperma.

177.

Ixina. 1. KRAMERIA.

1363. HARTOGIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 4-petala patens. *Drupa* ovata, disperma. *Suppl.* p. 16.

capensis. 1. HARTOGIA. *Suppl.* p. 128.

1193. ACÆNA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Bacca* ficca, infera, 1-sperma, retrorsum echinata.

elongata. ACAENA. *Mant.* 200. *Krameriae* affinis. *Mutis.* *Caules ramis fruticosis longissimis. Folia sparsa, pinnata. Spicae axillares, ancipites.*

162. RIVINA. *Cor.* 4-petala, persistens. *Cal.* nullus. *Bacca* 1-sperma: *Semine* lentiformi.

177.

humilis. 1. R. racemis simplicibus, floribus tetrandris, foliis pubescentibus.

laevis. 2. R. racemis simplicibus, floribus tetrandris, foliis glabris. *Mant.* 41. *Flores extus rubicundi. Praecedenti nimis affinis.*

octandra. 3. R. racemis simplicibus, floribus octandris dodecandrisve. *Jacq. spec.* 6. t. 2. — *Rivina dodecandra. Jacq. amer. pict.* 17. t. 21. M. in qua ego modo stamina 8 numero. *Stamina 4 intra calycis folia; reliqua 8 alternantia. Antherae hastatae. Stylus nullus. Stigma penicilliforme. Semen lentiforme, nitidum.*

paniculata. 4. R. paniculae racemis compositis oppositisque.

1364. EMBOTHRIUM. *Cor.* 4-petala. *Antherae* sessiles, apicibus petalorum infidentes. *Folliculus* teres. *Suppl.* p. 16.

umbellatum. 1. E. umbellis axillaribus simplicissimis pedunculatis, foliis oblongis aveniis, antheris sessilibus. *Suppl.* p. 28.

coccineum. 2. E. thyrsis terminalibus sessilibus, antheris pedicellatis, foliis obovatis venosis. *Suppl.* p. 128.

163. SALVADORA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Bacca* 1-sperma. *Sem.* arillo vestitum.

178.

persica. 1. SALVADORA.

164. CAMPHOROSMA. *Cal.* urceolatus: dentibus 2. oppositis, alternisque minimis. *Cor.* nulla. *Capf.* 1-sperma.

178.

monspeliensis. 1. C. foliis hirsutis.

acuta.

2. C. fol. subulatis rigidis glabris.

glabra.

3. C. fol. subtriquetris glabris inermibus.

Pteranthus.

4. C. ramulissima, pedunc. ensiformibus dilatatis, bracteis cristatis. *Mant.* 41. *Folia verticillata.*

paleacea.

5. C. fruticosa, ramis spicaeformibus paleaceis pilosis. *Suppl.* p. 128.

165. ALCHEMILLA. *Cal.* 8-fidus. *Cor.* 0. *Sem.* 1.

178.

vulgaris.

1. A. foliis lobatis. -- *Fl. dan.* t. 693. M. 1

alpina.

2. A. fol. digitatis serratis. *Fl. dan.* t. 49.

aphanoides.

3. A. fol. multipartitis, caule erecto. *Suppl.* p. 129.

pentaphyl-

4. A. fol. quinatis multifidis glabris.

lea.

D I G Y N I A.

.. GALOPINA. *Cal.* 0. *Cor.* 4-fida. *Sem.* 2. nuda. *Thunb. Diff. nov. gen. pl.* p. 1. M.

circacoides. 1. GALOPINA. *l. c.* p. 1.

166. APHANES. *Cal.* 8-fidus. *Cor.* 0. *Sem.* 2, nuda.
179.

arvensis. APHANES. *Variat* pistillo 1.

167. CRUCITA. *Cal.* 4-phyllus: exterior 3-phyllus.
Cor. 0. *Sem.* 1.

hispanica. 1. CRUCITA. *Folia opposita, lanceolata.*

168. BUFONIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala, *Capsf.*
179. 1-locularis, 2-sperma.

tenuifolia. 1. BUFONIA. *Ger. prov.* Polygonum angustissimo
gramineo folio, erectum. *Magn. monsp.*
97. t. 97. *Variat* staminibus 4 et 2.

166. HAMAMELIS. *Involucr.* 3-phyllum. *Cal.* pro-
180. prius 4-phyllus. *Petala* 4. *Nux*
2-cornis, 2-locularis.

virginica. 1. HAMAMELIS. — *Mill. illustr. ic. M.* Floret au-
tumno, insequente vere semina
perficit.

170. CUSCUTA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 1-petala: *Capsf.*
180. 2-locularis.

europaea. 1. C. floribus sessilibus. *Fl. dan. t. 199.*

epithymum. 2. C. flor. sessilibus quinquefidis bracteis obvalla-
tis. *Loefl. it. 216. Fl. dan. t. 427.*

americana. 3. C. flor. pedunculatis. *Jacq. amer. 24. — amer.*
piet. p. 17. M. In fruticibus.

171. HYPECOUM. *Cal.* 2-phyllus. *Petala* 4: exte-
181. rioribus duobus latioribus, 3-
fidis. *Fructus* filiqua.

procumbens. 1. H. filiquis arcuatis compressis articulatis.

pendulum. 2. H. filiquis cernuis teretibus cylindricis.

erectum. 3. H. filiquis erectis teretibus torulosis. *Stamina*
videntur tetradynama.

1365. GOMOZIA. *Cal.* 0. *Cor.* campanulata 4-fida, su-
pera *Bacca* bilocularis. *Suppl.*
p. 17.

granadensis. 1. GOMOZIA. *Suppl. p. 129.*

TETRAGYNIA.

172. ILEX. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* rotata. *Stylus* 0. *Bacca* 4-sperma.
181.

- Aquifolium. 1. I. foliis ovatis acutis spinosis. *Fl. dan. t.* 508.
β. Aquifolium echinata superficie. *Cornut. canad. 180. Foliorum pagina superior echinata. Polygama dioica. Planta hermaphrodita 5-petala, pentandra. Ger. Mill.*
- Cassine. 2. I. fol. ovato-lanceolatis ferratis.
asiatica. 3. I. fol. lato-lanceolatis obtusis integerrimis.
integra. 4. I. fol. oblongis obtusis integris, pedunculis unifloris. *Thunb. japon. m/spr. M.*
- rotunda. 5. I. fol. rotundatis acutis integris, peduncul. umbelliferis. *Thunb. loc. cit. M.*
- crenata. 6. I. fol. ovatis crenatis, pedunc. rameis sparsis fustri-floris. *Thunb. l. c. M.*
- emarginata. 7. I. fol. obovatis emarginatis, floribus axillaribus binis. *Thunb. l. c. M.*
- ferrata. 8. I. fol. ovatis acutis ciliato-ferratis, flor. axillaribus solitariis. *Thunb. l. c. M.*
- japonica. 9. I. fol. oppositis sessilibus, flor. recemosis terminalibus. *Thunb. l. c. M.*
- latifolia. 10. I. fol. ovatis ferratis, flor. axillaribus aggregatis. *Thunb. l. c. M.*

173. COLDENIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* infundibulif.
182. *Styli* 4, *Sem.* 2, bilocularia.

- procumbens. 1. COLDENIA. *Planta depressa ramis alternis. Folia alterna, subpetiolata, obovata, lateve superiore sublunata. plicata secundum serraturas profundas, tomentosa exceptis plicis. Flores axillares, nonnulli, sessiles. Styli 4. Sem. 2, bilocularia, intus plana, extus muricato-angulata.*

174. POTAMOGETON. *Cal.* 0. *Petala* 4. *Stylus* 0.
182. *Sem.* 4.

- natans. 1. P. foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus. —
Mill. illustr. ic. M.
- perfoliatum. 2. P. fol. cordatis amplexicaulibus. *Fl. dan. t.* 196.
- densum. 3. P. fol. ovatis acuminatis oppositis confertis, caulibus dichotomis, spica quadriflora.

lucens.

- lucens. 4. P. fol. lanceolatis planis in petiolos desinentibus. *Fl. dan. t. 195.*
- crispum. 5. P. fol. lanceolatis alternis oppositisve undulatis ferratis.
- serratum. 6. P. fol. lanceolatis oppositis subundulatis. *Anvarietas præcedentis?*
- compressum. 7. P. fol. linearibus obtusis, caule compresso. *Fl. dan. t. 203. Caulis compressus. Variat globis alternis et oppositis.*
- pectinatum. 8. P. fol. setaceis parallelis approximatis distichis.
- setaceum. 9. P. fol. lanceolatis oppositis acuminatis.
- gramineum. 10. P. fol. lineari-lanceolatis alternis sessilibus stipula latioribus. *Fl. dan. t. 222. β. Potamogeton fol. lanceolatis oppositis acuminatis planis. Ger. prov. 124. Potamogeton minus, fol. densis mucronatis non ferratis. Magn. monsp. 353. Fontinalis media lucens. Bauh. hist. 3. p. 777.*
- marinum. 11. P. fol. linearibus alternis distinctis inferne vaginantibus. *Fl. dan. t. 186.*
- pusillum. 12. P. fol. linearibus oppositis alternisque distinctis basi patentibus, caule tereti.

175. RUPPIA. *Cal. o. Cor. o. Sem. 4, pedicellata.*
184.

maritima. I. RUPPIA. *Fl. dan. t. 364.*

176. SAGINA. *Cal. 4-phyllus. Petala 4. Caps. 1-locularis, 4-valvis, polyiperma.*
185.

- procumbens. I. S. ramis procumbentibus. *Ard. spec. 2. p. 23: t. 8. f. 2. Variat floribus corollatis et apetalis. ut Jacq. vind. 26.*
- apetala. 2. S. caule erectiusculo pubescente, floribus alternis apetalis. *Mant. 559. Sagina caulibus erectis, radice annua, flor. apetalis. Ard. spec. 2. p. 22. t. 8. f. 1.*
- erecta. 3. S. caule erecto subunifloro. -- *Fl. dan. t. 845. M. Sagina fol. lineari-lanceolatis. Ger. prov. 402. Calycis foliola lanceolata, acuminata.*
- virginica. 4. S. caule erecto, floribus oppositis.

170 TETRANDRIA. TETRAGYNIA. *Tillaea*.

177. TILLÆA. *Cal.* 3-f. 4-partitus. *Petala* 3 f. 4,
186. aequalia. *Caps.* 3 f. 4, polyspermae.

aquatica. 1. *T. erecta* dichotoma, foliis acutis, floribus quadrifidis.


perfoliata. 2. *T. foliis perfoliatis* ovatis, corymbis terminalibus, flor. quadrifidis. *Suppl. p.* 129.

capensis. 3. *T. fol. oblongiusculis*, flor. quadrifidis. *Suppl. p.* 129.

muscosa. 4. *T. procumbens*, flor. trifidis.

178. MYGINDA. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 4. *Drupa*
1661. globosa.

uragoga. 1. MYGINDA. *Jacq. amer.* 24. t. 16. — *Amer. Ed.*
2. *pict.* p. 18. t. 22. *M. Sp. pl.* 1661.





CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Fl. Monopetali, inferi, monospermi.*

242. MIRABILIS. *Nucula infra corollam! Cor. infundib. Stigm. globosum.*
 . . WEIGELA. *Sem. 1. Styl. e basi germinis. Stigm. peltatum. Cor. infundib.*
 213. PLUMBAGO. *Sem. 1. Stam. valvis inserta. Cor. infundib. Stigm. 5-fidum.*

* *Fl. Monopetali, inferi, tetraspermi. Asperifoliae.*

186. CERINTHE. *Cor. fauce nuda, ventricosa. Sem. 2. ossea, 2-locularia.*
 1245. MESSERSCHMIDIA. *Cor. fauce nuda, infundib. Sem. 2. suberosa, 2-sperma-*

* *Fl. Monopetali, inferi, tetraspermi. Asperifoliae.*

191. ECHIUM. *Cor. fauce nuda, irregularis! campanulata.*
 179. HELIOTROPIUM. *Cor. fauce nuda, hypocraterif. lobis dentate interiectis. Sem. 4.*
 184. PULMONARIA. *Cor. fauce nuda, infundib. Cal. prismaticus.*
 181. LITHOSPERMUM. *Cor. fauce nuda, infundib. Cal. 5. partitus.*
 187. ONOSMA. *Cor. fauce nuda, ventricosa. Sem. 4.*
 185. SYMPHYTUM. *Cor. fauce dentata, ventricosa.*
 188. BORAGO. *Cor. fauce dentata, rotata.*
 190. LYCOPSIS. *Cor. fauce fornicata, infundib. tubo curvato!*
 189. ASPERUGO. *Cor. fauce fornicata, infundib. Fructus compressus.*
 183. CYNOGLOSSUM. *Cor. fauce fornicata, infundib. Sem. depressa, latere affixa.*
 182. ANCHUSA. *Cor. fauce fornicata, infundib. tubo basi prismatico.*

180. MYOSOTIS. *Cor.* fauce fornicata, hypocrateriform. lobis emarginatis.
* *Fl. Monopetali, inferi, pentaspermi.*
193. NOLANA. *Cor.* monopetala. *Sem.* 5, baccata, 2 f. 4 locularia.
* *Fl. Monopetali, inferi, angiospermi.*
243. CORIS. *Capsf.* 1-locularis, 5-valvis. *Cor.* irregularis! *Stigm.* capitatum.
204. HYDROPHYLLUM. *Capsf.* 1-locularis, 2-valvis. *Cor.* nectariis 5-exarata. *Stigm.* 2 fidum.
276. GALAX. *Capsf.* 1-locularis, 2-valvis. *Cor.* hypocrater. *Stigm.* subrotundum.
198. CORTUSA. *Capsf.* 1-locularis, oblonga. *Cor.* rotata. *Stigm.* subcapitatum.
206. ANAGALLIS. *Capsf.* 1-locularis, circumscissa. *Cor.* rotata. *Stigm.* capitatum.
205. LYSIMACHIA. *Capsf.* 1-locularis, 10-valvis. *Cor.* rotata. *Stigm.* obtusum.
201. CYCLAMEN. *Capsf.* 1-locul. intus pulposa. *Cor.* reflexa. *Stigm.* acutum.
200. DODECATHEON. *Capsf.* 1-locularis, oblonga. *Cor.* reflexa. *Stigm.* obtusum.
199. SOLDANELLA. *Capsf.* 1-locularis. *Cor.* lacera! *Stigm.* simplex.
197. PRIMULA. *Capsf.* 1-locularis. *Cor.* infund. fauce pervia. *Stigm.* globosum.
196. ANDROSACE. *Capsf.* 1-locularis. *Cor.* hypocrat. fauce coarct. *Stigm.* globosum.
195. ARETIA. *Capsf.* 1-locularis? *Cor.* hypocraterif. *Stigm.* depresso-capitatum.
203. HOTTONIA. *Capsf.* 1 locularis. *Cor.* tubus infra stamina! *Stigm.* globosum.
202. MENYANTHES. *Capsf.* 1-locularis. *Cor.* villosa! *Stigm.* 2-fidum.
- . . DORAENA. *Capsf.* 1-locularis, *Cor.* 5-fida. *Stigm.* emarginatum.
1295. ALLAMANDA. *Capsf.* 1-locularis, lentiformis, bivalvis valvulis cymbiformibus. *Sem.* imbricata.
207. THEOPHRASTA. *Capsf.* 1-locularis, maxima! *Cor.* campanulata. *Stigm.* acutum.

1367. SCHEFFIELDIA. *Capf.* 1-locularis, 5-valvis. *Cor.* campanulata. *Filamenta* decem: *alternæ* sterilia.
1368. RETZIA. *Capf.* 2-locularis. *Cor.* cylindrica, extus villosa. *Stigm.* 2 fidum.
209. SPIGELIA. *Capf.* 2-locularis, didyma! *Cor.* infundib. *Stigm.* simplex.
210. OPHIORHIZA. *Capf.* 2-locularis, 2-partita! *Cor.* infundib. *Stigm.* 2-fidum.
215. CONVULVULUS. *Capf.* 2-locul. 2-sperma. *Cor.* campanulata. *Stigm.* 2 fidum.
1248. LISIANTHUS. *Capf.* 2-locul. polysperma. *Cor.* infundib. *ventricosa.* *Styl.* persistens.
208. PATAGONULA. *Capf.* 2-locularis. *Cor.* rotata. *Stylus* dichotomus!
1246. NIGRINA. *Capf.* 2-locularis. *Cor.* infundibul. *Cal.* inflatus.
246. DATURA. *Capf.* 2-locular. 4-valvis! *Cor.* infundib. *Cal.* deciduus.
247. HYOSCYAMUS. *Capf.* 2-locul. operculata! *Cor.* infundib. *Stigm.* capitatum.
248. NICOTIANA. *Capf.* 2-locularis. *Cor.* infundib. *Stigm.* emarginatum.
245. VERBASCUM. *Capf.* 2-locularis. *Cor.* rotata. *Stigm.* obtusum. *Stam.* declinata.
255. CHIRONIA. *Capf.* 2-locularis. *Cor.* tubo urceolato. *Antherae* defloratae spirales.
194. DIAPENSIA. *Capf.* 3-locularis. *Cor.* hypocrater. *Cal.* 8-phyllus.
214. PHLOX. *Capf.* 3-locularis. *Cor.* hypocr. tubo curvo. *Stigm.* 3 fidum.
217. POLEMONIUM. *Capf.* 3-locularis. *Cor.* 5-partita. *Stam.* valvis imposita.
216. IPOMOEA. *Capf.* 3-locularis. *Cor.* infundib. *Stigm.* capitatum.
1229. BROSSAEA. *Capf.* 5-locularis. *Cor.* truncata. *Cal.* carnosus.
212. AZALEA. *Capf.* 5-locularis. *Cor.* campanulata. *Stigm.* obtusum.
1369. EPACRIS. *Capf.* 5-locularis, 5-valvis. *Cor.* infundibulif. villosa. *Squamæ* nectariferae, germini adnatae.
302. CEROPEGIA. *Folliculi* 2. *Cor.* limbo connivente. *Sem.* papposa.

297. NERIUM.	<i>Folliculi</i> 2. erecti.	<i>Cor.</i> fauce coronata. <i>Sem.</i> papposa.
299. ECHITES.	<i>Follic.</i> 2. recti.	<i>Cor.</i> infundibulif. fauce nuda. <i>Sem.</i> papposa.
1253. PERGULARIA.	<i>Follic.</i> 2.	<i>Cor.</i> hypocraterif. <i>Nectaria</i> 5, semisagittata.
298. PLUMIERIA.	<i>Follic.</i> 2, refracti.	<i>Cor.</i> infundib.
300. CAMERARIA.	<i>Follic.</i> 2, lobati.	<i>Cor.</i> hypocrat. <i>Sem.</i> alata.
301. TABERNAEMONTANA.	<i>Follic.</i> 2 pulposi.	<i>Cor.</i> hypocrat. <i>Sem.</i> simplicia.
295. VINCA.	<i>Follic.</i> 2, erecti.	<i>Cor.</i> hypocrat. <i>Sem.</i> simplicia.
1370. IGNATIA.	<i>Drupa</i> 1-ocularis, polysperma.	<i>Cal.</i> 5-dentatus. <i>Cor.</i> infundibulif. longissima.
1251. CARISSA.	<i>Baccae</i> 2, polyspermae.	
254. JACQUINIA.	<i>Bacca</i> 1 sperma.	<i>Cor.</i> 10-fida.
259. LAUGIERIA.	<i>Bacca</i> 1-sperma. Nuc. 5-loc.	<i>Stigm.</i> capitat.
1252. PAEDERIA.	<i>Bacca</i> 2-sperma, inflata, fragilis.	
258. VARRONIA.	<i>Bacca</i> 1-sperma. Nuc. 4 loc.!	<i>Stigm.</i> 4-plex.
256. CORDIA.	<i>Bacca</i> 1-sperma. Nuc. 4-loc.	<i>Stigm.</i> dichotomum! <i>Calyx</i> baccae accretus.
257. EHRETIA.	<i>Bacca</i> 4 sperma. Nuc. 2-loc.	<i>Stigm.</i> emarginatum.
192. TOURNEFORTIA.	<i>Bacca</i> 4-sperma. apice pertusa!	<i>Sem.</i> 2-ocularia.
293. RAUWOLFIA.	<i>Bacca</i> 2-sperma.	<i>Sem.</i> cordata.
294. CERBERA.	<i>Bacca</i> 2-sperma.	<i>Nuces</i> compressae, retusae.
1250. ARDUINA.	<i>Bacca</i> 2 sperma.	<i>Sem.</i> oblonga. <i>Coroll.</i> curvata. <i>Stigm.</i> 2-fidum.
269. MYRSINE.	<i>Bacca</i> 1-sperma.	<i>Stigm.</i> villosum.
. . . BLADHIA.	<i>Bacca</i> 1-sperma.	<i>Sem.</i> arillatum!
261. CESTRUM.	<i>Bacca</i> 1-ocularis.	<i>Filam.</i> dente notata!
260. BRUNFELSIA.	<i>Bacca</i> 1 locularis.	<i>Cor.</i> longissima.
211. RANDIA.	<i>Bacca</i> 1 locul. corticosa.	<i>Cal.</i> truncatus.
. . . FAGRAEA.	<i>Bacca</i> 2-ocularis, carnosa.	<i>Semina</i> globosa. <i>Stigm.</i> peltatum.
253. STRYCHNOS.	<i>Bacca</i> 2-locul. corticosa.	<i>Stigm.</i> capitatum.
252. CAPSICUM.	<i>Bacca</i> 2-locul. exsucca.	<i>Antherae</i> conniventes.

251. SOLANUM. *Bacca* 2-locularis. *Antherae* biperforatae!
250. PHYSALIS. *Bacca* 2-loc. calyce inflato. *Antherae* approximatae.
249. ATROPA. *Bacca* 2-locularis. *Stam.* distantia, incurvata.
241. ELLISIA. *Bacca* 2-locularis. *Sem.* 2: altero superiore.
262. LYCIUM. *Bacca* 2-locularis. *Stam.* basi villo claudentia.
234. MENAIS. *Bacca* 4-locularis. *Cal.* 3-phyllus. *Stigm.* duo.
264. SIDEROXYLON. *Bacca* 5-sperma. *Cor.* 10-fida, laciniis interioribus conniventibus.
263. CHRYSOPHYLLUM. *Bacca* 10-sperma. *Cor.* 10-fida, laciniis exterioribus patentissimis.

* *Achras.** *Fl. Monopetali, superi.*

222. SAMOLUS. *Capsf.* 1-locul. apice 5-valvis. *Cor.* hypocrat. *Stigm.* capitatum.
226. BELLONIA. *Capsf.* 1-loc. umbilico rostrato. *Cor.* rotata. *Stigm.* acutum.
1366. VIRECTA. *Capsf.* 1-loc. *Cor.* infundibuliformis. *Stigm.* bipartitum. *Cal.* 5-phyllus. dentibus interjectis.
225. MACROCNEMUM. *Capsf.* 2-loc. turbinata. *Cor.* campanul. *Stigm.* bilobum, *Sem.* imbricata.
224. RONDELETIA. *Capsf.* 3-locul. subglobosa. *Cor.* infundib. *Stigm.* obtusum.
228. CINCHONA. *Capsf.* 2-locul. intus dehiscens! *Cor.* hirsuta. *Stigm.* simplex.
227. PORTLANDIA. *Capsf.* 2-locul. coronata. *Cor.* ventricosa. *Stigm.* simplex. *Sem.* imbricata.
219. ROELLA. *Capsf.* 2-locul. coronata. *Cor.* rotata. *Stigm.* 2-fidum.
220. PHYTEUMA. *Capsf.* 2-f. 3-locul. perforata. *Cor.* 5-partita. *Stigm.* 2-f. 3-fidum.
218. CAMPANULA. *Capsf.* 3-f. 5-locul. perforata. *Cor.* campanul. *Stigm.* 3-fidum.
1294. SCAEVOLA. *Drupa* 1-sperma. *Cor.* irregulari flabelliformis: fissura longitudinali.
221. TRACHELIUM. *Capsf.* 3-locul. perforata. *Cor.* infundib. *Stigm.* capitatum.

231. MATTHIOLA. *Bacca* 1 sperma. *Cor.* infundib. indivisa. *Stigm.* obtusum.
235. MORINDA. *Bacca* 1 sperma, aggregata. *Cor.* infundib. *Stigm.* 2-fidum.
229. PSYCOTHRIA. *Bacca* 2 sperm. *Sem.* sulcata. *Cor.* infundib. *Stigm.* emarginatum.
230. COFFEA. *Bacca* 2 sperm. *Sem.* arillata! *Cor.* hypocrat. *Stigm.* 2-partitum.
231. CHIOCOCCA. *Bacca* 2 sperma. *Cor.* infundib. *Stigm.* simplex.
296. GARDENIA. *Bacca* infera 2. s. 4-locularis, polysperma. *Cor.* 1-petala. *Antherae* tubo corollae absque filamentis insertae.
240. GENIPA. *Bacca* 2 locul. subrotunda. *Cor.* rotata. *Stigm.* clavatum.
233. LONICERA. *Bacca* 2 locul. subrotunda. *Cor.* inaequalis. *Stigm.* capitatum.
234. TRIOSTEUM. *Bacca* 3-locular. coriacea. *Cor.* inaequalis. *Stigm.* oblongum.
241. MUSSAENDA. *Bacca* 4-locularis, oblonga. *Cor.* infundib. *Stigm.* 2 partitum.
232. HAMELLIA. *Bacca* 5-locul. polysperma. *Cor.* tubo longo *Stigm.* lineare.
238. ERITHALIS. *Bacca* 10 locul. subglobosa. *Cor.* rotata. *Stigm.* acutum.

* *Rubia.** *Crucianella.** *Prinos.** *Fl. Pentapetali, inferi.*

280. HIRTELLA. *Bacca* 1-sperma. *Stylus* lateralis. *Stam.* persistentia, spiralia.
265. RHAMNUS. *Bacca* 3-locularis, rotunda. *Cal.* tubul. corollifer. *Squamae* oris 5, convergentes.
267. CEANOTHUS. *Bacca* 3-cocca. *Cal.* tubul. corollifer. *Petala* fornicata.
270. CELASTRUS. *Bacca* 3-cocca. *Cal.* planus. *Sem.* arillata.
271. EVONYMUS. *Bacca* capsularis, lobata, *Cal.* patens. *Sem.* baccato arillata.
1296. AQUILICIA. *Bacca* 5 sperma. *Cor.* Nectario urceolato.
284. VITIS. *Bacca* 5 sperma. *Cor.* saepe emarido-connata. *Stylus* nullus.

.. ELAEO-

- . . ELAEODENDRON. *Drupa* ovata, *nuce* biloculari.
 1373. CORYNOCARPUS. *Nux* clavata. *Nectar*ia 5, petaliformia, cum petalis alternantia, basi glandulifera.
 278. MANGIFERA. *Drupa* reniformis. *Cor.* petalis lanceolatis. *Nucleus* lanuginosus.
 277. CEDRELA. *Capsf.* 5-loc. basi dehiscens! *Cor.* receptaculo unita. *Sem.* alata.
 . . CALODENDRUM. *Capsf.* 5-locularis. *Nectar.* 5-phyllum.
 268. BÜTTNERA. *Capsf.* 5-coeca. *Petala* auriculata.
Stam. Nectario annexa.
 272. DIOSMA. *Capsf.* 5 plex. *Nectar.* germen coronans. *Sem.* arillata.
 . . HOVENIA. *Capsf.* 3 locularis. 3 valvis. *Petala* convoluta. *Stigma* 3 fidum.
 287. CLAYTONIA. *Capsf.* 1-loc., 3-valvis. *Cal.* 2-valvis!
Stigm. 3 fidum.
 1234. RORIDULA. *Capsf.* 1 locul. 3 valvis. *Nectarium* antherae scrotiforme
 275. ITEA. *Capsf.* 1-loc. 2 valvis.. *Cal.* corollifer.
Stigm. obtusum.
 286. SAUVAGESIA. *Capsf.* 1 locularis. *Nectar.* 5-phyllum!
Petala fimbriata.
 . . CAROXYLON. *Sem.* tunica vestitum. *Cor.* 5-petala.
Nect. 5 phyllum connivens corollae insertum!
 274. BRUNIA. *Sem.* 1. villosum *Recept.* comm villosum. *Stam.* unguibus petal. inserta.
 237. KUHNIA. *Sem.* 1. papposum *Recept.* comm. nudum.
 223. NAUCLEA. *Sem.* 1. biloculare. *Recept.* comm. nudum.
 * *Caesalpinia pentandra.* * *Bombax pentandrum.*
 * *Cassia nititans.* * *Violae.*
 * *Fl. Pentapetali, superi.*
 281. RIBES. *Bacca* polysperma. *Cal.* corollifer. *Styl.* 2 fidus.
 1372. ESCALLONIA. *Bacca* polysperma, bilocularis. *Petala* distantia, lingulata. *Stigm.* capitarum.
 283. HEDERA. *Bacca* 5 sperma. *Cal.* cingens fructum.
Stigm. simplex.
 1249. PLECTRONIA. *Bacca* 2 sperma. *Cal.* unguibus clausus.
Anther. inclusae, geminatae.

266. PHYLICA. *Bacca* 3 cocca. *Cal.* tubulosus corollifer squamis 5 convergentibus
282. GRONOVIA. *Caps.* 1-sperma. colorata. *Cal.* coloratus. *Petala* minuta.
1297. HELICONIA. *Caps.* 3 cocca. *Cor.* irregularis. *Cal.* nullus.
1247. CYRILLA. *Caps.* 2-locularis, polysperma. *Stylus* bifidus. *Petala* acuminata.
1374. ARGOPHYLLUM. *Caps.* 3 locularis. *Nectarium* pyramidale, 5-angulare, longitudine corollae.
285. LAGOECIA. *Sem.* 2. nuda. *Cal.* pinnato-pectinatus. *Petala* bicornia.
236. CONOCARPUS. *Sem.* 1. nudum. *Cal.* campanulatus. *Petala* conniventia.

* *Fl. incompleti, inferi.*

288. ACHYRANTHES. *Sem.* 1. oblongum. *Cal.* exterior 3-phyllus, nudus.
289. CELOSIA. *Caps.* 3-sperma. *Cal.* exterior 3-phyllus, coloratus.
- CHENOLEA. *Caps.* 1-sperma, 1-valvis. *Cal.* 5-fidus.
290. ILLECEBRUM. *Caps.* 1-sperma, 5-valvis. *Cal.* simplex, rudis.
291. GLAUX. *Caps.* 5-sperma, 5-valvis. *Cal.* simplex, rudior, campanulatus.

* *Polygonum amphibium, lapathifolium.*

* *Ceratonia.*

* *Fl. incompleti, superi.*

292. THESIUM. *Sem.* 1. coronatum. *Cal.* staminifer.

* *Loranthus.* * *Trianthema monogyna.*

DIGYNIA.

* *Fl. Monopetali, inferi.*

307. STAPELIA. *Folliculi* 2. *Cor.* rotata: Nectariis stellatis.
304. CYNANCHUM. *Folliculi* 2. *Cor.* rotata: Nectario cylindrico.
303. PERIPLOCA. *Folliculi* 2. *Cor.* rotata: Nectariis 5, filiformibus.
305. APOCYNUM. *Folliculi* 2. *Cor.* campan. Nectariis glandulosus 5. *Setis* 5.

306. ASCLEPIAS. *Folliculi* 2. *Cor.* reflexa: *Nectariis* 5 auriformibus unguiculatis.
1375. MELODINUS. *Bacca* 2-ocularis, polysperma. *Faux corollae* coronata
321. SWERTIA. *Capsf.* 1 loc. 2 valvis. *Cor.* rotata: poris 5 nectariferis.
322. GENTIANA. *Capsf.* 1-loc. 2-valvis. *Cor.* tubulosa, indeterminata.
313. CRESSA. *Capsf.* 1 sperm. 2 valvis. *Cor.* hypocrater: limbo reflexo.
318. HYDROLEA. *Capsf.* 2-loc. 2-valvis. *Cor.* rotata.
1339. PORANA. *Fruct.* 2-valvis *Calyx* in fructu grandifactus. *Stylus* elongatus, semibifidus.
319. SCHREBERA. *Fruct.* 2-ocularis. *Cor.* infundib. *Nectarii Squama* filamentis singulis adnata.
1254. STERIS. *Bacca* polysperma. *Cor.* rotata.
* *Fl. Pentapetali superi.*
1376. RUSSELIA. *Capsf.* 1-ocularis, polysperma. *Petala* 5, supera. *Cal.* 5 phyllus.
* *Fl. Pentapetali, inferi.*
447. VELEZIA. *Capsf.* 1-loc. 1-valvis. *Cor.* 5-petala. *Cal.* tubulosus
1293. LINCONIA. *Capsf.* 2 loc. *Petalis* lacuna. *Cal* 4-phyllus.
317. NAMA. *Capsf.* 1 loc. 2-valvis. *Cor.* 5 petala, minor.
320. HEUCHERA. *Capsf.* 2-loc. 2 rostrata. *Cor.* 5 petala, calyci inserta.
- . . BUMALDA. *Capsf.* 2-locul. birostris. *Cor.* 5-petala. *Styli* villosi.
312. ANABASIS. *Bacca* 1-sperma. *Cor.* 5-petala, minima.
* *Staphylea pinnata.*
* *Fl. incompleti.*
311. SALSOLA. *Sem.* 1, cochleatum, tectum. *Cal.* 5-phyllus.
309. CHENOPODIUM. *Sem.* 1, orbiculare. *Cal.* 5-phyllus foliolis concavis.
310. BETA. *Sem.* 1, reniforme. *Cal.* 5-phyllus, basi semen fovens.
308. HERNIARIA. *Sem.* 1, ovatum, tectum. *Cal.* 5-partitus. *Filam.* 5, sterilia.

314. GOMPHRENA. *Capsf.* 1-sperma, circumscissa. *Cal.* diphyllus, compressus, coloratus.
315. BOSEA. *Bacca* 1 sperma. *Cal.* 5-phyllus.
316. ULMUS. *Bacca* exsucca, compressa. *Cal.* 1-phyllus, emarcescens.
- * *Rhamnus Zizyphus.*
 * *Polygonum virginianum.*
 * *Trianthema pentandra.*
- * *Fl. Pentapetali, superi, dispermi. Umbellatae.*
 A. *Involucro universali partialique.*
- . . VAHLIA. *Fl.* calyculati spatii. *Capsula.*
323. PHYLLIS. *Fl.* dispersi.
1377. COPROSMA. *Hermaphrodita: Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5. f. 7-fida. *Stamina* 5 ad 7. *Styli* 2 longi. *Bacca* disperma. *Semina* duo, planiuscula. *Feminea et Mascula* ut in *Hermaphrodita.*
324. ERYNGIUM. *Fl.* capitati. *Recept.* paleaceum.
325. HYDROCOTYLE. *Fl.* subumbellati, fertiles.
Sem. compressa.
326. SANICULA. *Fl.* subumbellati, abortivi.
Sem. muricata.
327. ASTRANTIA. *Fl.* umbellati, abortivi. *Invol.* colorata.
Sem. rugosa.
345. HERACLEUM. *Pl.* radiati, abortivi. *Invol.* deciduum.
Sem. membranacea.
352. OENANTHE. *Fl.* radiati, abortivi radio. *Invol.* simplex.
Sem. coronata, sessilia.
329. ECHINOPHORA. *Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* simplex.
Sem. sessilia.
331. CAUCALIS. *Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* simplex.
Sem. muricata.
332. ARTEDIA. *Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* pinnatum.
Sem. margine crenis foliaceis.
333. DAUCUS. *Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* pinnatum.
Sem. hispida.
330. TORDYLIUM. *Fl.* radiati, fertiles. *Invol.* simplex.
Sem. margine crenata.
344. LASERPITIUM. *Fl.* flosculosi, abortivi. *Pet.* cordata.
Sem. 4-alata.
339. PEUCEDANUM. *Fl.* flosculosi, abortivi. *Invol.* simplex.
Sem. depressa, striata.
334. AMMI. *Fl.* flosculosi, fertiles. *Invol.* pinnatum.
Sem. gibba, laevia.

341. HASSELQUISTIA. *Fl.* flosc. fertil. *Pet.* cordata. *Sem.* Radii plana; Disci urceolata.
336. CONIUM. *Fl.* flosc. fertil. *Pet.* cordata. *Sem.* gibba costato-sulcata. *Involucella* dimidiata.
335. BUNIUM. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* cordata. *Involucella* fetacea.
338. ATHAMANTA. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* convexa, striata.
328. BUPLEURUM. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* involuta. (*Plerisque folia indivisa s. involucella petaliformia.*)
348. SIUM. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* subovata, striata.
337. SELINUM. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* depressa, striata.
351. CUMINUM. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* cordata. *Umb* 4 fida. *Invol.* fetaceis, longissimis.
343. FERULA. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* plana.
240. CRITHMUM. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* planiuscula. *Inv.* horizontale.
350. BUBON. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* planiusc. *Inv.* 5-phyl- lum.
342. CACHRYS. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* planiusc. *Sem.* cortice tuberoso.
346. LIGUSTICUM. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* involuta. *Invol.* membranacea.
347. ANGELICA. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* planiusc. *Umbellulae* globosae.
349. SISON. *Fl.* flosc. fert. *Pet.* planiusc. *Umb.* depauperata.

B. *Involucris partialibus*; universali nullo.

355. AETHUSA. *Fl.* subradiat. fert. *Involucella* dimidiata.
356. CORIANDRUM. *Fl.* radiat. abortivi. *Fr.* subglobosi.
357. SCANDIX. *Fl.* radiat. abort. *Fr.* oblongi.
358. CHAEROPHYLLUM. *Fl.* flosc. abort. *Invol.* 5-phylla.
353. PHELLANDRIUM. *Fl.* flosc. fertiles. *Fr.* coronati.
359. IMPERATORIA. *Fl.* flosc. fertiles. *Umb.* expanso-plana.
360. SESELI. *Fl.* flosc. fertiles. *Umb.* rigidula.
354. CICUTA. *Fl.* flosc. fertiles. *Pet.* planiuscula.

* *Bupleurum rotundifolium.* * *Apium Petrosf. et Anisum.*

C. *Involucro nullo*; nec universali, nec partialibus.

363. SMYRNIUM. *Fl.* flosc. abortivi. *Sem.* reniformia, angulata.

364. CARUM. *Fl.* flosc. abortivi. *Sem.* gibba, striata.
 361 THAPSIA. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* membranaceo-
 alata, emarginata
 362. PASTINACA. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* depresso plana.
 364. ANETHUM. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* marginata, striata.
 368. AROPODIUM. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* gibba, striata.
Pet. cordata.
 367. APIUM. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* minuta, striata.
Pet. inflexa.
 366. PIMPINELLA. *Fl.* flosc. fertiles. *Umbellae ante flore-*
scentiam nutantes *Pet.* cordata.
 1378. CUSSONIA. *Petala* trigona. *Margo receptaculi dila-*
tatus in calycem 5-dentatum.

T R I G Y N I A.

* *Fl. superi.*

370. VIBURNUM. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 1-sperma.
 3 2. SAMBUCU. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 3-sperma.

* *Fl. inferi.*

- 1379 SEMECARPUS. *Cor.* 5 petala. *Drupa* cordata, cellulosa,
 1-sperma.
 369. RHUS. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 1-sperma.
 371. CASSINE. *Cor.* 5 petala. *Bacca* 3 sperma.
 373. SPATHELIA. *Cor.* 5 petala. *Capsf.* 3-locularis, 3-
 gona, 1-sperma. *Filamenta* basi den-
 tata.
 374. STAPHYLEA. *Cor.* 5-petala. *Capsf.* 2- f 3-fida, inflata,
 375. TAMARIX. *Cor.* 5 petala. *Capsf.* 1-locularis.
Sem. papposa.
 381. DRYPIS. *Cor.* 5 petala, coronata. *Capsf.* 1-sperma,
 circumscissa.
 376. TURNERA. *Cor.* 5 petala. *Capsf.* 1-locularis.
Cal. 1-phyllus, corollifer.
 383. SAROTHRA. *Cor.* 5 petala. *Capsf.* 1-locularis, colorata.
Cal. 1-phyllus.
 380. ALSINE. *Cor.* 5-petala. *Capsf.* 1-locularis.
Cal. 5-phyllus. *Petala* 2 fida.
 377. TELEPHIUM. *Cor.* 5 petala. *Capsf.* 1-locul. triquetra.
Cal. 5 phyllus.
 378. CORRIGIOLA. *Cor.* 5-petala. *Sem.* 1, triquetrum.
Cal. 5-partitus.
 379. PHARNACEUM. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Capsf.* 3-lo-
 cularis.

1299. XYLOPHYLLA. *Cal.* 5-partitus. *Caps.* 3-cocca: femi-
bus binis.
382. BASELLA. *Cor.* nulla. *Cal.* 6-fidus. *Sem.* 1. globo-
sum, calyce baccato.

* *Rhamnus Paliurus.*

* *Celastrus.*

T E T R A G Y N I A.

384. PARNASSIA. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 4-valvis. *Nectar.* 5.
ciliato-glandulosa.
385. EVOLVULUS. *Cor.* 1-petala. *Caps.* 4-locularis.

P E N T A G Y N I A.

* *Fl. superi.*

386. ARALIA. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 5-sperma.

* *Fl. inferi.*

392. CRASSULA. *Cor.* 5-partita. *Caps.* 5, polyspermae.
1340. GISEKIA. *Cor.* 0. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* 5, rotundae,
5-spermae.

389. LINUM. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 10-locularis, 2-
sperma.

390. ALDROVANDA. *Cor.* 5 petala. *Caps.* 1-locularis, 10-
sperma.

391. DROSERA. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 1-locul. apice de-
hiscens.

1255. MAHERNIA. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 5-locularis.

1380. COMMERSONIA. *Cor.* 5-petala. *Nectarium* 5-partitum.
Cal. 1-phyllus, corollifer. *Caps.* 5-
locularis.

393. SIBBALDIA. *Cor.* 5-petala. *Sem.* 5. *Cal.* 10-fidus.

388. STATICE. *Cor.* 5-partita. *Sem.* 1, calyce infundib.
vestitum.

* *Cerastium pentandrum.*

* *Spergula pentandra.*

* *Gerania pentandra.*

P O L Y G Y N I A.

394. MYOSURUS. *Cal.* 5-phyllus. *Nectar.* 5, linguata.
Sem. numerosa.

* *Ranunculus hederaceus.*

M O N O G Y N I A.

179. HELIOTROPIUM. Cor. hypocrateriformis γ -fida
187. interjectis dentibus: fau-
cibus clausa fornicibus.

- peruvianum. 1. H. foliis lanceolato-ovatis, caule frutescente. spi-
cis numerosis aggregato-corymbosis Murr.
flor. Gott. p. 141. Caules bipedales, fruticosi,
hirti, inferius longius ramosi. Folia elliptica s.
ovato-oblonga, lineata, rugosa, pubescenti-
scabra, utrinque viridia, brevius petiolata.
Pedunculi versus extremitates hirti, bifidi, s.
dichotomi. Spicae secundae, recurvatae. Co-
rollae caerulecentes, similes H. indico.
- indicum. 2. H. fol. cordato-ovatis acutis scabriusculis, spicis
solitariis, fruct. bifidis.
- parviflorum. 3. H. fol. ovatis rugosis scabris oppositis alternis,
spicis conjugatis. Mant. 201 Heliotropium
barbadense, flor. albo minimo. Dill. elth. 173.
t. 146. f. 175 Heliotropium angiospermum.
Murr. flor. Gott. p. 217.
- europaeum. 4. H. fol. ovatis integerrimis tomentosis rugosis, spi-
cis conjugatis. — Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 207. M.
- supinum. 5. H. fol. ovatis integerrimis tomentosis plicatis,
spicis solitariis. Gou. monsp. 17. c. figura
- fruticosum. 6. H. fol. lineari-lanceolatis pilosis, spicis solitariis
sessilibus.
- curassavi-
cum. 7. H. fol. lanceolato linearibus glabris aveniis, spicis
conjugatis. Mant. 333. Burm. ind. 41. t. 16.
f. 2.
- orientale. 8. H. fol. linearibus glabris aveniis, flor. sparsis la-
teralibus.
- gnaphalodes. 9. H. fol. linearibus obtusis tomentosis, pedunc.
dichotomis, spicar. flor. quaternis, caule fru-
tescente. Jacq. amer. 25. t. 173. f. 11. — Ed. 2.
pist. p. 19. t. 264. f. 97. quoad folium. M. Mo-
ris. hist. 3. f. 11. t. 28. f. 6.

180. MYOSOTIS. Cor. hypocrateriformis, γ -fida, emar-
188. ginata: fauce clausa fornicibus.

scorpioides. 1. M. seminibus laevibus, foliorum apicibus callo-
sis. Fl. dan. t. 58.

- fruticosa.* 2. M. semin. laevibus, caule fruticoso laevi. *Mant.* 201. *Differt a M. scorpioide caule fruticoso.*
- virginiana.* 3. M. semin. aculeato-glochidibus, fol. ovato-oblongis, ramis divaricatis. *Folia magna.*
- Lappula.* 4. M. semin. aculeis glochidibus, fol. lanceolatis pilosis. — *Fl. dan. t. 692. M.*
- apula.* 5. M. semin. nudis, fol. hispidis, racemis foliosis *Pluk. ph. 16. f. 5.*

181. LITHOSPERMUM. Cor. infundib. fauce perforata, nuda. Cal. 5-partitus.

189.

- officinale.* 1. L. feminibus laevibus, corollis vix calycem superantibus, foliis lanceolatis. *Canadense totum hirtum.*
- arvense.* 2. L. sem. rugosis, cor. vix calycem superantibus. *Fl. dan. t. 456.*
- virginicum.* 3. L. fol. subovalibus nervosis, cor. acuminatis.
- orientale.* 4. L. ramis floriferis lateralibus, bracteis cordatis amplexicaulibus. *Anchusa orientalis. Sp pl. 191. — Asperugo divaricata Murr. in comm. gott. 1776. p. 25. t. 2. M. Caulis sterilis erectus, pilis rarioribus. Folia lanceolata, basi angustiora, integerrima, obtusa, utrinque pilis roriferis. Rami floriferi ex alis foliorum inferiorum: Bracteis cordatis, minoribus, piloso roridis. Flores subpedunculati, lutei, infundibuliformes absque fornicibus, fauce patula. Stamina tubo breviora, Antheris nigris.*
- purpuracolum.* 5. L. sem. laevibus, cor. calycem multoties superantibus. *Jacq. austr. t. 14.*
- fruticosum.* 6. L. fruticosum, fol. linearibus hispidis, staminibus corollam aequantibus.
- tenuiflorum.* 7. L. fol. lineari lanceolatis strigosis, corollis filiformibus. *Suppl. p. 130.*
- dispermum.* 8. L. feminibus duobus. calycibus patentibus. *Semina tantum duo sunt, nec tamen bilocularia. Calyx quasi inflatus.*

182. ANCHUSA. Cor. infundibulif. fauce clausa fornicibus. Sem. basi insculpta.

101.

- officinalis.* 1. A. foliis lanceolatis, spicis imbricatis secundis, *Fl. dan. t. 572.*

- angustifolia. 2. *A. racemis subnudis conjugatis.*
italica. 3. *A. fol. lanceolatis undulatis, summis acuminatis, squamulis faucis penicilliformibus. Treu pl. rar. dec. 2. p. 14. t. 28. M.*
undulata. 4. *A. strigosa, fol. linearibus dentatis, pedicellis bractea minoribus, calyc. fructiferis inflatis. Bocc. mus. t. 77.*
tinctoria. 5. *A. tomentosa, fol. lanceolatis obtusis, stamin. corolla brevioribus.*
virginica. 6. *A. floribus sparsis, caule glabro.*
lanata. 7. *A. fol. villosis, calycibus hirsutis, staminib. corolla longioribus (excluso Synonymo.).*
sempervirens. 8. *A. pedunculis diphyllis capitatis. Caules ad latera capitis radices, erecti, hispidi. Folia ovata, lineata, albo maculata, petiolata, remota. Pedunculi axillares, Bracteis 2 oppositis, sessilibus, lanceolato-ovatis, multiflori. Corollae coeruleae tubo brevi, uti Omphalodis.*

183. CYNOGLOSSUM. *Cor. infundibuliform. fauce clausa fornicibus. Semina depressa, interiore tantum latere stylo affixa.*

192.

- officinale. 1. *C. staminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentosis sessilibus.*
virginicum. 2. *C. fol. spatulato-lanceolatis lucidis basi trinerviis, bractea pedunculorum amplexicauli. Cynoglossum foliis amplexicaulibus. Gron. virg. 19. Nimis affinis C. officinali, foliis supra lucidis mox distinguenda.*
cheirifolium. 3. *C. corollis calyce duplo longioribus, fol. lanceolatis.*
apenninum. 4. *C. stamin. corollam aequantibus.*
laevigatum. 5. *C. fol. lanceolato-ovatis glabriusculis, cal. tomentosis, sem. laevibus. Syst. ed. 13. p. 157. Cynoglossum laevigatum, arillis glabris, caule erecto, fol. ellipticis mollibus. Suppl. p. 130. Rindera tetraspis. Pall. it. v. 1. p. 486. t. 1. f. 1. 2.*
lusitanicum. 6. *C. fol. lineari-lanceolatis glabris.*
linifolium. 7. *C. fol. lineari-lanceolatis scabris.*

- Omphalodes*. 8. *C. repens*. fol. radicalibus cordatis.
japonicum. 9. *C.* fol. oblongis villosis, caulibus prostratis.
Thunb. jap. mspt. M.

184. PULMONARIA. *Cor.* infundibulif. fauce pervia.
 194. *Cal.* prismatico-5-gonus.

* *Perianthium longitudine tubi corollae.*

- angustifolia*. 1. *P.* foliis radicalibus lanceolatis. *Hall. emend. 168.*
Fl. dan. t. 483.
officinalis. 2. *P.* fol. radicalibus ovato-cordatis scabris. *Sym-*
phytum maculosum f. *Pulmonaria latifolia.*
Bauh. pin. 259. Fl. dan. t. 482.
suffruticosa. 3. *P.* fol. linearibus scabris, cal. subulatis quinque-
 partitis. *Sp. p. 1667.*

** *Calyces tubo corollae dimidio breviores.*

- virginica*. 4. *P.* calyc. abbreviatis, fol. lanceolatis obtusius-
 culis.
sibirica. 5. *P.* calyc. abbreviatis, fol. radicalibus cordatis.
Gmel. sibir. 4. p. 75. t. 39.
maritima. 6. *P.* calyc. abbreviatis, fol. ovatis, caule ramoso
 procumbente. *Fl. dan. t. 25.*

185. SYMPHYTUM. *Corollae* limbus tubulato-ventri-
 195. cosus : fauce clausa radiis su-
 bulatis.

- officinale*. 1. *S.* foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. — *Fl.*
dan. t. 664. M.
tuberosum. 2. *S.* fol. semidecurrentibus : summis oppositis.
Jacq. obs. 3. p. 12. t. 13. — Jacq. Ft.
austr. v. 3. t. 225. M. Praecedentis forte va-
rietas. Radix alba, nec extus nigra ut prae-
cedentis.
orientale. 3. *S.* fol. ovatis subpetiolatis.

186. CERINTHE. *Corollae* limbus tubulato-ventrico-
 195. sus : fauce pervia. *Semina* 2, bi-
 locularia.

- major*. 1. *C.* foliis amplexicaulibus, corollis obtusiusculis
 patulis.
minor. 2. *C.* fol. amplexicaulibus integris, corollis acutis
 clausis. — *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 127. M.*

187. ONOSMA. *Corolla* campanulata : fauce pervia.
196. *Semina* 4.

- simplicissima*. 1. O. foliis confertis lanceolato-linearibus pilosis.
Apex floriferus nutans.
- orientalis*. 2. O. fol. lanceolatis hispidis, fructibus pendulis.
- echioides*. 3. O. fol. lanceolatis hispidis, fructibus erectis. —
Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 295. M.

188. BORAGO. *Corolla* rotata : fauce radiis clausa.
197.

- officinalis*. 1. B. foliis omnibus alternis, calycibus patentibus
Pedunculi terminales, multiflori.
- indica*. 2. B. fol. ramificationum oppositis amplexicaulibus,
pedunc. unifloris.
- africana*. 3. B. fol. oppositis petiolatis ovatis, pedunc. mul-
tifloris. *Murr. Fl. gott. 142. Planta hispida,*
stimulis adspersa. Folia ovata, opposita. pe-
tiolata, at floralia alterna. Pedunculi e sum-
mis alis et ramulis, pilosi, multiflori. Flores
parvi, cernui, coerulei, medio flavo; punctis
5 purpureis.
- zeylanica*. 4. B. fol. rameis alternis sessilibus, pedunc. uniflo-
ris, inauritis. *Mant. 202. Borago zeylanica.*
Burm. ind. 41. t. 14. f. 2. Anchusa buglof-
foides, lithospermi semine. Pluk. mant. 13.
t. 335. f. 4.
- orientalis*. 5. B. calyc. tubo corollae brevioribus, fol. corda-
tis. *Pedunculi axillares multiflori.*

189. ASPERUGO. *Cal.* fructus compressus : lamellis
198. plano-parallelis, sinuatis.

- procumbens*. 1. A. calycibus fructus compressis. *Fl. dan. t. 552.*
- aegyptiaca*. 2. A. calyc. fructus ventricosus. *Mant. 334. — Jacq.*
hort. v. 3. t. 21. M.

190. LYCOPSIS. *Corolla* tubo incurvato.
198.

- vesicaria*. 1. L. foliis integerrimis, caule prostrato, calycibus
fructescentibus inflatis pendulis.
- pulla*. 2. L. fol. integerrimis, caule erecto, cal. fructe-
scentibus inflatis pendulis. — *Jacq. Fl. austr.*
v. 2. t. 188. M.

- *aegyptia*.

- ægyptia.* 3. L. fol. integerrimis scabris, caulibus ascendenti-
 bus, calyc. fructescens inflatis pendulis.
Jacq. in Litt. Miscell. v. 3. Icon. rar. M.
- variegata.* 4. L. fol. repandis dentatis callosis, caule decum-
 bente, corollis cernuis. *Lycopsis cretica. Riv.*
mon. Fl. dan. 435.
- arvensis.* 5. L. fol. lanceolatis hispidis, calyc. florescentibus
 erectis.
- orientalis.* 6. L. fol. ovatis integerrimis scabris, calyc. ere-
 ctis.
- virginica.* 7. L. fol. lineari-lanceolatis confertis tomentosis
 mollibus, caule erecto.

191. ECHIUM. Cor. irregularis, fauce nuda.

199.

- fruticosum.* 1. E. caule fruticoso, ramis foliisque pilosis. Bu-
 glossum africanum, echii folio, flore purpu-
 reo. *Pluk. mant. 33. t. 341. f. 7. Stamina*
corolla non longiora.
- candicans.* 2. E. caule fruticoso, hirsutum, albicans, fol. lan-
 ceolatis vtrinque acuminatis venoso-nervosis,
 panicula terminali, pedicellis spicatis. *Suppl.*
p. 131.
- giganteum.* 3. E. caule fruticoso ramis canis glabris, fol. li-
 neari-lanceolatis scabriusculis sessilibus, thyrso
 terminali: spicis simplicissimis. *Suppl. p. 131.*
- strictum.* 4. E. caule fruticoso, fol. petiolatis ellipticis hi-
 spidis scabris, caule reverse-hispido, pedun-
 culis axillaribus spicato-capitatis. *Suppl.*
p. 131.
- spicatum.* 5. E. caulibus ascendenti-bus simplicissimus, floribus
 spicatis. *Suppl. p. 132.*
- argenteum.* 6. E. fol. linearibus albido-hirsutis apice patulis.
Mant. 202. Echium argenteum. Berg. cap. 40.
- capitatum.* 7. E. caule piloso, flor. capitato-corymbosis aequa-
 libus, stamin. corolla longioribus, fol. hispi-
 dis. *Mant. 42.*
- plantagine-
 um.* 8. E. fol. radicalibus ovatis, lineatis petiolatis.
Mant. 202. Echium lato plantaginis folio,
italicum. Barr. rar. 145. f. 1026. — Echii
plantaginei Varietas: foliis radicalibus lan-
ceolatis longe petiolatis. Jacq. hort. v. 1.
t. 45. M.

- laevigatum. 9. *E.* caule laevi, fol. lanceolatis nudis margine apiceque scabris, corollae aequalibus (excluso synonymo *Plukeneti*. β . *Echium pyrenaicum*. *Mant.* 334 *Echium majus* et *asperius*, flore dilute purpureo. *Tournef. inst.* 135. *Lycopsis monspeliaca*, flore dilute purpureo. *Morif. blaf* 284.
- italicum. 10. *E.* caule erecto piloso, spicis hirsutis, corollis subaequalibus, staminib longissimis. *Murr. Fl. gott.* 142. *Huds. angl.* 70 — *Anne Echium altissimum* *Jacq. Fl. austr. v.* 5. *app.* t. 66. *meva varietas italici?* M.
- rubrum. 11. *E.* caule ex racemulis brevibus longe spicato, corollis subaequalibus, foliis hispida. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v.* 5. *App.* t. 3. M.
- vulgare. 12. *E.* caule tuberculato-hispido, fol. caulinis lanceolatis hispida, flor. spicatis lateralibus. *Fl. dan* 445.
- violaceum. 13. *E.* corollis stamina aequantibus, tubo calyce brevior. *Mant* 42.
- creticum. 14. *E.* caule procumbente, calyc. fructescens distantibus. *Corollae saturate rubrae tubo calycibus brevior. Filamenta apice parum pilosa.*
- orientale. 15. *E.* caule ramoso, fol. caulinis ovatis, flor. solitariis lateralibus. *Tournef. itin.* 2. p. 107. f. 107.
- lusitanicum. 16. *E.* corollis stamine longioribus.

1245. MESSERSCHMIDIA. *Cor.* infundibulif. fauce nuda. *Bacca* tuberosa, bipartibilis: singulo dispermo.

- fruticosa. 1. *M.* caule fruticoso, foliis periolatis, corollis hypocrateriformibus. *Suppl.* p. 132.
- Arguzia. 2. *M.* caule herbaceo, fol. sessilibus, corollis infundibuliformibus. *Suppl.* p. 132. *Messerschmidia Arguzia.* *Syst. ed.* 13. p. 161 *Mant.* 42. 334. *Tournefortia sibirica.* *Sp. pl.* 202. *Act. petrop.* 1763. t. 315. t. 11. 4

192. TOURNEFORTIA. *Bacca* 2-locularis, disperma, supera, apice duobus poris perforata.

201.

- ferrata. 1. T. foliis ovatis ferratis, petiolis spinescentibus, spicis terminalibus recurvis.
- hirsutissima. 2. T. fol. ovatis petiolatis, caule hirsuto, spic. ramosissimis terminalibus.
- volubilis. 3. T. fol. ovatis acuminatis glabris, petiol. reflexis, caule volubili.
- foetidissima. 4. T. fol. ovato-lanceolatis hirtis, pedunc. ramosis, spic. pendulis.
- humilis. 5. T. fol. lanceolatis sessilibus, spic. simplicibus recurvis lateralibus.
- cymosa. 6. T. fol. ovatis integerrimis nudis, spic. cymosis.
- argentea. 7. T. fol. ovatis obtusis tomentoso-sericeis, spicis terminalibus compositis. *Suppl. p. 133.*
- suffruticosa. 8. T. fol. sublancoelatis incanis, caule suffruticoso.

193. NOLANA. *Cor.* campanulata. *Stylus* inter germina. *Sem.* 5, baccata, bilocularia.

202.

- prostrata. 1. NOLANA. *Linn. dec. 1. t. 2. Mant. 334.* *Atröpa* foliis geminatis, calycibus polycarpis, caule humifuso. *Gouan. hort. 82. t. Walkeria. Ehret. alt. angl. 1764. n. 53. p. 130. t. 10. Zwingera. Alt. helv. 5. p. 267. t. 1. Neudorffia peruviana repens, flore caeruleo. Plant. fam. 219.*

194. DIAPENSIA. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* 5-phyllus, imbricatus foliolis tribus. *Stamina* tubo corollae imposita. *Caps.* 3-locularis.

202.

- lapponica. 1. D. floribus pedunculatis. *Fl. dan. t. 47.*

195. ARETIA. *Cor.* hypocraterif. 5-fida: tubo ovato. *Stigma* depresso-capitatum. *Caps.* 1-locularis, globosa, subpentasperma.

203.

- helvetica. 1. A. foliis imbricatis, floribus subsessilibus. *Diapensia helvetica. Mant. 335. Jacq. vind. 303. Ca.*

Capsula 5-valvis. Semina cuneiformi-globosa,
5 / 3

- alpina. 2. A. fol. linearibus patentibus, flor. pedunculatis. *Mant.* 335. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 18. M. Hall. art. 6. p. 16. n. 58. Flores coerulei segmentis emarginatis. Capsula 5 valvis*
- Vitaliana. 3. A. fol. linearibus recurvatis, floribus subsessilibus. *Primula Vitaliana. Sp. pl. 206. Allion. pedem. 24. Flores lutei. Semina 5. Haller.*

196. ANDROSACE. *Involucrum umbellulae. Corollae*
203. *tubus ovatus: ore glanduloso. Caps. 1-locularis, globosa.*

- maxima. 1. A. perianthiis fructuum maximis. *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 331. M.*
- elongata. 2. A. fol. subdentatis, pedicellis longissimis, corollis calyce brevioribus. *Gmel. sib. 4. t. 44. f. 4. — Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 330. M.*
- septentrionalis
villosa. 3. A. fol. lanceolatis dentatis glabris, perianth. angularis corolla brevioribus. *Fl. dan 7.*
4. A. fol. pilosis, perianth. hirsutis. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 332. M.*
- laetea. 5. A. fol. lanceolatis glabris, umbella involucris multoties longiore. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 333. M.*
- carnea. 6. A. fol. subulatis glabris, umbella involucri aequante. *Folia plana, margine scabra Umbella demum involucri longior. Haller.*

197. PRIMULA. *Involucr. umbellulae. Corollae*
204. *tubus cylindricus: ore patulo.*

- veris. 1. P. foliis dentatis rugosis. α , *officinalis*, limbo corollarum concavo *Fl. dan t. 433.* β , *elatior*, limbo corollarum plano *Fl. dan. t. 434.* γ , *acaulis*, scapo nullo. *Fl. dan. t. 194.* In *P. acauli Scavus brevissimus sub terra latet pedunculis elongatis.*
- farinosa. 2. P. fol. crenatis glabris, florum limbo plano. *Fl. dan. 125.*
- Auricula. 3. P. fol. serratis glabris. *Syst. ed. 13. p. 162. — Primula Auricula, foliis serratis, glabris inverse ovatis, scapo multifloro circiter longitudine foliorum. Jacq. misc. v. 1. p. 160. F. austr. t. 415. M. longi-*

- longiflora.* 4. P. fol. ferratis glabris, umbella nutante, corollae tubo longissimo. *Jacq. Misc. v. 1. p. 159. Fl. austr. app. t. 46. M.*
- villosa.* 5. P. fol. ferrulatis planis hirsutis. *Jacq. Miscell. v. 1. p. 159. Fl. austr. app. t. 27. β, vubescens, fol. ferrulatis planis subvillosis. Jacq. Miscell. t. 18. f. 2. M.*
- glutinosa.* 6. P. fol. (addo M. ferrulatis) lanceolatis glutinosis, involucri longitudine florum sessilibus. *Suppl. p. 133. — Primula glutinosa, foliis ferrulatis glabris glutinosis involucri foliolis maximis. Jacq. Miscell. v. 1. p. 159. Fl. austr. app. t. 26. M.*
- minima.* 7. P. fol. dentatis cuneiformibus nitidis hirsutis, scapis subunifloris. *Primula foliis cuneiformibus nitidis, scapis unifloris. Jacq. vind. 208. spec t. 14. Fl. austr. t. 273. M. Primula foliis petiolatis hirsutis ovatis ferratis, scapo paucifloro. Hall. emend. 40. Involucrum diphyllum. Calyx tubo brevior, unicus, sessilis. Corolla lutea, intus hirsuta.*
- cortusoides.* 8. P. fol. petiolatis cordatis sublobatis crenatis. *Gmel. sib. v. 4. t. 45.*
- integrifolia.* 9. P. fol. integerrimis glabris oblongis, calyc. tubulosis obtulis. *Jacq. vind. 209. — Fl. austr. t. 327. Cfr. Misc. v. 1. p. 160. M. Fl. dan. 188. Corollae lacinae semibifidae, Tubo simplici absque collo coarctato.*
- carniolica.* 10. P. fol. integerrimis ellipticis, umbella erecta, calycibus acutis brevissimis. *Jacq. Misc. v. 1. p. 160. Fl. austr. v. 5. app. t. 4. M.*

198. CORTUSA. Corolla rotata: faucē annulo elevato.
206. Caps. 1-locularis, ovalis, apice 5-valvi.

Matthioli. 1. C. calycibus corolla brevioribus. *All. ad. herb. 4. p. 271.*

Gmelini. 2. C. calyc. corollam excedentibus. *Gmel. sibir. 4. p. 79. t. 43. f. 1. Folia reniformi cordata, crenis lobata lobis rotundatis, pilis adpersa, longius petiolata. Scapi nudi, foliis altiores. Umbella subtriflora involucri foliolis ovatis. Corollae albae.*

199. SOLDANELLA. *Corolla* campanulata, lacero-
206. multifida. *Caps.* 1-locularis.
apice multidentata.

alpina. I. SOLDANELLA. *Jacq. austr. t. 13. Scapus biflorus.*

200. DODECATHEON. *Cor.* rotata, reflexa. *Stam.*
207. tubo infidentia. *Caps.* 1-
locularis, oblonga.

Meadia. I. DODECATHEON.

201. CYCLAMEN. *Cor.* rotata, reflexa, tubo brevissi-
207. mo: fauce prominente. *Bac-*
ca tecta capsula.

europaeum. I. C. corolla retroflexa. — *Jacq. Fl. austr. v. 5.*
t. 401. M.

indicum. 2. C. corolla limbo nutante.

202. MENYANTHES. *Cor.* hirsuta. *Stigma* 2 - fidum.
207. *Caps.* 1-locularis.

Nymphoides. I. M. foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis.
Fl. dan. t. 339. Limnanthemum peltatum
Gmel. alt. petrop. 1769. v. 14. p. 527. t. 17.
f. 2.

indica. 2. M. fol. cordatis subcrenatis, petiolis floriferis, co-
roll. interne pilosis. *Rumph. amb. 6. t. 72.*

ovata. 3. M. fol. ovatis petiolatis, caule paniculato. *Suppl.*
p. 133.

trifoliata. 4. M. fol. ternatis. *Fl. dan. t. 541.*

.. DORÆNA. *Cor.* 5-fida. *Stigma* emarginatum *Caps.*
1-locularis. *Thunb. Diff. n. gen. pl.*
p. 59. M.

japonica. I. DORÆNA. *Thunb. l. c. Japon. mspt. M.*

203. HOTTONIA. *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina*
308. tubo corollae imposita. *Caps.*
1-locularis.

palustris. I. H. pedunculatis verticillato - multifloris. *Fl. dan.*
t. 487.

indica.

indica. 2. H. ? pedunculis axillaribus unifloris. Gratiola ma-
labarica fol. stellatim dentatis. *P. t. gaz. t. 54.*
f. 11. male. Erica africana, equiseti folio *Seb.*
musf. 2. t. 37. f. Genus etiamnum dubium.

204. HYDROPHYLLUM. *Cor.* campanulata, interne
208. striis 5, melliferis, lon-
gitudinalibus. *Stigm. 2-*
fidum. Capsf. globosa,
2-valvis.

virginicum. 1. H. foliis pinnatifidis. Dentariae affinis, Echii flore,
capsula anagallidis. *Dod. mem. 77. t. 77.*

canadense. 2. H. fol. lobato-angulatis.

244. ELLISIA. *Cor.* infundibuliformis, angusta. *Bacca*
244. sicca, bilocularis, bivalvis. *Sem. 2,*
punctata: altero supra alterum.

Nyctelea. 1. ELLISIA. *Mant. 336. Nov. act. ups. vol. 1. p. 97.*
tab. 5. fig. 5. M. Planta lithospermo affinis. E.
N. C. 1761. p. 330. Affinis Hydrophylli.

205. LYSIMACHIA. *Cor.* rotata. *Capsf. globosa, mu-*
209. *cronata, 10-valvis.*

* *Pedunculis multifloris.*

vulgaris. 1. L. paniculata: racemis terminalibus. *Fl. dan.*
t. 689. M.

Epheme- 2. L. racem. simplicibus terminalibus, petalis obtu-
rum. fis, stamin. corolla brevioribus. — *Lysimachia*
Ephemeram, caulibus subramosis, racemis sim-
plicibus terminalibus, corollis patentibus.
Murr. in comm. gott. 1782. v. 8. t. 2. M.

atropurpu- 3. L. spicis terminalibus, petalis lanceolatis, stamin.
rea. corolla longioribus. — *Lysimachia atropur-*
purea, caulibus virgatis decompositis, racemis
simplicibus terminalibus, corollis conniven-
tibus. *Murr. in comm. gott. 1782. p. 5.*
t. 1. M.

thyrsiflora. 4. L. racemis lateralibus pedunculatis. *Fl. dan.*
t. 517.

** *Pedunculis unifloris.*

- quatrifolia. 5. L. fol. quaternis petiolo ciliatis, pedunc. quaternis unifloris. β *Lyfimachia ciliata.* *Sp. pl.* 220. *Folia in summis ramulis quaterna. Pedunculi gemini uniflori, sub calyce turbinati. Flores cernui. Petala serrata, mucronata.*
- punctata. 6. L. fol. subquaternis subseffilibus, pedunc. verticillatis unifloris. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 366. M.*
- Linum stellatum. 7. L. calyc. corollam superantibus, caule erecto ramosissimo. *Corolla Centunculi 5-fida. Fructus 5-valvis.*
- nemorum. 8. L. fol. ovatis acutis, floribus solitariis, caule procumbente. *Fl. dan. t. 174.*
- Nummularia. 9. L. fol. subcordatis, flor. solitariis, caule repente. *Fl. dan. t. 493.*
- japonica. 10. L. fol. subcordatis, flor. axillaribus, pedunculis folio brevioribus. *Thunb. jap. mspt. M.*

206. ANAGALLIS. *Cor. rotata. Caps. circumscissa.*

211.

- arvensis. 1. A. foliis indivisis, caule procumbente. *Fl. dan. t. 88.*
- monelli. 2. A. fol. indivisis, caule erecto.
- latifolia. 3. A. fol. cordatis amplexicaulibus, caule compresso.
- limfolia. 4. A. fol. linearibus, caule erecto.
- tenella. 5. A. fol. ovatis acutiusculis, caule repente. *Lyfimachia tenella. Sp. plant. 11. Stamina villosa. Capsula circumscissa. P. Browne.*

207. THEOPHRASTA. *Cor. campanul. laciniis et divi-*

212.

furis obtusis. Caps. 1-ocularis, globosa, maxima, polysperma.

americana. I. THEOPHRASTA.

1368. RETZIA. *Cor. cylindrica, extus villosa. Stigma bifidum. Caps. 2-ocularis. Suppl. p. 18. Thunb. nov. gen. pl. p. 4.*

spicata. I. RETZIA. Suppl. p. 138. — Retzia capensis. Thunb. in act. Lund. P. 1. p. 55. tab. 1. fig. 2. M.

209. SPIGELIA. *Cor.* infundibulif. *Capsf.* didyma, 2-ocularis, polysperma.
213.

Anthelmia. 1. S. caule herbaceo, foliis summis quaternis.
marilandica. 2. S. caule tetragono, fol. omnibus oppositis. *Lonicera marilandica*, spicis terminalibus, foliis ovato-oblongis acuminatis distinctis sessilibus. *Sp. pl.* 249. *Hope aff. edinb.* 3. ann. 1771. p. 151. t. 1. *Mant.* 338. *Radix perennis.* *Caules annui.* *Spica solitaria secunda.*

210. OPHIORRHIZA. *Cor.* infundibulif. *Germen* 2-fidum. *Stigmata* 2. *Fructus* 2-lobus.
213.

Mungos. 1. O. foliis lanceolato-ovatis.
Mitreola. 2. O. fol. ovatis.

1366. VIRECTA. *Cal.* 5-phyllus: dentibus interjectis. *Cor.* infundibulif. *Stigm.* bipartitum. *Capsf.* 1-ocularis. *Suppl.* p. 17.

biflora. 1. VIRECTA. *Suppl.* p. 134.

1248. LISIANTHUS. *Cor.* tubo ventricoso laciniis recurvatis. *Cal.* carinatus. *Stigm.* 2-lamellatum. *Capsf.* 2-ocularis, bivalvis: valvularum marginibus intortis. *Cfr.* *Suppl.* p. 135.

longifolius. 1. L. foliis lanceolatis. *Mant.* 43.

cordifolius. 2. L. fol. cordatis. *Mant.* 43.

Chelonoides. 3. L. glaber, fol. oppositis subconnatis oblongis, panicula terminali dichotoma racemosa. *Suppl.* p. 134.

glaber. 4. L. glaber, fol. ovatis petiolatis, corymbis terminalibus. *Suppl.* p. 134.

211. RANDIA. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* hypocraterif. *Bacca* 1-ocularis cortice capsulari.
203.

mitis. 1. R. subinermis. (*Synonyma Sloanei et Raji dubia.*)

aculeata. 2. R. ramis bispinosis.

.. FAGRAEA. *Cal.* campanulatus. *Cor.* infundibulif.
Bacca 2-locul. carnosâ *Sem.* glo-
 bosa. *Stigma* peltatum. *Thunb. Diff.*
nov. gen. pl. p. 34. M.

zeylanica. I. FAGRAEA. *Thunb. l. c. p. 35 Id. in act. stockh. 1782.*
p. 132. t. 4. M.

1367. SCHEFFIELDIA. *Cor.* campanulata. *Filamenta*
decem: alterna sterilia.
Capsf. 1-locularis, 5-val-
 vis. *Suppl. p. 18.*

repens. I. SCHEFFIELDIA. *Suppl. p. 135.*

212. AZALEA. *Cor.* campanulata. *Stamina* receptacu-
 214. lo inserta. *Capsf.* 5-locularis.

pontica. 1. A. foliis nitidis lanceolatis utrinque glabris, ra-
 cemis terminalibus. *Supp. pl. 1669.*

indica. 2. A. floribus subsolitariis, calycibus pilosis.

nudiflora. 3. A. fol. ovatis, corollis pilosis, staminibus lon-
 gissimis.

viscosa 4. A. fol. margine scabris, corollis piloso-glutinosis,

lapponica. 5. A. fol. adspersis punctis excavatis.

procumbens 6. A. ramis diffuso-procumbentibus. *Fl. dan. t. 9.*

1369. EPACRIS. *Cor.* infundibuliformis villosa. *Squa-*
mae nectariferae, *germini* adna-
 tae. *Capsf.* 5-locularis, 5-valvis
Suppl. p. 19.

longifolia. 1. E. arborea, foliis subulatis vaginantibus, race-
 mis erectis, floribus oppositis. *Suppl. p. 138.*

juniperina. 2. E. arborea, fol. sparsis linearibus acutis patentibus
 sessilibus, racemis cernuis, floribus alternis.
Suppl. p. 138.

pumila. 3. E. herbacea, fol. ovato-oblongis imbricatis, flo-
 ribus sessilibus subsolitariis. *Suppl. p. 138.*

.. WEIGELA. *Cor.* infundibulif. *Stigma* peltatum. *Styl.*
e basi germinis. *Thunb. diff. nov. gen.*
pl. p. 5. M.

japonica. I. WEIGELA. *Thunb. in act. stockh. 1780. p. 137.*
t. 5. Japon. mspt. M.

1371. TECTONA. *Cor.* infundibulif. *Stigma* dentatum. *Drupa* sicca spongiosa, intra calycem inflatum. *Nucleus* trilocularis. *Suppl.* p. 20.
grandis. 1. TECTONA. *Suppl.* p. 151.

213. PLUMBAGO. *Cor.* infundibulif. *Stamina* squamis basin corollae cludentibus inferta. *Stigma* 5-fidum. *Sem.* 1, oblongum, tunicatum.

215.

capense. 45. S. caule aculeato fruticoso tereti, fol. sinuato-pinnatifidis aculeatis nudis: laciniis alternis integeris obtusis. *Suppl. p. 147.*

*** *Spinosa.*

- lycioides.* 46. S. caule spinoso fruticoso, fol. ellipticis. *Mant. 46.*

252. CAPSICUM. *Cor. rotata. Bacca exsucca.*

270.

- annuum. 1. C. caule herbaceo, pedunculis solitariis.
baccatum. 2. C. caule fruticoso laevi, pedunc geminis. *Mant. 47. Capsicum frutescens. Sp. pl. 271. β. distincta sit species.*
finense. 3. C. caule fruticoso floribus fructibusque pendulis. *Jacq in Litt. Hort v. 3 t. 67*
grossum. 4. C. caule suffutescente, fructibus incrassatis variis. *Mant 47. Piper indicum, filiquis surrectis rotandis, maximum. Bauh. pin. 103. Piper indicum. Besl. eyf. ant. 2. t. 2. f. 1.*

frutescens. 5. C. caule fruticoso scabriusculo, pedunc. solitariis.
(*exclusa varietate β.*)

253. STRYCHNOS. Cor. 5-fida, Bacca 1-locularis,
271. cortice lignoso.

Nux vomica. 1. S. foliis ovatis, caule inermi.

colubrina. 2. S. fol. ovatis acutis, cirrhis simplicibus. — *Contendunt Indicae Botanici, hanc a Str. Nuce vomica non esse diversam. Suppl. p. 149.*

potatorum. 3. S. inermis, fol. oppositis ovatis petiolatis acutis, paniculis verticillatis. *Suppl. p. 148.*

240. GENIPA. Cor. rotata. Stigma clavatum. Bacca 2-
251. locularis. Sem. nidulantia, cordata.

americana. 1. GENIPA. *Plum. ic. 136. Janipha Marcgr. bras. 92.*

1370. IGNATIA. Cor. infundibulif. longissima. Cal. 5-
dentatus. Drupa 1-locularis, poly-
sperma. *Suppl. p. 20.*

amara. Suppl. p. 149. Mater Fabae Sancti Ignatii officinarum.

291. CESTRUM. Cor. infundibuliformis. Stam. denticulo in medio. Bacca 1-locularis, polysperma.

nocturnum. 1. C. floribus pedunculatis, fol. subcordato-ovatis. — *Cestrum nocturnum, pedunculis multifloris, corollae tubo infundibuliformi, limbi laciniis ovatis. Murr. in comm. gott. 1774. p. 44. M. Dens inter lacinias singulas corollae.*

vespertinum. 2. C. flor. subspicatis lateralibus, fol. ellipticis. *Mant. 206. Cestrum foliis oblongo-ovatis, floribus axillaribus confertis tubo tenuissimo. Mill. dict. 5. Cestrum floribus subspicatis sessilibus, corollae tubo longissimo filiformi, laciniis acuminatis. Murr. in comm. gott 1774. p. 41. t. 8. Ixora alternifolia Jacq. amer. pitt. t. 16. M.*

diurnum. 3. C. flor. sessilibus. — *Cestrum diurnum, pedunculis multifloris, corollae tubo infundibuliformi, limbi laciniis subrotundis. Murr. in comm. gott. 1774. p. 44. M.*

tomentosum. 4. C. flor. confertis sessilibus terminalibus, ramis foliis calycibusque tomentosis. *Suppl. p. 150.*

262. LYCIUM. Cor. tubulosa, fauce clausa filamentorum barba. *Bacca* 2-ocularis, polysperma.

277.

japonicum. 1. L. inerme, fol. ovatis nervosis planis, flor. sessilibus. *Thunb. japon. mspt. M.*

barbatum. 2. L. *Ita voco* (M.) *Lycium inerme*, glabrum, foliis oblongis glabris, floribus aggregatis pedunculatis, stipulis barbatis. *Suppl. p. 150.*

asrum. 3. L. foliis linearibus. — *Lycium asrum*, spinosum foliis fasciculatis linearibus ramis strictis. *Murr. in comment. gott. 1779. p. 12. M. Flores atro-purpurascens.*

ruthenicum. 4. L. spinosum, fol. fasciculatis linearibus, ramis dependentibus. *Murr. in comment. gott. 1779. p. 2. t. 2. M.*

foetidum. 5. L. fol. oppositis ovato-lanceolatis, stipulis interfoliaceis setaceo-spinoscentibus, floribus axillaribus sessilibus. *Suppl. p. 150.*

tetrandrum. 6. L. spinosum, fol. ovatis obtusis carnosiss, ramis angulatis glabris, corollis quadrifidis tetrandris. *Suppl. p. 150.*

Boerhaaviae-folium. 7. L. spinosum, fol. ovatis integerrimis acutis glaucis, floribus paniculatis. *Suppl. p. 150.*

heterophyllum. 8. L. fol. ovatis flexuosis glaucis, ramis horizontalibus, spinis gemmaceis. *Murr. in comm. gott. 1783. t. 2. M.*

barbarum. 9. L. spinosum, (M.) fol. lanceolatis, calycibus subbifidis *Mant. 341.* — *Lycium barbarum* foliis lanceolatis solitariis ramis dependentibus *Murr. in comm. gott. 1779. p. 12. M.* *Lycium* foliis lanceolatis acutis. *Mill. dist. 6.* *Lycium* foliis oblongo lanceolatis, floribus (solitariis) patentibus alaribus, ramorum spinis rarioribus. *Trew Ehret 33. t. 68. Debilis frutex, nisi sustentetur pergulis.*

europaeum. 10. L. spinosum (M.), fol. obliquis, ramis flexuosis teretibus. *Mant. 47.*

capsulare. 11. L. spinosum (M.) fol. lanceolatis tenuibus glabris, pedunculis calycibusque pubescentibus, pericarpis capsularibus.

254. JACQUINIA. Cor. 10-fida Stam. receptaculo inferta. Bacca 1-sperma.

271.

- armillaris.* 1. J. foliis obtusis cum acumine. *Jacq. amer.* 53. t. 39. — *Ed. 2. pict. p. 31. t. 56. M. Pedunculi racemosi. Loefflingii descriptio bona.*
- ruficifolia.* 2. J. fol. lanceolatis acuminatis. *Jacq. amer.* 55 — *Ed. 2. pict. p. 32. t. 57. M. Pedunculi uniflori.*
- linearis.* 3. J. fol. linearibus acuminatis. *Jacq. amer.* 54. t. 40. f. 1. — *Ed. 2. pict. p. 32. t. 58. M. Pedunculi uniflori.*

255. CHIRONIA. Cor. rotata. *Pisillum* declinatum. Stam. tubo corollae insidentia. Antherae demum spirales. Peric. 2-loculare.

272.

- trinervia.* 1. C. herbacea, calycinis foliolis membranaceo-carinatis.
- jasminoides.* 2. C. herbacea, fol. lanceolatis, caule tetragono.
- lychnoides.* 3. C. caule simplici, foliis lineari lanceolatis. *Mant.* 207. *Chironia foliis longis linearibus acutis, panicula pauciflora Berg. cap. 45.*
- campanulata.* 4. C. herbacea. fol. sublinearibus, calyc. longitudine corollae.
- angularis.* 5. C. herbacea, caule acutangulo, fol. ovatis amplexicaulis.
- linoides.* 6. B. herbacea. fol. linearibus. *Berg. cap. 43. Calyces semiquinquesidi, obtusi.*
- nudicaulis.* 7. C. herbacea, fol. oblongis obtusiusculis, caulibus subdiphyllis simplicissimis unifloris, calycibus dentibus setaceis. *Suppl. p. 151.*
- tetragona.* 8. C. fruticosa, fol. ovatis trinerviis obtusiusculis, calycinis foliolis obtusiusculis carinatis. *Suppl. p. 151.*
- baccifera.* 9. C. frutescens baccifera. *Caulis 4-gonus. Calyces subulati, breves.*
- frutescens.* 10. C. frutescens, fol. lanceolatis subtomentosis, calyc. campanulatis. *Berg. cap. 45 Calycis foliola ovata obtusa subtomentosa, tubo corollae multo latiora.*

256. CORDIA. *Cor.* infundibuliformis. *Stylus* dichotomus. *Drupa* nucleis 2-ocularibus.

273.

- Myxa. 1. *C.* foliis ovatis supra glabris, corymbis lateralibus, calycibus decemstriatis. Prunus Sebestena, longiore folio. maderasp. *Pluk. alm.* 306. t. 217. f. 3. *Folia Alni serrato-angulata, subtus scabra.*
- Spinescens.* 2. *C.* fol. ovatis acutis serratis scabris, petiolis subsperiscentibus. *Mant.* 206. *Basis petiolorum persistit ut in Volkameria.*
- Sebestena.* 3. *C.* fol. oblongo-ovatis repandis scabris. *Jacq. hist.* 42. — *Ed. 2. pict.* p. 26. t. 4. sed ibi color corollae aurantius, ut in *Cheirantho Cheiri fl. pl.*, non miniatus. *M.*
- Gerafricanthus.* 4. *C.* fol. lanceolato-ovatis scabris, panicula terminali. calyc. decemstriatis. *Jacq. amer.* 43. t. 175. f. 16. *Ed. 2. pict.* p. 27. t. 259. f. 12. quoad florem *M.* *Corollae albidae.*
- macrophylla.* 5. *C.* fol. ovatis villosis sesquipedalibus.
- Callococca.* 6. *C.* fol. cordato-ovatis integerrimis, flor. corymbosis, calyc. interne tomentosis.

208. PATAGONULA. *Cor.* rotata. *Styl.* dichotomus.

212.

Cal. fructiferus maximus.

americana. I. PATAGONULA. *An cordiis associanda?*

257. EHRETIA. *Bacca* 2-ocularis. *Sem.* solitaria, bilocularia. *Stigma* emarginatum.

274.

- tinifolia.* 1. *E.* foliis oblongo-ovatis integerrimis glabris, floribus paniculatis. — *Trew. ehret.* t. 24. *M.*
- spinosa.* 2. *E.* spinosa. *Jacq. amer.* 46. t. 80 f. 18 — *Ed. 2. pict.* p. 27. t. 259. f. 14. quoad folium et spinam. *M.*
- Beurreria.* 3. *E.* fol. ovatis integerrimis laevibus, flor. subcorymbosis, calyc. glabris. *Jacq. spec.* 2. p. 2. t. 26. — *Jacq. amer. pict.* p. 23. t. 45. *M.*
- exsucca.* 4. *E.* fol. cuneiformi-lanceolatis margine reflexis. *Beurreria excucca* fructibus excuccis quadripartitis *Jacq. amer.* 45. t. 173. f. 17. — *Ed. 2. pict.* p. 28. t. 259. f. 13. quoad florem et fructum. *M.*

258. VARRONIA. Cor. 5-fida. Drupa Nucleo 4-loculari.
275.

- lineata.* 1. V. foliis lanceolatis lineatis, pedunculis laterali-
bus petiolo adnatis, spicis globosis.
bullata. 2. V. fol. ovatis venoso-rugosis. spicis globosis. —
Jacq. amer. pict. p. 26. t. 43. M.
martinicensis. 3. V. fol. ovatis acuminatis, spicis oblongis. —
Jacq. amer. pict. p. 26. t. 42. M.
globosa. 4. V. fol. lanceolato-oblongis, caul. dichotomo, pe-
dunc. axillaribus elongatis nudis, spicis glo-
bosis. — *Jacq. amer. pict. p. 26.*
curassavica. 5. V. fol. lanceolatis, spicis oblongis. — *Jacq.*
amer. pict. p. 25. M.
alba. 6. V. fol. cordatis, flor. cymosis. *Jacq. amer. 41. —*
Ed. 2. pict. p. 26. M.

259. LAUGERIA. Cor. 5-fida. Drupa Nucleo 5-loculari.
276.

- odorata.* 1. LAUGERIA. *Jacq. amer. pict. p. 36. t. 259. f. 16 M.*
Oppositifolia. Variat spinosa et incrimis. Flores tristes.

260. BRUNSFELSIA. Cor. infundibuliformis, longis-
sima. Bacca 1-locularis,
276. polysperma.

- americana.* 1. BRUNSFELSIA. *Ad ringentes pertinere Dav. Royen.*

263. CHRYSOPHYLLUM. Cor. campanulata, 10-fida:
278. laciniis alternis patu-
lis. Bacca 10-sperma.

- Cainito.* 1. C. foliis ovatis parallele striatis, subtus tomen-
toso-nitidis. *Jacq. amer. 51. t. 37. — Ed. 2.*
pict. p. 30. t. 51. M.
β. Chryso-ph. fol. oblongo-ovatis, superne glabris,
subtus ferrugineis, flor. alaribus corymbosis.
Mill. dict.
γ. Chryso-ph. jamaicense, fructu purpureo. *Jacq.*
amer. 52. — Ed. 2. pict. p. 31. M.
Chryso-ph. fructu globoso, fol. subtus ferrugineis.
Brown jam. 171. t. 14. f. 2.
Anona fol. subtus ferrugineis. *Sloan. jam. 2. p. 170.*
229.

- δ. Chrysoth. coeruleum, fructu coeruleo globoso.
Jacq. amer 52. t. 37. — *Ed. 2. pict.* p. 31.
 t. 52. M.
- ε. Chrysoth. microphyllum, fol. minoribus. *Jacq.*
amer pict. δ. p. 31. t. 53. M.
- argenteum. 2. C. fol. falcato-ovatis subtus tomentoso-nitidis.
Jacq. amer pict. p. 31. t. 54. M.
- glabrum. 3. C. fol. utrinque glaberrimis. *Jacq. amer.* 53.
 t. 38 — *Ed. 2. pict.* p. 31 t. 55. M.

264. SIDEROXYLON. Cor. 10-fida: laciniis alternis
 incurvis, Stigma simplex.
 Bacca 5-sperma.

- mite. 1. S. inerme, floribus sessilibus. *Conf.* Laurifolia
 africana. *Comm. hort.* 2. p. 95. t. 100 sed flo-
 res absque dentibus inter stamina. *D. Royen.*
- inerme. 2. S. inerme, fol. perennantibus obovatis, pedunc.
 teretibus. *Mill. diff.* t. 299. *Berg. cap.* 47.
 (excluso *Burmanni* synonymo).
- melano-
 phleum. 3. S. inerme, fol. perennantibus lanceolatis, pedunc.
 angulatis. *Mant.* 48. *Jacq. hort.* t. 71.
- foetidissi-
 mum. 4. S. inerme, fol. suboppositis, flor. patentissimis.
Mant. 49. — *Jacq. amer pict.* p. 32. M.
- cymosum. 5. S. inerme, fol. oppositis petiolatis, cymis com-
 positis et decompositis. *Suppl.* p. 152.
- tenax. 6. S. subinerme, fol. deciduis lanceolatis subtus to-
 mentosis, pedunc. filiformibus. *Mant.* 48.
 Chrysoth. carolinense *Jacq. obs.* 3. p. 3.
 t. 54.
- lyciodes. 7. S. spinosum, fol. deciduis lanceolatis.
- decandrum. 8. S. spinosum, fol. deciduis ellipticis. *Mant.* 48.
- spinosum. 9. S. spinosum, fol. perennantibus. Lycii similis
 frutex indicus. *Comm. hort.* J. p. 161. t. 83.
 Lycium maderas. bijugis et gracilioribus spi-
 nis horridus. *Pluk. alm.* 235. t. 202 f. 2. *Burm.*

265. RHAMNUS. Cal. tubulosus: squamis stamina mu-
 nientibus. Cor. nulla. Bacca.

* *Spinosi.*

- catharticus. 1. R. spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioi-
 cis, foliis ovatis, caule erecto. — *Fl. dan.*
 t. 850. M.

infe-

- insectorius. 2. R. spinis terminalibus, flor. quadrifidis dioicis, caulib. procumbentibus. *Mant.* 49 *Folia subtus villosa. Calyx cyathiformis edentulus Scop. ann 2. p 44.*
- lycioides.* 3. R. spinis terminalibus, fol. linearibus.
- oleoides.* 4. R. spinis terminalibus, fol. oblongis integerrimis.
- saxatilis.* 5. R. spinis terminalibus, flor. quadrifidis hermaphroditis. *Sp pl. p. 1677. — Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 53. qui in eadem planta et flores fertiles et steriles vidit. M.*
- theezans.* 6. R. spinis terminalibus, fol. ovatis ferrulatis, ramis divaricatis *Mant.* 207. *Rhamnus Thea. Obs. it. 232. 161.*
- pentaphyllus.* 7. R. spinis lateralibus, fol. solitariis quinatisque. *Jacq. obs. 2. p. 17. Rhamnus ficulus Syst. nat. 3. p. 229. Rhamnus ficulus pentaphyllus. Bocc. sic. 43. t 21. Raj. hist. 1626. An hujus generis? Folia Buxi, viridia. Flores axillares. sessiles. Flores 5-fidi. Stylus simplex longus.*

** *Inermes.*

- Sarcophalus.* 8. R. inermis, fol. ovalibus coriaceis integerrimis emarginatis.
- volubilis.* 9. R. inermis, caule volubili, fol. integerrimis ovatis striatis. *Suppl. p. 152.*
- tetragonus.* 10. R. inermis, fol. ovatis integris glabris sessilibus ramis tetragonis. *Suppl. p. 153.*
- Micranthus.* 11. R. inermis, fol. ovato-lanceolatis obliquis pubescentibus, stipul. lanceolatis acuminatis deciduis. *Muntingiae Plum. speciem facit Millerus.*
- cubensis.* 12. R. inermis, flor. hermaphroditis, caps. trilocularibus, fol. rugosis integerrimis tomentosus. — *Jacq. hort. v. 3. t. 49. Amer. pist. p. 40. t. 75. M. Habitus Viburni Lantanae. Folia utrinque tomentosa. Fructus praecedentis.*
- colubrinus.* 13. R. inermis, flor. monogynis hermaphroditis erectis, caps. tricoccis, petiolis ferrugineo-tomentosis, — *Jacq hort. v. 3. t. 50. Americ. pist. p. 40. t. 74. M. Rhamnus arboreus foliis obovatis venosis. Brow. jam. 172. Petala lanceolata ex sinibus calycis. Stamina intra petala. Callus nectariferus transversus inter basin staminum. Stylus triqueter. Ramu-*

li. pedunculi, petioli et foliorum nervi subtus sunt ferrugineo-subtomentosi.

- alpinus. 14. R. inermis, flor. dioicis, fol. duplicato-crenatis. *Frangula inermis, foliis ovatis crenulatis. Hall. flor. 823. t. 40. Dioicus calyce 4-fido, Stigmate 4-fido, ut R. cathartici.*
- pumilus. 15. R. inermis repens, flor. hermaphroditis, fol. serratis. *Mant. 49.*
- Frangula. 16. R. inermis, flor. monogynis hermaphroditis, fol. integerrimis. *Fl. dan. t. 278.*
- lineatus. 17. R. inermis, flor. hermaphroditis, fol. ovatis lineatis repandis subtus reticulatis. *Rhamnus Zeylanicus, folio subrotundo glabro. caulibus hirsutis, spinis exiguis. Burm. Zeyl. 188. t. 88. Acaciae forte cognatus e maderasfo. frutex, vitis ideae benghalensis folio. Pluk. phyt. 122. f. 4.*
- Alaternus. 18. R. inermis, flor. dioicis, frigmate triplici, fol. serratis. *Alia individua Mares, alia hermaphrodita feminea. Stigmata 3. Folia subtus et margine lucida.*

*** *Aculeati.*

- Paliurus. 19. R. aculeis geminatis: inferiore reflexo, flor. trigynis.
- Lotus. 20. R. aculeis geminatis: altero recurvo, fol. ovato oblongis.
- ignaneus. 21. R. aculeis geminatis: altero patente, racemis axillaribus monoicis, fol. nudis. — *Jacq. amer. pit. p. 40. M. Folia alterna, glabra, subserrata. Calyx absque squamis petaloideis, absque tubo. Floris feminei Stylus 2. stigmatibus bifidis. Drupa nucleo uniloculari.*
- Napeca. 22. R. aculeis subgeminatis recurvis, pedunc. corymbosis, flor. semidigynis, fol. serratis utrinque laevibus.
- Jujuba. 23. R. aculeis solitariis recurvis, pedunc. aggregatis, flor. semidigynis, fol. retusis subtus tomentosis.
- Oenoplia. 24. R. aculeis solitariis recurvis, pedunc. aggregatis subsessilibus, fol. semicordatis subtus tomentosis.

circumscissus 25. R. aculeis solitariis recurvis oppositifoliis, fol. oppositis bifariis obcordatis. *Suppl. p. 152.*

Zizyphus. 26. R. aculeis geminatis: altero recurvo, flor. digynis. fol. ovato-oblongis. *A Syria in Italiam translatus a Sexto Pampinio, tempore Augusti.*

Spina Christi 27. R. aculeis geminatis rectis, fol. ovatis.

266. PHYLICA. *Perianth.* 5-partitum, turbinatum. *Petalula* 0. *Squamae* 5 stamina munientes. *Caps.* tricocca, infera.

283.

ericoides. 1. P. foliis linearibus verticillatis.

bicolor. 2. P. fol. linearibus pubescentibus, calycib. communibus corolla brevioribus. *Mant. 208.*

plumosa. 3. P. fol. lineari-subulatis: summis hirsutis. (*excluso synonymo Burmanni*).

imberbis. 4. P. fol. linearibus obtusis scabris, flor. terminalibus *Berg. cap. 51. Sanamundae 3. Clusii affinis. Breyn. cent. 18. t. 7. Seb. mus. 2. t. 49. f. 5.*

stipularis. 5. P. fol. linearibus stipulatis, flor. quinquicornibus. *Mant. 208. Chamaelea fol. angustis subtus incanis, flor. muscosis. Burm. afr. 177. t. 43. f. 2.*

dioica. 6. P. fol. cordatis. *Mant. 342. Burmann.*

callosa. 7. P. fol. cordatis lanceolatis subtus tomentosis supra papillofis apice pungentibus, floribus capitatis villosis. *Suppl. p. 153.*

spicata. 8. P. fol. cordato-sagittatis lanceolatis subtus tomentosis supra glaberrimis acuminatis pungentibus, spicis lanatis. *Suppl. p. 153.*

buxifolia. 9. P. fol. ovatis sparsis ternisque subtus tomentosis.

racemosa. 10. P. fol. ovatis glabris, flor. simplicibus paniculato-racemosis. *Mant. 209.*

pinifolia. 11. P. fol. acerosis utrinque planis glaberrimis, flor. paniculato-racemosis. *Suppl. p. 153.*

parviflora. 12. P. fol. subulatis acutis scabris subpilosis, ramis paniculato-multifloris. *Mant. 209.*

267. CEANOTHUS *Petala* 5, faccata, fornicata. *Bacca* 284. *ficca*, 3-locularis, 3-sperma.

americanus. 1. C. foliis trinerviis.

asiaticus. 2. C. fol. ovatis enerviis.

236 PENTANDRIA. MONOGYNIA. Arduina.

africanus. 3. C. fol. lanceolatis enerviis, stipul. subrotundis. *Fabr. helm.* 274. *Pluk phyt.* 126. f. 1. *Mant.* 342. *Stylus ex 3. coadunatis*

1250. ARDUINA. Cor. 1-petala. Stigma 2-fidum. Bacca 2-ocularis. Sem. foliaria.

bispinosa. 1. ARDUINA. *Mant.* 52.

268. BÜTTNERIA. Cor. 5-petala. Filamenta apice petalis connata. Caps. 5-cocca, muricata.

scabra. 1. B. foliis (addo M. lanceolatis) costa petiolisque aculeatis — *Aublet pl. guian. v. I. t. 96. M. Frutex sarmentosus, Rubi fruticosi, aculeis recurvis. Folia alterna, oblonga, petiolo costaque aculeata. Racemi axillares, aggregati.*

carthagenensis. 2. B. fol. ovatis in costa petiolisque aculeatis. *Jacq. amer. pict. p. 41. qui eam diversam a B. scabra declarat. M.*

microphylla. 3. B. ramis flexuosis laevibus, foliis inermibus *Mant.* 107. *Jacq. hort. t. 29. Spinae laterifoliae caulis, horizontales.*

269. MYRSINE. Cor. semi 5-fida, connivens. Germen corollam replens. Bacca 1-sperma nucleo 5-oculari.

africana. 1. MYRSINE. *Beig cap. 53. Flores axillares terni pedunculis brevibus. Corolla pallida, punctis testaceis scabra, ciliata, clausa. Stamina laciniis corollae opposita, nec alterna. Stigma penicilliforme. Bacca figura et magnitudine Uvae ursi, coerulca. Nucleus ejusdem formae, globosus, depressifuscus.*

.. BLADHIA. Cor. rotata, decidua. Bacca 1-spermae. Sem. arillatum! *Thunb. nov. gen. pl. p. 6. M.*

japonica. 1. B. foliis ferratis glabris. *Thunb. l. c. p. 7. c. tab. Jap. mspt. M. Quackitzit. et Jabokoli, vulgo Fanna*

Fanna Tadsibanna. *Kämpf. am. exot. p. 766. it.*
 Sjiro Tadsibanna *ib. M.*

- villosa.* 2. B. fol. ferratis villosis. *Thunb. jap. mspt. M.*
crispa. 3. B. fol. oblongis crispis glabris. *Thunb. jap. mspt. M.*

270. CELASTRUS. Cor. 5-petala, patens. *Capsf. 3-*
 285. angularis, 3-ocularis. *Sem.*
 calyptrata.

- bullatus.* 1. C. inermis, foliis ovatis integerrimis.
scandens. 2. C. inermis, caule volubili.
myrsifolius. 3. C. inermis, fol. ovatis serrulatis, flor. racemo-
 sis, caule erecto.
procumbens. 4. C. inermis, procumbens, fol. ovatis serratis,
 floribus axillaribus subsolitariis. *Suppl. p. 153.*
filiformis. 5. C. inermis, fol. lanceolatis integris, ramis filifor-
 mibus. pedunculis axillaribus unifloris. *Suppl.*
p. 153.
acuminatus. 6. C. inermis, fol. ovatis acuminatis serratis, pe-
 dunculis axillaribus unifloris, caule erecto
 laxo. *Suppl. p. 154.*
microphyl- luc. 7. C. inermis, fol. ovatis obtusis integris, cymis
 terminalibus dichotomis. *Suppl. p. 154.*
orbiculatus. 8. C. inermis, fol. rotundatis acuminatis serratis,
 pedunculis axillaribus subtrifidis. *Thunb. jap. mspt. M.*
punctatus. 9. C. inermis, ramis scandentibus punctatis, fol.
 ovatis serratis. *Thunb. loc. cit. M.*
friatus. 10. C. inermis, ramulis erectis friatis, fol. ovatis
 acuminatis serratis, pedunculis sparsis unifloris. *Thunb. l. c. M.*
alatus. 11. C. inermis, ramis alatis. *Thunb. l. c. M.*
buxifolius. 12. C. spinis foliosis, ramis angulatis, fol. obtusis.
Pluk. phyt. 202. f. 3.
pyracan- thus. 13. C. spinis nudis, ramis teretibus, fol. acutis.
Pluk. phyt. t. 126. f. 2, 3.
lucidus. 14. C. fol. ovalibus nitidis integerrimis marginatis.
Mant. 49.
linearis. 15. C. spinis foliosis, fol. linearibus integris. *Suppl.*
p. 153.
integrifolius. 16. C. spinis foliosis, fol. ovatis obtusis integerrimis,
 cymis lateralibus. *Suppl. p. 153.*

271. EVONYMUS. Cor. 5 - petala. Caps. 5 - gona,
286. 5 - locularis, 5 - valvis, colo-
rata. Sem. calyptrata.

- americanus. 1. E. flor. omnibus quinquefidis, fol. sessilibus.
tobira. 2. E. flor. quinquefidis, fol. oblongis retusis inte-
gris. *Thunb. jap. mspt M.*
- latifolius. 3. E. flor. plerisque quinquefidis, capsulis alato-
angulatis in pedunculis folio longioribus.
Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 3. t. 289. M. Linn. Spec. pl. p 286. ubi tanquam Varietas E. europaei sistitur. M.
- europaeus. 4. E. flor. plerisque quadrifidis, flor. sessilibus.
verrucosus. 5. E. flor. omnibus quadrifidis, ramis verrucosis.
*Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 1. t. 49. E. le-
profus γ, Suppl. p. 154. cui videtur Varietas europaei esse, a quo vero mirifice differt. In E. verrucoso calyx planus, adpressus trans-
versim rugosus; petala orbiculata, fusca; fila-
menta staminum brevissima, item pistillum; pe-
dunculi longissimi, capillares, horizontales,
ternati vel biternati, pedicello medio breviori. In E. europaeo calyx distans, vel reflexus, folio-
lis concavis; petala oblonga, ad latera revo-
luta, luteo - viridia; filamenta longa, duplo
tantum corolla breviora; stylus exsertus dimi-
diae staminum longitudinis; pedunculi brevio-
res, crassiores, patentes, incerti numeri et
proportionis saepe 4-vel 5-flori. M.*
- atropurpu-
reus. 6. E. flor. omnibus quadrifidis, ramis glabris, fol.
petiolatis acutis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 2.
t 120. M.*
- japonicus. 7. E. flor. quadrifidis, fol. ovatis obtusis ferratis.
*Thunb. jap. mspt. M. Euonymus japonicus,
floribus quadrifidis, foliis elliptico-ovatis fer-
ratis obtusissimis. Suppl. pl 154.*

272. DIOSMA. Cor. 5-petala. Nectaria 5 supra germen.
- 286. Caps. 3. s. 5, coalitae. Sem. ca-
lyptrata.

- oppositifo-
lia. 1. D. foliis subulatis acutis oppositis. *Berg. cap.
62.*
- hirsuta. 2. D. fol. linearibus hirsutis. *Berg. cap. 65.*

rubra.

- rubra. 3. D. fol. linearibus mucronatis glabris carinatis, subtus bifariam punctatis. *Berg. cap. 62.*
- ericoides.* 4. D. fol. lineari-lanceolatis, subtus convexis, bifariam imbricatis. *Berg. cap. 65.*
- capensis.* 5. D. fol. linearibus triquetris, subtus punctatis. *Hartogia capensis. Syst. nat. 625. Sp. plant. 288. Folia opposita.*
- capitata.* 6. D. fol. linearibus imbricatis scabris ciliatis, flor. capitato-spicatis. *Mant. 210. Facies omnino Ericae s. Bruniae nodiflorae. Nectaria parva, natica.*
- unicapsularis.* 7. D. fol. (lineari-lanceolatis M.) capsulis unilocularibus. *Suppl. p. 155.*
- latifolia.* 8. D. fol. ovatis crenatis, pedunculis axillaribus solitariis, caule villosa. *Suppl. p. 154.*
- marginata.* 9. D. fol. cordato-attenuatis membranaceo-marginatis. *Suppl. p. 155.*
- barbigera.* 10. D. fol. cordatis amplexicaulibus, petalis barbatis. *Suppl. p. 155.*
- tetragona.* 11. D. fol. cordatis retulis complicato-carinatis ciliatis, ramis unifloris. *Suppl. p. 155.*
- cupressina.* 12. D. fol. ovatis triquetris imbricatis, flor. solitariis terminalibus sessilibus. *Mant. 50. Brunia uniflora. Sp. pl. 289.*
- imbricata.* 13. D. fol. ovatis mucronatis imbricatis ciliatis. *Mant. 124. (sub Hartogia) Similis D. ciliaris Petala purpurea, subrotunda, unguibus calyce triplo longioribus.*
- lanceolata.* 14. D. fol. ellipticis obtusis glabris. *Hartogia lanceolata. Syst. nat. 625. Folia utrinque pilis raris.*
- ciliata.* 15. D. fol. lanceolatis ciliatis rugosis. *Hartogia ciliaris. Syst. nat. 625. Berg. cap. 68. Folia margine et carina ciliata. Petala oblonga, unguibus vix calyce longioribus.*
- crenata.* 16. D. fol. lanceolato ovalibus oppositis glanduloso-crenatis, flor. solitariis. *Hartogia betulina. Berg. cap. 67. Calycis folia subulata, crenata.*
- uniflora.* 17. D. fol. ovato-oblongis, flor. solitariis terminalibus. *Berg. cap. 75. Calycis foliola ovata, magna, foliisque fere latiora.*
- pulchella.* 18. D. fol. ovatis obtusis glanduloso-crenatis, flor. geminis axillaribus. *Hartogia pulchella. Syst. nat.*

nat. 625. Flores hermaphroditi. Fructus 3-ocularis. Cornua terminata Glandulis 2

Obs. Polymorphum genus sexu, nectariorum figura, capsularum numero, fualit divisionem in Diosmas et Hartogias, sed utraque demum plures observationes retraxerunt in unum.

HOVENIA. Cor. 5-petala, petalis convolutis. Stigma 3-fidum. Caps. 2-ocularis, 3-valvis Thunb. Diff. nov. gen. pl. p. 7. M.

dulcis. I. Hovenia. Thunb. l. c. p. 8. Jap. mspt. Sicku, vulgo Ken et Kenpökunas. Kämpf. amoen. p. 808. fig. p. 809. M.

274. BRUNIA. Flores aggregati. Filamenta unguibus petalorum inserta. Stigma 2-fidum. Sem. solitaria, bilocularia.

288.

- nodiflora. 1. B. foliis imbricatis triquetris acutis. Mant. 343. Fructus superus bilocularis. Styli 2.
- paleacea. 2. B. fol. quinquefariam imbricatis appressis, corymbo terminali, paleis capitulorum exsertis. Berg. cap. 56. Mant. 559.
- lanuginosa. 3. B. fol. linearibus patulis, apice callofis. Berg. cap. 60. Similis B. abrotanoidi. Rima nectarifera, ut in B. abrotanoide.
- abrotanoides. 4. B. fol. lineari-lanceolatis patentibus triquetris apice callofis. Berg. cap. 59. Germen superum. Stylus 1. emarginatus.
- ciliata. 5. B. fol. ovatis acuminatis ciliatis. Germen superum. Stylus bifidus.
- radiata. 6. B. fol. linearibus triquetris, calyce radiante: foliolis intimis colorato. Phyllica radiata. Sp. pl. 283.
- glutinosa. 7. B. fol. linearibus triquetris, calyce radiante: foliolis omnibus coloratis. Mant. 210. Brunia colorata. Berg. cap. 57. Similis praeecedenti, etiam stylo simplici et flore radiato, at in hac discus major glutinosus; utrisque Germen inferum: an itaque proprii generis hae duae?

verticillata. 8. B. fol. triquetris, ramulis verticillatis fastigiatis, capitulis terminalibus glabris. *Suppl.* p. 156.

1247. CYRILLA. *Petala* acuta, receptaculo inserta. *Capsf.* 2-locularis. *Stylus* 2-fidus, persistens.

racemiflora. I. CYRILLA. *Mant.* 50

275. ITEA. *Petala* longa, calyci inserta. *Capsf.* 1-locularis, 2-valvis.

virginica. I. ITEA. *Frutex* humanae altitudinis. *Folia* alterna, petiolata, ovata, serrata. *Racemi* terminales, albi. *Facies* Padi.

276. GALAX. *Cor.* hypocrater. *Cal.* 10-phyllus. *Capsf.* 1-locularis, 2-valvis, elastica.

aphylla. I. GALAX.

277. CEDRELA. *Cal.* marcescens. *Cor.* 5-petala, infundibuliformis, basi ad $\frac{1}{3}$ receptaculo adnata. *Capsf.* lignosa, 5-locularis, 5-valvis. *Sem.* dorsum imbricata, ala membranacea.

odorata. A. C. floribus paniculatis.

. . ELÆODENDRUM. *Cor.* 5-petala. *Drupa* ovata, nuce 2-loculari. *Jacq. jun. in act. helv. v. 9. tab. fig. 2. M.*

orientale. I. ELÆODENDRUM. *Jacq. icon. rar. M.*

. . CALODENDRUM. *Cor.* explicata 5-petala. *Nectarium* 5-phyllum. *Capsf.* 5-locularis. *Thunb. Diff. nov. pl. gen. p. 41. M.*

sapense. I. CALODENDRUM. *Thunb. l. c. p. 43. M.*

1372. ESCALLONIA. *Petala* 5 distantia, lingulata
Stigm. capitatum. Bacca 2-locu-
 laris polysperma. *Suppl. p. 21.*

Myrtilloides. I. ESCALLONIA. Suppl. p. 156.

1373. CORYNOCARPUS. *Nectaria* 5 petaliformia cum
 petalis alternantia, basi glandi-
 fulifera. *Suppl. p. 21.*

laevigata. I. CORYNOCARPUS. Suppl. p. 156.

1374. ARGOPHYLLUM. *Petala* 5. *Nectarium* pyrami-
 dale, 5-angulare, longitudine
 corollae. *Suppl. p. 22.*

nitidum. I. ARGOPHYLLUM. Suppl. p. 156.

278. MANGIFERA. *Cor.* 5-petala. *Drupa* reniformis.
 290.

indica. I. M. foliis simplicibus, floribus pentandris. Suppl.
p. 157. Mangifera indica. Syst. ed. 13. p. 201.

pinnata. 2. M. fol. pinnatis, flor. decandris. Suppl. p. 156.

280. HIRTELLA. *Petala* 5. *Filamenta* longissima, per-
 sistentia, spiralia. *Bacc.* 1-
 sperma. *Stylus* lateralis.

americana. I. HIRTELLA. Jacq. amer. 8. t. 8. — Ed. 2.
pl. t. 11. M. In Herbario Pisonis stamina 5;
in Cliffortii 3; etiam Jacquini.

1249. PLECTRONIA. *Petala* 5, calycis fauci inserta.
Bacca 2-sperma, infera.

ventosa. PLECTRONIA. Mant. 52. Plectronia corymbosa. Burm.
prod. 6.

281. RIBES. *Petala* 5 et stamina calyci inserta. *Sty-*
 lus 2-fidus. *Bacca* polysperma,
 infera.

* *Ribesia inermia.*

rubrum. I. R. inermis, racemis glabris pendulis, floribus
 planiusculis.

- petraeum.* 2. R. inerme, racem. florentibus erectis, fructescen-
tibus pendulis. *Jacq. in Litt. Misc. v. 2. p. 36.*
Icon. var. t. 39. M.
- alpinum.* 3. R. inerme, racem. erectis: bracteis flore longiori-
bus. — *Jacq. Fl. austr. v. 1 t 4. M.*
- nigrum.* 4. R. inerme, racem. pilosis, flor. oblongis. *Fl.*
dan. t. 556.

** *Grossulariae aculeatae.*

- diacantha.* 5. R. fol. incis, aculeis geminis ad gemmas. *Suppl.*
p. 157.
- reclinata.* 6. R. ramis subaculeatis reclinat, pedunculis bra-
ctea triphylla.
- Grossularia.* 7. R. ram. aculeatis, petiolorum ciliis pilosis; bac-
cis hirsutis.
- Uva crispa.* 8. R. ramis aculeatis, bacc. glabris, pedicellis bra-
ctea monophylla. *Fl. dan. t. 546.*
- oxyacanthoides.* 9. R. ramis undique aculeatis.
- cynosbati.* 10. R. aculeis subaxillaribus, bacc. aculeatis racemo-
sis — *Jacq. hort. v. 2. t. 123. M.*

282. GRONOVIA. *Petala* 5 et stamina calyci campanu-
lata inserta. *Bacca* sicca, mo-
nosperma, infera.

scandens. I. GRONOVIA. *Mant. 343. Planta cucurbitacea cirrhis*
scandens. Folia urentia.

1296. AQUILICIA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Nectarium*
urceolatum squamis 15. *Bacca*
5-locularis. *Sem.* solitaria.

sambucina. I. AQUILICIA. *Mant. 211. Staphylea indica* foliis bi-
pinnatis: infimis ternatis; lummis quinis etc.
Burm. ind. 73. t. 24. f. 2.

283. HEDERA. *Petala* 5, oblonga. *Bacca* 5-sperma.
calyce cincta.

- Helix.* 1. H. foliis ovatis lobatisque.
- quinquefo-* 2. H. fol. quinatis ovatis serratis. *Racemi trifidi* bis
lia. *dichotomi. ultimo umbellati Calyx brevissimus,*
obtusedentatus. apice rubiundus. Petala oblon-
ga, obtusa, apice fornicata, viridia. Glandula

receptaculi calyce altior, germen cingens crenis aliquot. Stamina filiformia, corolla paulo breviora. Stylus 1. longitudine staminum. Germen superum, tetraspermum. Numerus floris variat 5 et 4. Schreber.

284. VITIS. *Petala apice cohaerentia, emarcida. Bacca*
292. *5-sperma, supera.*

- vinifera.* 1. *V. foliis lobatis sinuatis nudis.*
indica. 2. *V. fol. cordatis dentatis subtus villosis, cirrhis racemiferis. Plum. ic. 59. f. 2. Cissi specie Jacq.*
Labrusca. 3. *V. fol. cordatis subtrilobis dentatis subtus tomentosis.*
heterophylla. 4. *V. fol. simplicibus inciso-trilobis quinquelobisque ferratis nudis. Thunb. japon. mspt. M.*
vulpina. 5. *V. fol. cordatis dentato ferratis utrinque nudis.*
trifolia. 6. *V. fol. ternatis: foliolis subrotundis ferratis.*
laciniosa. 7. *V. fol. quinatis: foliolis multifidis.*
japonica. 8. *V. fol. quinatis subpedatis glabris: foliolis crenatis crenis aristatis. Thunb. jap. mspt. M.*
pentaphylla. 9. *V. fol. quinatis: foliolis indivisis ferratis. Thunb. loc. cit. M.*
heptaphylla. 10. *V. fol. septenatis ovatis integerrimis Mant. 212. Similis Hederae quinquefoliae.*
arborea. 11. *V. fol. supradecompositis: foliolis lateralibus pinatis.*

285. LAGOECIA. *Involucr. universale et parziale. Petala*
294. *2-fida. Sem. solitaria, infera.*

Cuminoides. I. LAGOECIA.

1234. RORIDULA. *Cor. 5-petala. Cal. 5-phyllus. Caps. 3-valvis. Antherae basi scrotiformes.*

dentata. I. RORIDULA. Gen. plant. p. 567. Irion verticillatum. Burm. prodr. 6. Droserae affinis, fruticulus.

286. SAUVAGESIA. *Cor. 5-petala, fimbriata. Cal. 5-phyllus. Nectar. 5-phyl- lum, cum petalis alternans. Caps. 1-ocularis.*

erecta. I. SAUVAGESIA. Jacq. amer. 77. t. 51. f. 3. — Ed. 2. pist. p. 41. t. 77. M. Pedunculi laterales, uniflori: flori-

floriferi erecti; fructiferi deflexi. Flores albi. Stipulis ciliatis distinctissima.

.. CAROXYLON. Cor. 5-petala. Nectar. 5-phyllum, connivens, corollae infertum! Semen tunica vestitum. Thunb. diff. n. pl. gen. p. 37. M.

Salsola. I. CAROXYLON. Thunb. l. c. p. 38. M.

287. CLAYTONIA. Cal. 2-valvis. Cor 5-petala. Stigma 3-fidum. Caps. 3-valvis, 1-locularis, 3-sperma.

294.

- virginica.* 1. C. foliis linearibus. Flores albi, rubro lineati.
sibirica. 2. C. fol. ovatis. Folia Radicalia petiolata, ovata, nervosa. glaberrima. Scapus declinatus, Foliis Caulinis duobus, oppositis, sessilibus, ovatis, intra quae Racemi duo, secundi; tenelli adhuc revoluti; altero diphylo. Flores rubri. Stamina unguibus petalorum inserta.
Portulacaria. 3. C. caule arboreo erecto. Mant. 211. Crassula portulacaria. Sp. plant. 406. Character detectus a D. Turra.

1297. HELICONIA. Spatha universalis partialesque. Cal. 0. Cor. 3-petala: Nectario 2 phyllo. Capsula tricocca.

- Bihai.* 1. H. foliis nervosis reticulatis basi attenuatis, nectario hastato libero. Suppl. p. 157. Heliconia Bihai. Syst. ed. 13 Mant. 211. Musa Bihai. Sp. plant. 1477. Habitus Musae.
aiba. 2. H. foliorum nervis simplicissimis glaberrimis, basi ovato-rotundata, nectario hastato libero. Suppl. p. 157.
psittacorum. 3. H. fol. glaberrimis nervosis basi rotundatis, inflorescentia glaberrima, spadice erecto ebracteato, nectario lanceolato adnato. Suppl. p. 158.
hirsuta. 4. H. fol. basi rotundatis simplicissime nervosis glaberrimis, inflorescentia hirsuta, spadice flexuoso, nectario lanceolato adnato. Suppl. p. 158.

288. ACHYRANTHES. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Stigma* 2-fidum. *Semina* solitaria.

294.

aspera. 1. A. caule fruticoso erecto, calycibus reflexis spicae adpressis. Auricula canis, mas. *Rumph. amb. 6. p. 17. t. 12. f. 1.* Cadeli *Rheed. mal. 10 p. 155. t. 78* Arabica varietas *Folius* utrinque glabris, viridibus, sunilibus *Plumbaginis zeylanicae*, quam sicula latioribus, subtus punctatis.

lappacea. 2. A. caule fruticoso diffuso prostrato, spicis interruptis, flosculis lateralibus utrinque fasciculo setarum uncinato. Cfr. *Suppl. p. 160.*

muricata. 3. A. caule fruticoso patulo, fol. alternis, flor. spicatis remotis ovatis, calycibus squarrosis.

patula. 4. A. caule fruticoso patulo pubescente, florum spicis orbiculatis echinato uncinatis. *Suppl. p. 160.*

alternifolia. 5. A. caule (herbaceo M.) erecto, florum echinis subglobosis. *Suppl. p. 159.* *Achyranthes alternifolia.* caule herbaceo erecto, fol. alternis, flor. spicatis remotis, cal. squarroso-patulis. *Mant 50. 344. Syst. ed. 13. p. 159.*

corymbosa. 6. A. fol. quaternis linearibus, panicula dichotomocorymbosa *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Stam.* 5? *Stylus* 1. capitatus.

dichotoma. 7. A. caulibus suffruticosis, fol. oppositis linearibus planis acutis, cyma dichotoma. *Mant. 51.*

prostrata. 8. A. caul. prostratis fruticosis, spic. oblongis: flosculis binatis utrinque fasciculo uncinato.

289. CELOSIA. *Cal.* 3-phyllus, corollae 5-petalae facie *Stam.* basi nectario plicato conjuncta. *Capsf.* horizontaliter dehiscens.

296.

argentea. 1. C. foliis lanceolatis, stipulis subfalcatis, pedunculis angulatis, spicis scariosis. Thera belutta adeca manjan. *Rheed. mal. 10. p. 77. t. 39.*

margaritacea. 2. C. fol. ovatis, stipulis falcatis, pedunc. angulatis, spic. scariosis. Belutta adeca manjan. *Rheed mal. 10. p. 75. t. 38.*

crisla-

- crifata. 3. C. fol. oblongo-ovatis, pedunc. teretibus sub-
ftriatis, spic. oblongis. *Variat foliis angu-
stis et latis.*
- paniculata. 4. C. fol. ovato-oblongis, caul. affurgente panicu-
lato, spic. alternis terminalibus remotis.
- coccinea. 5. C. fol. ovatis strictis inauriculatis, caul. sulcato,
spic. multiplicibus cristatis.
- castrensis. 6. C. fol. lanceolato-ovatis lineatis-acuminatissimis,
stip. falcatis, spic. cristatis.
- trigyna. 7. C. fol. ovato-oblongis, racemo laxo, pistillo tri-
fido. *Mant. 212. Jacq. hort. v. 3. t. 15. M.*
- lanata. 8. C. fol. lanceolatis tomentosis obtusis, spicis con-
fertis, straminibus lanatis. — *Jacq. hort.
v. 3. t. 85. M.*
- Gnaphaloi-
des. 9. C. fruticosa lanata, folis oppositis ovatis sub-
tus albis, capitulo globoso pedunculato. *Suppl.
p. 161.*
- nodiflora. 10. C. fol. cuneiformibus acutiusculis, spic. globo-
sis lateralibus. — *Jacq. hort. v. 1. t. 98. M.*
- procum-
bens. 11. C. caulibus decumbentibus pedunculis longissimis
aphyllis, spicis ovatis approximatis, capsulis
compressis cristato-alatis. *Murr. in comment.
gott. 1782. p. 16. t. 5. Celosia procumbens,
caule hirsuto procumbente, fol. oblongis in
petiolum attenuatis, spiculis oblongis subpa-
niculatis. Jacq. in Litt. Misc. austr. vol. 2.
p. 344. Icon. rar. M.*

.. CHENOLEA. *Cal.* 1-phyllus; globosus. *Caps.* 1-sperma,
1-valvis. *Cal.* 5-fidus. *Thunb. nov.
gen. pl. p. 9. M.*

diffusa. I. CHENOLEA. *Thunb. l. c. p. 10. M.*

290. ILLECEBRUM. *Cal.* 5-phyllus, cartilagineus.
298. *Cor.* nulla. *Stigm.* simplex.
Caps. 5-valvis, mono-
sperma.

brachiatum. I. I. caule erecto herbaceo brachiato, foliis oppo-
sitis laevibus. *Mant. 213. Achyranthes bra-
chiata. Mant. 50. Amaranthus indor. bliti folio
transparenti, paniculis inter folia sparsis.
Pluk. alm. 11. t. 334. f. 5.*

- sanguinolentum*. 2. I. frutescens, fol. oppositis, spicis compositis congestis. *Achyranthes sanguinolenta*. *Sp. pl.* 294. *Caulis saepius prostratus, ramosissimus. Spicae confertae, sessiles, alternae, laxae, tomentosae. Calyx viridis, pubescens. Antherae luteae. Pistillum purpureum. Folia utrinque rubra, supra obscuriora.*
- canariense*. 3. I. fruticosum, fol. ellipticis acutis, stipulis bracteisque ovatis brevioribus, paniculis terminalibus dichotomis. *Suppl. p. 161.*
- lanatum*. 4. I. caule subherbaceo erecto, flor. lateralibus, fol. alternis. *Achyranthes lanata. Spec. plant.* 296. *Caulis rigidus, subpiosus, basi tantum ramosus. Folia petiolata, integerrima, acutiuscula, nuda, subtus pubescentia. Pedunculi laterales, brevissimi; spicis 3. f. 4, sessilibus, inaequalibus cum folio'o. Stamina 5, basi connexa mediante corona 5-dentata. Semen unum, reniforme. (Pluk. t. 57. lege 75.)*
- javanicum*. 5. I. caule herbaceo erecto albo tomentoso, fol. alternis. *Iresine javanica. Burm. ind.* 212. t. 65. f. 2. *Amaranthus albus gangeticus, salviae angustis foliis, panicula conglomerata. Pluk. alm. 26. t. 10. f. 1. Folia Mercurialis tomentosae, obovato-lanceolata, ut caulis, albotomentosa, supra cinerea. Spicae terminales, approximatae. Calyx hyalinus, viridi carinatus. Germen globosum. Stigmata 2, rubra.*
- Monsoniae*. 6. I. spicis terminalibus, caulibus prostratis, foliis subulatis. *Suppl. p. 161.*
- verticillatum*. 7. I. flor. verticillatis nudis, caul. procumbentibus. *Fl. dan. t. 335.*
- suffruticosum*. 8. I. flor. lateralibus solitariis, caul. suffruticosis.
- cymosum*. 9. I. spic. cymosis secundis caul. diffuso. *Morif. hist. 2. f. 5. t. 29. f. Ger. prov. 337.*
- Paronychia*. 10. I. flor. bracteis nitidis obvallatis, caulibus procumbentibus, fol. laevibus.
- capitatum*. 11. I. flor. bracteis nitidis occultantibus capitula terminalia, caulibus erectiusculis, fol. ciliatis, subtus villosis.
- benghalense*. 12. I. caule erecto herbaceo, fol. alternis oppositisque lanceolatis pubescentibus. *Mant. 213.*

- arabicum.* 13. I. flor. sparsis congestis, bracteis nitidis aequantibus, caul. procumbentibus. *Mant.* 51.
- Achyrantha.* 14. I. caul. repentibus pilosis, fol. ovatis mucronatis opposito minore, capit. subglobosis subspinosis.
- poligonoides.* 15. I. caul. repentibus hirtis, fol. lato-lanceolatis petiolatis, capitul. orbiculatis nudis. *Mant.* 345. (*prod. lege parad.*)
- ficoideum.* 16. I. caul. repentibus glabris, fol. lato-lanceolatis petiolatis, capitul. orbiculatis pubescentibus. *Nectarium radiis 5, apice laceris.* *Jacq. hist.* 80. t. 60. f. 4. — *Amer. pil.* p. 43. t. 90. M.
- sessile.* 17. I. caul. repentibus bisarie tomentosus, fol. lanceolatis sessilibus, capit. oblongis glabris. *Mant.* 345. — *Olus squillarum.* *Rumph. amb.* 6. p. 37. t. 15. f. 1.
- vermiculatum.* 18. I. caul. repentibus glabris, fol. subteretibus carnosis, capit. oblongis glabris terminalibus.
- alsinifolium.* 19. I. caul. diffusis, fol. ovatis, flor. congestis, bracteis nitidis. *Mant.* 51.

291. GLAUX. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* nulla. *Caps.* 1-301. *locularis, 5-valvis, 5-sperma.*

maritima. I. GLAUX. *Fl. dan.* t. 548.

292. THESIUM. *Cal.* 1-phyllus, cui stamina inserta 301. *Sem.* 1, inferum.

Linophyllum. I. T. panícula foliacea, foliis linearibus.

alpinum. 2. T. racemo foliato, fol. linearibus. *Jacq. vind.* 215. — *Jacq. Fl. austr.* v. 5. t. 416. M. *Ger. prov.* 442. t. 17. f. 1. *Caulis procumbens. Flores 4-fidi.*

Frisea. 3. T. flor. subspicatis secundis ciliato-lanatis, fol. subulatis. *Mant.* 213.

spicatum. 4. T. flor. spicatis laevibus, fol. subulatis brevissimis remotissimis. *Mant.* 214.

capitatum. 5. T. flor. capitatis sessilibus terminalibus, fol. triquetris laevibus, bracteis ovatis.

strictum. 6. T. flor. umbellatis, fol. linearibus decurrentibus. *Berg. cap.* 73. *Mant.* 214.

umbellatum. 7. T. flor. umbellatis, fol. oblongis.

scabrum. 8. T. capitulis pedunculatis, fol. triquetris margine carinaque scaberrimis.

- paniculatum.* 9. T. totum paniculatum. *Mant.* 51.
- amplexicaule.* 10. T. flor. subspicatis secundis ciliato-lanatis. *Mant.* 213.
- euphorbioides.* 11. T. pedunc. trifloris terminalibus, fol. subovatis carnosiss. *Berg. cap.* 74. Planta africana arboreascens, portulacae foliis. *Pluk. amalth.* 173.
- Colpoosum.* 12. F. foliis oppositis petiolatis obovatis planis integerrimis, corymbo terminali aphylo. *Suppl.* p. 161. *Fusanus compressus. Syst. ed.* 13. p. 161.
- spinosum.* 13. T. fol. subulatis mucronatis, floribus axillaribus solitariis. *Suppl.* p. 161.
- triflorum.* 14. T. fol. lanceolatis, caule angulato, pedunculis axillaribus trichotomis compositis. *Suppl.* p. 162.
- fragile.* 15. T. fol. ovato-triquetris carinatis decurrentibus, caule angulato, flor. axillaribus sessilibus. *Suppl.* p. 162.
- squarrosum.* 16. T. fol. lineari-subulatis recurvato-reflexis, caule tereti, flor. axillaribus sessilibus. *Suppl.* p. 162.
- lineatum.* 17. T. fol. linearibus, caule tereti angulato inferne aphylo, ramis rectis divaricatis, flor. axillaribus pedunculatis. *Suppl.* p. 162.

293. RAUVOLFIA. Contorta. *) *Bacca succulenta, disperma.*

- nitida.* 1. R. glaberrima nitidissima. — *Jacq. amer. pict.* p. 28. M.
- canescens.* 2. R. subpubescens. *Jacq. amer.* 47. — *Ed.* 2. *pict. t.* 259. f. 17. *quoad florem* M.
- tomentosa.* 3. R. tomentosa. *Jacq. obs.* 2. t. 35. — *Americ. pict.* p. 29. t. 46. M.

1252. PAEDERIA. Contorta. *Bacca vacua, fragilis, disperma. Stylus 2-fidus.*

- foetida.* 1. PAEDERIA. *Mant.* 52.

1251.

*) Pleraque genera contortarum hic significata non monogyna, sed digyna, agnoscit Friis Rottböll (*Progr. Botanikens udstrakte Nytte*, p. 40.). ob stylos binos, stigmatibus communi iunctis. M.

1251. CARISSA Contorta. Baccae 2, polyspermae.

- Carandas.* 1. C. foliis ellipticis obtusis. *Mant.* 52. Echites spinosa. *Burm. ind.* 69. Lycium malabaricum, subrotundis pyrrolae densifloribus foliis. *Pluk. alm.* 235. t. 305. sed corolla non quadrifida.
spinarum. 2. C. fol. ovaris acutis. *Mant.* 539. Spina spinarum. *Rumph. amb.* 7. p. 76. t. 19. f. 1.

294. CERBERA. Contorta. Drupa monosperma.

302.

- Ahovaj.* 1. C. foliis ovatis.
Manghas. 2. C. fol. lanceolatis: nervis transversalibus. *Pet. gaz.* t. 16. f. 4.
Thevetia. 3. C. fol. linearibus longissimis confertis. — *Jacq. amer. pict.* p. 29. t. 47. M.

296. GARDENIA. Contorta. Bacca infera 2-f. 4-locularis, polysperma. Cor. 1-petala. Antherae tubo corollae absque filamentis insertae — *Suppl.* p. 23. Cfr. *Thunb. Diss. de Gardenia.* p. 11.

305.

* *Inermes.*

- radicans.* 1. G. inermis, corollis obtusis, calyce angulato, foliis ellipticis, caule radicante. *Thunb. loc. cit. n. 1. t. 1. fig. 1. Japon. mspt.* Kutsjinas alterna. *Kämpf. amom.* p. 808. M.
florida. 2. G. inermis, corollis obtusis, calyce angulato, foliis ovatis acutis. *Thunb. diss. cit. n. 2. M.* Gardenia florida. *Syst. ed. 13. p. 208. Suppl. p. 163.* Jasminum ramo unifloro pleno petalis coriaceis. *Ehret. pict. t. 15. optime. N. Act. nat. cur. 1761. p. 333. tab. 8. Praestantissimus flos adonidum certans cum Nervi evalam* Vide *Mant.* 346.
Thunbergia. 3. G. inermis, corollis obtusis, calyce tereti, foliis ovatis acutis. *Thunb. Diss. cit. n. 3. t. 2. f. 6. quoad fructum Thunbergia capensis. Montin in act. Stockholm. 1773. p. 288. t. 11. Gardenia Thunbergia. Suppl. p. 162.*
gummifera. 4. G. inermis, corollis obtusis, calyce hirto, foliis oblongis obtusis. *Thunb. loc. cit. n. 4 tab. 2. fig. 3. Gardenia gummifera. Suppl. 164. M. Mus-*

Mussaenda. 5. *G. inermis*, corollis acutis, calyce hirsuto, foliis ovatis acutis. *Thunb. Diss. cit. n. 5.* *Mussaenda formosa. Syst. ed. 13. p. 182. Jacq. amer. pict. p. 38. t. 70.* *Gardenia Mussaenda. Suppl. p. 163. M.*

Rothmannia. 6. *G. inermis*, corollis acutis subcampanulatis, calyce glabro, foliis oblongis acutis. *Thunb. loc. cit. n. 6.* *Rothmannia capensis. Thunb. in act. Stockholm. 1776. p. 65. t. 2.* *Gardenia Rothmannia. Suppl. p. 165. M.*

** *Spinosae.*

spinosa. 7. *G. spinosa*, floribus sessilibus hirsutis. *Thunb. loc. cit. n. 7. t. 2. f. 4.* *Gardenia spinosa. Suppl. p. 164. M.*

micranthus. 8. *G. spinosa*, floribus sessilibus glabris. *Thunb. loc. cit. n. 8. t. 1. f. 2. M.*

scandens. 9. *G. spinosa*, scandens, floribus pedunculatis. *Thunb. loc. cit. n. 9. t. 2. f. 5. M.*

1295. ALLAMANDA. Contorta. *Capf. lentiformis*, erecta, echinata, 1-ocularis, bivalvis, polysperma.

cathartica. I. ALLAMANDA. *Ment. 214.* *Echinus scandens lactescens*, flore maximo lunato. *Barrer. aequin. 48. Conf. Suppl. p. 165.*

295. VINCA. Contorta. *Folliculi 2*, erecti. *Semina nuda.*

minor. 1. *V. caulis procumbentibus*, foliis lanceolato-ovatis, flor. pedunculatis.

major. 2. *V. caulis erectis*, fol. ovatis, flor. pedunculatis. *Varietas praecedentis.*

lutea. 3. *V. caule volubili*, fol. oblongis.

rosea. 4. *V. caule frutescente erecto*, foliis ovato-oblongis, petiolis basi bidentatis, flor. geminis sessilibus.

pusilla. 5. *V. caule herbaceo*, flor. geminis pedunculatis. *Suppl. p. 166.* *Vinca pusilla*, caule herbaceo erecto quadrangulati, foliis lanceolatis, floribus geminis solitariisque pedunculatis. *Murr. in comm. gott. 1772. p. 66. t. 2. f. 1.* -- *Vinca parviflora*, caule herbaceo erecto, foliis lanceolatis, floribus geminis involucriatis. *Retz. Obs. bot. Fasc. 2. n. 33. M.*

297. NERIUM. Contorta. *Folliculi* 2, erecti. *Sem.* plumosa. *Cor.* tubus terminatus coronalacera.

305.

Oleander. 1. N. foliis lineari-lanceolatis ternis, corollis coronatis. — *Mill. illustr. ic.* M. β , Nerium indicum angustifolium. floribus odoratis simplicibus. *Herm. lugdb.* 447. γ , Nerium indicum latifolium, floribus plenis. *Herm. lugdb.* 447. t. 449. *Elegans flos adonidum varietate constanti, introductus in Europam a Bewrningio.*

zeulanicum. 2. N. fol. lanceolatis oppositis, ramis rectis.

divaricatum. 3. N. fol. lanceolato-ovatis, ramis divaricatis.

antidyfente-ricum. 4. N. fol. ovatis acuminatis petiolatis. Nerium indicum siliquis angustis erectis longissimis. *Burm. Zeyl.* 167. t. 77.

299. ECHITES. Contorta. *Folliculi* 2, longi, recti. *Sem.* papposa. *Cor.* infundibuliformis, fauce nuda.

367.

biflora. 1. E. pedunculis bifloris. — *Jacq. amer. pict.* p. 21. t. 28. M.

5-angularis. 2. E. pedunc. racemosis, fol. ovatis acuminatis. — *melius acutis Jacq. amer. pict.* p. 22. t. 32. M.

suberecta. 3. E. pedunc. racemosis, fol. subovatis obtusis mucronatis. — *Jacq. amer. pict.* p. 22. t. 33. M. *Corollae tubus hirsutus.*

agglutinata. 4. E. pedunc. racemosis, fol. ovatis emarginatis acuminatis. — *melius emarginatis cum acumine. Jacq. amer. pict.* p. 21. t. 30. M.

torulosa. 5. E. pedunc. subracemosis, fol. lanceolatis acuminatis. — *Jacq. amer. pict.* p. 22. t. 34. M.

umbellata. 6. E. pedunc. umbellatis, fol. ovatis obtusis mucronatis, caule volubili. — *Jacq. amer. pict.* p. 21. t. 29. M.

trifida. 7. E. pedunc. trifidis multifloris, fol. ovato-oblongis acuminatis. — *Jacq. amer. pict.* p. 22. t. 31. M.

repens. 8. E. pedunculis multifloris divisis, fol. lanceolato-oblongis. *Jacq. amer. pict.* p. 22. t. 35. M.

corymbosa. 9. E. racem. corymbosis, stam. eminentibus, fol. lanceolato-ovatis. — *Jacq. amer. pict.* p. 23. t. 37. M.

spicata.

- spicata.* 10. E. spicis axillaribus brevibus, stam. eminentibus, fol. subovatis. — *Jacq. amer. pict. p. 22. t. 36. M.*
- caudata.* 11. E. coroll. infundibuliformibus: apicibus linearibus longissimis. *Mant. 52. Burm. ind. 68. t. 26. rectius*
- scholaris.* 12. E. fol. subverticillatis oblongis, folliculis filiformibus longissimis, umbellis compositis. *Mant. 53. Folia subverticillata, nec ut Tabernaem. alternifolia.*
- annularis.* 13. E. caule volubili, corollis hypocrateriformibus, tubo annulo elevato. *Suppl. p. 166.*
- siphilitica.* 14. E. fol. ovatis subpetiolatis glaberrimis costatis, paniculis dichotomis, floribus spicatis. *Suppl. p. 167*
- succulenta.* 15. E. aculeis binis extrafoliaceis, fol. linearibus subtus tomentosis, corollis infundibuliformibus. *Suppl. p. 167.*
- bispinosa.* 16. E. aculeis binis extrafoliaceis, fol. lanceolatis glabris, corollis hypocrateriformibus. *Suppl. p. 167.*

298. PLUMERIA. Contorta. *Folliculi 2, reflexi. Semina* membranae propriae inserta.

- rubra.* 1. P. foliis ovato oblongis, petiolis biglandulosis. *Jacq. amer. 35 — Ed. 2. pict. p. 23. M.*
- alba.* 2. P. fol. lanceolatis revolutis, pedunculis superne tuberosis. *Jacq. amer. t. 174. — Ed. 2. pict. p. 23. t. 38. M.*
- obtusa.* 3. P. fol. lanceolatis petiolatis obtusis.
- pudica.* 4. P. floribus limbo clausis. *Jacq. amer. 37 — Ed. 2. pict. p. 24. M. Corollae clausae (ut Hibisci Malvavisci), flavescens odoratissima.*

300. CAMERARIA. Contorta. *Folliculi 2, horizontales. Sem. membranae propriae* inserta.

- peregrinum.* 6. L. umbellae primariae involucreo subnullo; lateralium basi membranaceo: radiis subramosis. Petroselinum hortense latifolium. — Jacq. hort. v. 3. t. 18. M. Bauh. pin. 153. Apium hortense magnum, petroselini sapore. Bauh. hist. 3. p. 99. Simile Petroselino etiam sapore et odore, sed crassiora rigidioraque omnia.
- balearicum.* 7. L. fol. pinnatis: foliolis infimis auctis foliolo. Mant. 218. Generis dubii, cum semina non mihi perfecit.

347. ANGELICA. *Fructus* subrotundus, angulatus, solidus, stylis reflexis. *Corollae* aequales: petalis incurvis.

360.

- Archangelica 1. A. foliorum impari lobato. *Fl. dan. t. 206.*
Sylvestris. 2. A. foliolis aequalibus ovato-lanceolatis ferratis.
verticillaris. 3. A. fol. divaricatissimis: foliolis ovatis ferratis, caule pedunculis verticillato. *Mant. 217. 561. — Jacq. hort. t. 130. M.*
atropurpurea. 4. A. foliorum extimo pari coadunato; folio terminali petiolato. *Mant. 354.*
lucida. 5. A. foliol. aequalibus ovatis inciso-ferratis. — *Jacq. hort. v. 3. t. 24. M.*

348. SIUM. *Fructus* subovatus, striatus. *Involucrum* polyphyllum. *Petala* cordata.

361.

- latifolium. 1. S. foliis pinnatis, umbella terminali. *Fl. dan. t. 246. (Exclusa varietate β).* — *Sium angustifolium Jacq. Fl. austr. t. 67. M.*
angustifolium. 2. S. fol. pinnatis, umbellis axillaribus pedunculatis, involucreo universali pinnatifido. *Sp. pl. 1672.* — *Sium latifolium. Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 66 M. Sium Berula. Gouan. monsp. 218. Foliorum pinnarum par secundum ita distat a primo; ut deficere videatur. Umbellae oppositifoliae G.*
nodiflorum. 3. S. fol. pinnatis, umbell. axillaribus sessilibus.
Sisarum. 4. S. fol. pinnatis: floralibus ternatis.
Ninfi. 5. S. fol. pinnatis ferratis: rameis ternatis.
rigidius. 6. S. fol. pinnatis: foliolis lanceolatis subintegerimis.
japonicum. 7. S. fol. pinnatis: foliolis incis, umbellis terminalibus. *Thunb. jap. msp. M.*
Falcaria. 8. S. foliol. linearibus decurrentibus connatis. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 257. M.*
graccum. 9. S. fol. omnibus bipinnatis.
siculum. 10. S. fol. radicalibus ternatis; caulibus bipinnatis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 133. M.*
repens. 11. S. caule repente, foliolis subrotundis dentato-angulatis. *Suppl. p. 181. Sium repens caule repente. Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 3. t. 260. M.*

decumbens. 12. S. fol. bipinnatis, caule decumbente. *Thunb. japon. mspt.* M.

349. SISON. *Fructus* ovatus, striatus. *Involucr.* sub 4-phylla.

362.

Anomum. 1. S. foliis pinnatis, umbellis erectis. *Mant.* 355. — *Jacq. hort. v. 3 t. 17.* M.

segetum. 2. S. fol. pinnatis, umbellis cernuis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 134.* M.

canadense. 3. S. fol. ternatis. *Involucrum universale nullum.*

Amm. 4. S. fol. tripinnatis: radicalibus linearibus; caulinis fetaceis; stipularibus longioribus. — *Jacq. hort. v. 2. t. 200.* M.

inundatum. 5. S. repens, umbellis bifidis. *Fl. dan. t. 89.*

verticillatum. 6. S. foliolis verticillatis capillaribus.

falsum. 7. S. foliis radicalibus compositis: foliolis subverticillato-fasciculatis lanceolatis, caule aphylo ramis umbelliferis dichotomis. *Suppl. p. 181.*

350. BUBON. *Fructus* ovatus, striatus, villosus.

364.

macedonicum. 1. B. foliolis rhombeo-ovatis crenatis, umbellis numerosissimis.

Galbanum. 2. B. foliol. rhombeis dentatis striatis glabris, umbell. paucis. *Mant.* 335. — *Jacq. hort. v. 3. t. 36.* M. *Caulis rore glauco.*

gummiferum. 3. B. foliol. glabris: inferioribus rhombeis serratis; superioribus pinnatifidis tridentatis.

rigidius. 4. B. foliol. linearibus.

351. CUMINUM. *Fructus* ovatus, striatus. *Umbellulae*

365.

4. *Involucra* 4-fida.

Cuminum. 1. CUMINUM. *Riv. pent.*

352. OENANTHE. *Flosculi* difformes: in disco sessiles,

365.

steriles. *Fructus* calyce et pistillo coronatus.

fistulosa. 1. OE. stolonifera, foliis caulinis pinnatis filiformibus fistulosis. — *Fl. dan. t. 846.* M. *Oenanthe aquatica triflora.* *Morif. hist. 3. p. 269. f. 9. t. 7. f. 8.* *Involucrum universale nullum.*

crocata.

erocata. 2. OE. fol. omnia multifidis obtusis subaequalibus. — *Jacq. hort.* . 3. t. 62. M. *Cavilis rufus.* Folia alia pinnata, alia sed saepius bipinnata. Foliola cuneata, incisa, laevia, lineata. Pedunculi angulati, striati. Involucr. universale nullum. Petala alba, inflexa, tamen acuta. Antherae fuscae.

prolifera. 3. OE. umbellarum pedunculis marginalibus longioribus ramosis masculis. — *Jacq. hort. vind.* v. 3. p. 62. M.

globulosa. 4. OE. fructibus globosis.

pimpinelloides. 5. OE. foliol. radicalibus cuneatis fissis; caulinis integris linearibus longissimis simplicibus. — *Jacq. Fl. austr.* v. 4. t. 395. M.

353. PHELLANDRIUM. *Flosculi* disci minores. *Fructus* ovatus, laevis, coronatus perianthio et pistillo.

366.

aquaticum. 1. P. foliorum ramificationibus divaricatis.

Mutellina. 2. P. caule subnudo, foliis pinnatis. *Jacq. vind.* 223. — *Fl. austr.* v. 1. t. 56. M.

354. CICUTA. *Fructus* subovatus, fulcatus.

366.

virosa. 1. C. umbellis oppositifoliis, petiol. marginatis obtusis. *Mant.* 355. *Fl. dan.* t. 208.

bulbifera. 2. C. ramis bulbiferis.

maculata. 3. C. foliorum serraturis mucronatis, petiol. membranaceis apice bilobis. Myrrha. *Mitch. gen.* 18.

355. AETHUSA. *Involucella* dimidiata, 3-phylla, pendula. *Fructus* striatus.

367.

Cynapium. 1. Æ. foliis conformibus.

Bunius. 2. Æ. fol. radicalibus pinnatis, caulinis multipartito-fetaceis. *Carum Bunius.* *Syst. nat.* 12. p. 733. — *Jacq. hort.* v. 2. t. 198. M. *Daucus petroselinii* v. *coriandri folio.* *Bauh. pin.* 150. *Saxifraga montana minor,* *petroselinii* s. *coriandri folio.* *Morif. hist.* 3. p. 274. f. 9. t. 2. f. 16. *Bunius Dalech. hist.* 774. *Folia Radicalia pinnata: foliolis ovatis, pinnatifidis, incisis, lucidis. Caulina (Carvi) bipinnato-linearis,*

nearia, angustissima. Petioli vaginantes margine involuti. Involucra lateris exterioris, terna saepius, setacea flosculis longiora.

Meum. 3. *Æ.* fol. omnibus multipartito setaceis. Athamanta foliis capillaribus, feminibus glabris striatis. *Sp. plant.* 353. — *Jacq Fl austr.* v. 4. t. 303. M. *Involucrum universale nullum, rarius, monophyllum; Partialia vero lateralia, ut in hoc genere.*

356. CORIANDRUM. *Cor. radiata: Pet. inflexo-emarginata. Involucr universale 1-phyllum: Partialia dimidiata. Fructus sphaericus.*

367.

fativum. 1. C. fructibus globosis.
testiculatum. 2. C. fruct. didymis.

357. SCANDIX. *Cor. radiata. Fructus subulatus. Petala emarginata. Flosculi disci saepe masculi.*

368.

odorata. 1. S. feminibus sulcatis angulatis. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. app. t. 37. M.*

Pecten. 2. S. femin. rostro longissimo. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 263. Fl. dan. t. 844. M.*

Cerifolium. 3. S. femin. nitidis ovato-subulatis, umbellis sessilibus lateralibus. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 390. M.*

Anthriscus. 4. S. femin. ovatis hispida, coroll. uniformibus, caule laevi. — *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 154. Fl. dan. t. 863. M.*

australis. 5. S. femin. subulatis hispida, flor. radiatis, caul. laevibus.

nodosa. 6. Semin. subcylindricis hispida, caule hispido: geniculis tumidis. *Mant.* 356. — *Jacq. hort. v. 3. t. 25. M.*

trichosperma. 7. S. femin. hirsutissimis pilis femine duplo longioribus. *Mant.* 57.

insecta. 8. S. femin. exteriore hispido, umbellulis confertissimis hemisphaericis. — *Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 46. M. Caulis erectus, subpedalis (in olla), scaber. Folia S. Cerifolii. Umbella 5 fida. Umbellulae hemisphaericae, confertae. Involucella*

lucella 7 phylla, subulata, non reflexa. Flores subradicati, albi: Flosculi circiter 6, fertiles, reliqui masculi. Stamina flosculis longiora: Antheris purpurulentibus. Semina bina: Exterius semen hispidum spinis articulatis; Interius semen scabrum tantum, uti semina ambo flosculi centralis. Syst. nat. 12. p. 732. a D. Zoega.

- grandiflora.* 9. S. femin. pedunculo villoso brevioribus.
procumbens. 10. S. femin. nitidis ovato-subulatis, fol. decompositis.

358. CHAEROPHYLLUM. *Involucr.* reflexum, concavum. *Petala* inflexo-cordata. *Fructus* oblongus, laevis.

369.

- sylvestre.* 1. C. caule laevi striato, geniculis tumidiusculis. — *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 149. M.*
- bulbosum.* 2. C. caule laevi geniculis tumido, basi hirto. — *Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 63. M.*
- aristatum.* 3. C. caule laevi geniculis tumido, feminibus hirtis biaristatis. *Thunb. jap. mspt. M.*
- temulum.* 4. C. caule scabro: geniculis tumidis. — *Jacq. austr. v. 1. t. 65. M.*
- hirsutum.* 5. C. caule aequali: foliol. incisif acutis, fruct. biaristatis. *Mant. 356. — Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 143. M. Planta pubescens (Folia punctis albis supra serratas. Gouan). Fructus subcylindrici, laeviter striati, terminati aristis 2, distinctis, rectis, apice obtusatis, magis rigidis, quam in C. aromatico. Caulis fistulosus.*
- aromaticum.* 6. C. caule aequali, foliol. serratis integris, fruct. biaristatis. *Mant. 356. — Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 150. M. Caulis petiolique hirti.*
- coloratum.* 7. C. caule aequali. fol. supradecompositis. involucellis coloratis. *Mant. 57. Jacq. hort. t. 41.*
- aureum.* 8. C. caule aequali, foliol. incisif, sem. coloratis sulcatis muticis. *Mant. 356. — Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 64. M. Myrrhis minor. Bauh. pin. 160. Myrrhis perennis alba minor. fol. hirsutis, sem. striato aureo. Moris. hist. 3. p. 130. Planta*

Planta pubescens. Folia supra glabra. Fructus fusiformi-cylindrici. Sem. sulcis 4, obtusis, remotis. Caulis scabrus.

- scabrum.* 9. E. caule aequali, fol. incisus acutis hirtis, pedunculis scabris. *Thunb. jap. mspt. M.*
arborescens. 10. E. fruticosum.

359. IMPERATORIA. *Fructus* subrotundus, compressus, medio gibbus, margine cinctus. *Petala* inflexo-marginata.

371.

Ostruthium. I. IMPERATORIA.

360. SESELI. *Umbellae* globosae. *Involucr.* foliolo uno alterove. *Fructus* ovatus, striatus.

372.

- Pimpinelloides.* 1. S. caule declinato, umbellis nubilibus nutantibus.
montanum. 2. S. petiol. ramiferis membranaceis oblongis integris, fol. caulinis angustissimis. — Seseeli multicaule. *Jacq. hort. v. 2. t. 129. Cfr. v. 3. p. 2. M.*
glaucum. 3. S. petiol. ramiferis membranaceis oblongis integris, foliol. singularibus binatisque canaliculatis laevibus petiolo longioribus. — *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 144. M.* Seseeli petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliolis filiformibus petiolo longioribus. *Ger. prov. 253.*
annuum. 4. S. petiol. rameis membranaceis ventricosis emarginatis. *Jacq. vind. 225. — Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 55. M.*
Annooides. 5. S. fol. radicalibus: foliolis imbricatis. *Jacq. hort. t. 52. Folia Radicalia Millefolii simillima.*
tortuosum. 6. S. caule alto rigido, foliol. linearibus fasciculatis.
Turbith. 7. S. involucro universalis monophyllo, semin. striatis villosis stylatis.
Hippomarathrum. 8. S. involucellis connato-monophyllis. *Jacq. vind. 224. — Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 143. M.* Hippomarathrum. *Hall emend. 115.*
pyrenaicum. 9. S. fol. duplicato-pinnatis: foliolis incisus acutis, involucellis setaceis umbellula longioribus.
saxifragum. 10. S. caule filiformi divaricato, fol. duplicato-ternatis linearibus, umbell. subsexfidis.

T

elatum.

elatum. II. S. caule elongato geniculis callosis, fol. bipinnatis: pinnis linearibus distantibus. *Mant.* 357. Foeniculum sylvestre elatius, ferulae folio longiori. *Vaill. parif.* 54.

361. THAPSIA. *Fructus* oblongus, membrana cinctus.

375.

- villosa. 1. T. foliolis dentatis villosis basi coadunatis.
foetida. 2. T. foliol. multifidis basi angustatis.
Ajacepium. 3. T. fol. digitatis: foliol. bipinnatis fetaceo-multifidis.
 garganica. 4. T. fol. pinnatis: foliolis pinnatifidis: laciniis lanceolatis. *Mant.* 57.
 trifoliata. 5. T. fol. ternatis ovatis. *Semina Selini carvisoliae s. Monnieri, sed involucra nulla.*

362. PASTINACA. *Fructus* ellipticus, compresso-planus. *Petala* involuta, integra.

376.

- lucida. 1. P. foliis simplicibus cordatis lobatis lucidis acute crenatis. *Mant.* 58. — *Jacq. hort. v. 2. t. 199. M.*
fativa. 2. P. fol. simpliciter pinnatis.
Opoponax. 3. P. fol. pinnatis: foliolis basi antica excisis. *Mant.* 357.

363. SMYRNIUM. *Fructus* oblongus, striatus. *Petala* acuminata, carinata.

376.

- perfoliatum. 1. S. foliis caulinis amplexicaulibus.
aegyptiacum. 2. S. fol. floribus binis simplicibus cordatis integerimis. *Cent.* 25.
Olusatrum. 3. S. fol. caulinis ternatis petiolatis ferratis.
aureum. 4. S. fol. pinnatis ferratis: posticis ternatis: floscul. omnibus fertilibus.
integerrimum. 5. S. fol. caulinis duplicato-ternatis integerrimis.

364. ANETHUM. *Fructus* subovatus, compressus, striatus. *Petala* involuta, integra.

377.

- graveolens. 1. A. fructibus compressis.

segetum.

Segetum. 2. A. foliis caulinis tribus, fructibus ovalibus. *Mant.* 219. *Jacq. hort. v. 2. t. 132.* M. Anethum sylvestre minus. *Bauh. pin. 247. prodr. 76.* Foeniculum lusitanicum minus annuum, anethi odore. *Tournef. inst. 312.*

Foeniculum. 3. A. fructibus ovatis. — *Mill. illustr. ic. M.*

365. CARUM. *Fructus* ovato-oblongus, striatus. *Involucr.* 1-phyllum. *Petala* carinata, inflexo-emarginata.

Carvi. 1. CARUM. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 393.* M.

366. PIMPINELLA. *Fructus* ovato-oblongus. *Petala* inflexa. *Stigm.* subglobosa.

Saxifraga. 1. P. foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis; summis linearibus. (*Exclusis variet. γ. δ. ε.*) — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 395. Fl. dan. t. 669.* M.

magna. 2. P. foliolis omnibus lobatis: impari trilobo. *Mant.* 219. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 396.* M. Pimpinella foliis pinnatis: foliolis lanceolatis serratis acutis. *Ger. prov. 255.* Pimpinella foliis cordatis: impari trilobo. *Huds. angl. 110.* Pimpinella saxifraga major, umbella candida. *Bauh. pin. 159.* (*Distinguenda a P. Saxifraga.*) — *Hujus sine dubio varietas est Pimpinella orientalis Gouani illustr. p. 51. t. 15. it. Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 397.* M.

glauca. 3. P. fol. supradecompositis, caule angulato ramosissimo.

peregrina. 4. P. fol. radicalibus pinnatis crenatis: summis cuneiformibus incis, umbell. nubilibus nuntantibus. — *Jacq. hort. v. 2. t. 131.* M.

Anisum. 5. P. fol. radicalibus trifidis incis. *Involucella depauperata.*

dichotoma. 6. P. pedunc. oppositifoliis, fol. floriferis bitrifidis, petiol. alato-membranaceis. *Mant.* 58.

dioica. 7. P. pumila, umbellis numerosissimis compositis simplicibusque. *Jacq. vind 227.* Pimpinella pumila *Jacq. Fl. austr. t. 28. Mant. 357.* Sefeli pumilum, montanum *Clus. hist. 2. p. 200. Mus et Hermaphrodita.*

1378. *CUSSONIA*. *Petala* trigona. *Margo receptaculi* dilatatus in calycem 5-dentatum. *Suppl. p. 25*. — Cfr. *Thunb. in nov. act. Ups. v. 3. p. 21. it. Diff. Ei. nov. gen. pl. p. 10. M.*

thyrsiflora. 1. C. foliis digitatis: foliolis sessilibus cuneiformibus truncatis tridentatis, floribus racemosis. *Suppl. p. 182*. — *Cussonia thyrsiflora*, foliis quinatis, foliolis simplicibus ternatisque, cuneatis apice dentatis. *Thunb. act. ups. l. c. p. 212. t. 12. M.*

spicata. 2. C. fol. digitatis: foliolis petiolellatis spathulatis: ligula tri-f. quinquepalmata argute ferrata, floribus spicatis. *Suppl. p. 182*. — *Cussonia spicata*, foliis septenis: foliolis simplicibus ternatisque lanceolatis apice ferratis. *Thunb. act. cit. p. 212. t. 13. M.*

367. *APIUM*. *Fructus* ovatus, striatus. *Involucr.* 1-phyllum. *Petala* aequalia.

Petroselinum. 1. A. foliis caulinis linearibus, involucellis minutis.

graveolens. 2. A. fol. caulinis cuneiformibus. — *Fl. dan. t. 790. M.*

368. *AEGOPODIUM*. *Fructus* ovato-oblongus, striatus.

Podagraria. 1. Æ. foliis caulinis summis ternatis. *Fl. dan. t. 670.*

T R I G Y N I A.

1379. *SEMECARPUS*. *Cor.* 5-petala. *Drupa* cordata, cellulosa, 1-sperma. *Suppl. p. 25.*

Anacardium. 1. *SEMECARPUS*. *Arbor praeferat verum Anacardium officinarum*. *Suppl. p. 182.*

369. *RHUS*. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Bacca* 1-sperma.

Coriaria. 1. R. foliis pinnatis obtusiuscule ferratis ovalibus, subtus villosis.

- typhinum. 2. R. fol. pinnatis argute ferratis lanceolatis, subtus tomentosis. *Cent* 139.
- javanicum. 3. R. fol. pinnatis ovatis acuminatis ferratis, subtus tomentosis.
- glabrum. 4. R. fol. pinnatis ferratis lanceolatis, utrinque nudis.
- Vernix. 5. R. fol. pinnatis integerrimis annuis opacis. petiolo integro aequali (*Excluso synonymo Kaempferi*). *Dioicum. diversum a Vernice officinali.*
- succedaneum. 6. R. fol. pinnatis integerrimis perennantibus lucidis: petiolo integro aequali. *Mant.* 221. Arbor vernicifera spuria sylvestris angustifolia. *Kaempfer amoen.* 794. t. 795.
- copallinum. 7. R. fol. pinnatis integerrimis, petiolo membranaceo articulado.
- semialatum. 8. R. fol. pinnatis ferratis petioli extimis internodiis membranaceis. *Murr. in comm. gott.* 1784. c. tab. M.
- Metopium. 9. R. fol. pinnatis quinatis integerrimis subrotundis glabris.
- pauciflorum. 10. R. fol. pinnatis: foliolis alternis decurrentibus cuneiformibus apice ferratis, panicula sessili pauciflora. *Suppl.* p. 183.
- digitatum. 11. R. fol. pinnatis: foliolis oblongis integerrimis glaberrimis, caule scandente. *Suppl.* p. 184.
- radicans. 12. R. fol. ternatis: foliolis petiolatis ovatis nudis integerrimis, caule radicante. *Dioicum.*
- Toxicodendron. 13. R. fol. ternatis: foliol. petiolatis angulatis pubescentibus, caule radicante. *Dioicum.*
- Comnua. 14. R. fol. ternatis; foliol. petiolatis ovatis, subtus tomentosis, remotissime ferratis.
- Cobbe. 15. R. fol. ternatis: foliolis ovatis acuminatis ferratis, pedunc. tomentosis.
- tomentosum. 16. R. fol. ternatis: foliol. subpetiolatis rhombeis angulatis, subtus tomentosis.
- angustifolium. 17. R. fol. ternatis: foliol. petiolatis lineari-lanceolatis integerrimis, subtus tomentosis.
- laevigatum. 18. R. fol. ternatis: foliol. sessilibus lanceolatis laevibus. *Sp. pl.* 1672.
- lucidum. 19. R. fol. ternatis: foliol. sessilibus cuneiformibus laevibus.
- villosum. 20. R. fol. ternatis: foliolis sessilibus ovatis integris pubescenti-villosis, caule pubescente. *Suppl.* p. 183.

- incisum.* 21. R. fol. ternatis: foliolis sessilibus cuneiformibus inciso-pinnatifidis subtus tomentosis venosis, calycibus tomentosis. *Suppl.* p. 183.
- cuneifolium.* 22. R. fol. ternatis: foliolis sessilibus cuneiformibus glaberrimis septemdentatis: dentibus mucronatis. *Suppl.* p. 183.
- lanceum.* 23. R. fol. ternatis: foliolis lanceolato-subulatis elongatis utrinque glaberrimis. *Suppl.* p. 184.
- cirrhiflorum.* 24. R. fol. ternatis: foliolis integerrimis glabris, caule scandente. *Suppl.* p. 184.
- tridentatum.* 25. R. fol. ternatis: foliolis incanis ferratis, ferraturis tribus ad quinque, caule scandente. *Suppl.* p. 184.
- Cotinus.* 26. R. foliis simplicibus obovatis. — *Jacq. Fl. austr.* v. 3. t. 210. M.
370. VIBURNUM. Cal. 5-partitus, superus. Cor. 5-fida. *Bacca* 1-sperma.
- 383.
- Tinus.* 1. V. foliis integerrimis ovatis: ramificationibus venarum subtus villoso-glandulosis.
- Tinoides.* 2. V. fol. ellipticis glabris integerrimis, ramis cymisque teretibus hirsutis. *Suppl.* p. 184.
- scandens.* 3. V. fol. oblongis ferratis, caule scandente, cymis terminalibus: radiis terminatis flore maximo. *Suppl.* p. 184.
- virens.* 4. V. fol. oblongis acuminatis apice ferratis glabris, ramis scandentibus. *Thunb. japon. mspt.* M. *Nonne eadem cum V. scandente?*
- ferratum.* 5. V. fol. oblongis ferratis basi integris subtus palididis. *Thunb. jap. mspt.* M.
- nudum.* 6. V. fol. integerrimis lanceolato-ovatis. *Mill. ic.* 183. t. 274.
- prunifolium.* 7. V. fol. subrotundis crenato-ferratis glabris.
- dentatum.* 8. V. fol. ovatis dentato-ferratis plicatis. *Jacq. hort.* t. 36.
- Lantana.* 9. V. fol. cordatis ferratis venosis, subtus tomentosis. — *Jacq. Fl. austr.* v. 4. t. 341. M.
- acerifolium.* 10. V. fol. lobatis, petiolis laevibus.
- Opulus.* 11. V. fol. lobatis, petiolis glandulosis: — *Fl. dan.* t. 661. M.
- Lentago.* 12. V. fol. ovatis ferrulatis acuminatis glabris, petiol. marginatis undulatis. *Rami deflexi s. propendentes, petioli marginibus undulati.*
- tomen-

- tomentosum*. 13. V. fol. ovatis acuminatis ferratis venosis subtus tomentosis, umbellis lateralibus. *Thunb. jap. mspt.* M.
- erosum*. 14. V. fol. ovatis acuminatis, petiolis tomentosis. *Thunb. loc. cit.* M.
- hirtum*. 15. V. fol. ovatis ferratis villosis, petiolis hirtis. *Thunb. l. c.* M.
- dilatatum*. 16. V. fol. obovatis acuminatis inaequaliter dentatis villosis. *Thunb. l. c.* M.
- macrophyllum*. 17. V. fol. obovatis acuminatis dentatis glabris. *Thunb. l. c.* M.
- cuspidatum*. 18. V. fol. ovatis cuspidatis ferratis villosis. *Thunb. l. cit.* M.
- Cassinoides*. 19. V. fol. ovatis crenatis glabris, petiolis carinatis glandulatis.

371. CASSINE. *Cal.* 5 - partitus. *Petala* 5. *Bacca* 3 - sperma.

384.

- capensis*. 1. C. foliis petiolatis ovato-oblongis retusis crenatis. *Suppl. p. 184.* Cassine capensis. *Syst. ed. 13. p. 243.* *Mant.* 220. Cassine barbara *Syst. ed. 13. p. 243.* Evonymus Colpoon. *Syst. ed. 13. p. 198.* Flores interdum quadrifidi et quinquesfidi.
- Peragua*. 2. C. fol. petiolatis ferratis ellipticis acutiusculis, ramulis ancipitibus. *Mant.* 220. Cassine foliis ovato-lanceolatis ferratis, floribus corymbosis axillaribus. *Mill. ic. 83. f. 1.* Cassine verae perquam similis arbuscula, foliis antagonistis. *Pluk. Mant.* 46.

Maurocena. 3. C. fol. sessilibus integerrimis obovatis coriaceis.

372. SAMBUCUS. *Cal.* 5 - partitus. *Cor.* 5 - fida. *Bacca* 3 - sperma.

385.

- Ebulus*. 1. S. cymis tripartitis, stipulis foliaceis, caule herbaceo.
- japonica*. 2. S. cymis tripartitis, stipulis nullis, caule fruticoso. *Thunb. jap. mspt.* M.
- canadensis*. 3. S. cymis quinquepartitis, fol. subbipinnatis, caule frutescente.
- nigra*. 4. S. cymis quinquepartitis, fol. pinnatis, foliolis subovatis ferratis, caule arboreo. M. Sambucus nigra, cymis quinquepartitis caule arboreo. *Syst. ed. 13. p. 244.* *Fl. dan. t. 545.*

laciniata. 5. *S. cymis quinquepartitis, fol. bipinnatis, pinnis ternatis, foliolis lanceolatis incis. (addo M) caule arboreo* Retz. *obs. bot. fasc. 3. p. 30.*
Sambucus laciniata. Mill. Dist. Var. γ Sambuci nigrae. Spec. pl. 386.

racemosa. 6. *S. racemis compolitis ovatis, caule arboreo.*

373. SPATHELIA. *Cal. 5-phyllus. Petala 5. Capsf. 3-gona, 3-ocularis. Sem. folitaria.*
 386.

simplex. I. SPATHELIA.

374. STAPHYLEA. *Cal. 5-partitus. Petala 5. Capsf. inflatae, connatae. Sem. 2, globosa cum cicatrice.*
 386.

pinnata. 1. *S. foliis pinnatis.*

trifolia. 2. *S. fol. ternatis.*

375. TAMARIX. *Cal. 5-partitus. Petala 5. Capsf. 1-ocularis, 3-valvis. Semina papposa.*
 386.

gallica. 1. *T. floribus pentandris. Mill. ic. t. 262. f. 1.*

germanica. 2. *T. flor. decandris. Mill. ic. t. 262. f. 2. Fl. dan. t. 234.*

3299. XYLOPHYLLA. *Cal. 5-partitus, coloratus. Cor. o. Stigmata lacera. Capsf. 3-ocularis. Sem. gemina.*

tongifolia. 1. *X. foliis linearibus, ramis tetragonis. Mant. 221. Xyphyllus ceramua. Rumph. amb. 7. p. 19 t. 12*

latifolia. 2. *X. fol. lanceolatis, ramis teretibus. Mant. 221. Phyllanthus epiphyllanthus. Sp. plant. 1392. Phyllanthus foliis latioribus utrinque acuminatis apicem versus crenatis. Brown. jam. 188.*

376. TURNERA. *Cal. 5-fidus, infundibulif. exterior 2-phyllus. Petala 5, calyci inserta. Stigmata multifida. Capsf. 1-ocularis, 3-valvis.*
 387.

almifolia. 1. *T. floribus sessilibus petiolaribus, foliis basi biglandulosis. — Jo. Mill. illustr. ic. M.*

β. Co.

B. Corolla minor petalis mucronatis. Bracteae absque glandulis. Folia obtusiora. Antherae sulvae, nec flavae. Mill. ic. t. 268. f. 2.

- Pumilea*. 2. T. flor. sessilibus petiolaribus, fol. eglandulosis. *Calyx Bracteis 2. linearibus. Antherae non ultra faucem calycis elevatae.*
- fidoides*. 3. T. pedunc. axillaribus bifetis, fol. obovato-cuneatis serratis. *Mant. 58.*
- cistoides*. 4. T. pedunc. axillaribus aphyllis, fol. apice serratis. *Bracteae nullae.*
- racemosa*. 5. T. racemis elongatis, terminalibus. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 94. M.*

377. TELEPHIUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, receptaculo inserta. *Caps.* 1-ocularis, 3-valvis.

388.

- Imperati*. 1. T. foliis alternis.
- oppositifolium*. 2. T. fol. oppositis. †

378. CORRIGIOLA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Semen* 1. triquetrum.

388.

litoralis. I. CORRIGIOLA. *Fl. dan. t. 334.*

379. PHARNACEUM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Caps.* 3-ocularis, polysperma.

388.

Cerviana. 1. P. pedunculis subumbellatis lateralibus, folia linearia aequantibus.

Mollugo. 2. P. pedunc. unifloris lateralibus, flor. longitudine foliorum, caule depresso *Mant. 358. 561.* *Mollugo Spergula. Sp. plant. 131. Burm. ind. 3 t. 5. f. 4.* *Alfene erecta pentaphylla, flore albo. Burm. zeyl. 13. t. 7.*

depressum. 3. P. pedunc. unifloris lateralibus, fol. lanceolatis pubescentibus. *Mant. 562.*

serpyllifolium. 4. P. pedunc. unifloris, foliis ovatis. *Suppl p. 186.*

incanum. 5. P. pedunc. communibus longissimis, fol. linearibus, stipulis pilosis. *Suppl. p 186.* *Pharnaceum incanum. Syst. ed. 13. p. 246. Mant. 358.*

distichum. 6. P. racemis bipartitis flexuosis, fol. sublinearibus pubescentibus. *Mant. 221.* *Alfene spergulae facie indiae orient. spicatis floribus ex alis*

- emergentibus. *Pluk. mant. 9. t. 33. f. 4.* *Alfina* holostea villota, foliis caulem ambientibus, multiflora. *Pluk. alm 22. t. 130. f. 6.*
Pist. 1. Caps. 1-locularis, 3-valvis.
- cordifolium.* 7. P. racemis bipartitis terminalibus, fol. obcordatis. Spergula e cap. b. sp. foliis portulacae minoribus stellatis. *Pet. Mus. 478.*
- lineare.* 8. P. umbellis inaequalibus, fol. linearibus, oppositionibus remotis. *Suppl. p. 185.*
- glomeratum.* 9. P. floribus glomeratis, caule flexuoso, foliis linearibus *Suppl. p. 185.*
- quadrangulare.* 10. P. suffruticosum, fol. linearibus quadrifariam imbricatis. *Suppl. p. 185.*
- microphyllum.* II. P. tomentosum; pedunculis umbellatis, fol. quatis teretiusculis obtusis lana intertextis. *Suppl. p. 185.*
- dichotomum.* 12. P. pedunculatis axillaribus elongatis dichotomis, foliis verticillatis linearibus. *Suppl. p. 186.*
- albens.* 13. P. pedunc. communibus longissimis, fol. linearibus exstipulatis. *Suppl. p. 186.*

380. *ALSINE.* *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, aequalia.
 389. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis.

- media.* 1. A. petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. *Fl. dan. t. 525. 438.*
- segetalis.* 2. A. petal. integris, fol. subulatis. *Mant. 359.*
- mucronata.* 3. A. petal. integris brevibus, fol. setaceis, calyc. aristatis. *Mant. 358.*

381. *DRYPIS.* *Cal.* c-dentatus. *Petala* 5. *Caps.* circumscissa, monosperma.
 390.

- spinosa.* I. *DRYPIS.* *Mant. 359.* *Jacq. hort. t. 49.* Rami ultimi floriferi. Pedunculi flore breviores. Calyx semiquinquesidus, erectus. *Petala* alba, angustissima. *patentia.* *Stamina* erecta. *Caules* exaridi revirescunt insequenti vere.

382. *BASELLA.* *Cal.* 0. *Cor.* 7-fida: laciniis 2. oppositis latioribus, tandem baccata.
 390. *Sem.* 1.

- rubra.* I. B. foliis planis, pedunculis simplicibus. *Rumph. amb. 5. t. 154.*

alba.

- alba. 2. B. fol. undatis ovatis, pedunculis simplicibus folio longioribus. *Murasakki Kaempf. amoen. 784.*
lucida. 3. B. fol. subcordatis, pedunculis confertis ramosis.

383. SAROTHTA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala.
 391. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis, colorata.

Gentianoides. I. SAROTHTA.

T E T R A G Y N I A.

384. PARNASSIA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Nectaria* 5, cordata, ciliata apicibus globosis. *Caps.* 4-valvis.
 391.

palustris. I. PARNASSIA. *Fl. dan. t. 584.* — *Mill. illustr. ic. M.*
Scapum nonnihil contorquet.

385. EVOLVULUS. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-fida, rotata. *Caps.* 3-locularis. *Sem.* solitaria.
 391.

- nummularius. 1. E. foliis subrotundis, caule repente, floribus subsessilibus. — *Jacq. amer. pict. t. 260. f. 23. M.*
gangeticus. 2. E. fol. cordatis obtusis mucronatis villosis petiolatis, caul. diffuso, pedunc. unifloris.
alpinoides. 3. E. fol. obcordatis obtusis pilosis petiolatis. caul. diffuso, pedunc. trifloris. *Convolvuli minima species bisnagarica hirsuta, Alines folio. Pluk. alm. 116. t. 9. f. 1.*
emarginatus. 4. E. fol. reniformibus repandis. *Suppl. p. 186.*
linifolius. 5. E. fol. lanceolatis villosis sessilibus, caul. erecto, pedunc. trifloris longis. *Charactere praebuit.*
tridentatus. 6. E. fol. lineari-cuneiformibus tricuspидatis basi dilatata dentatis, pedunc. unifloris. *Burm. ind. t. 16. f. 3. Caulis volubilis est.*

PENTAGYNIA.

386. ARALIA. *Involucr.* umbellulae. *Cal.* 5-dentatus,
392. superus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 5-
sperma.

- arborea.* 1. A. arborea, foliis simplicibus, umbellae univer-
falis radiis uniglandulosis. — *Ipse Jacquin*
adhuc dubitat, an huc trahi possit Aralia ar-
borea Jacq. amer. pict. p. 47. M.
- spinosa.* 2. A. arborescens, caule foliisque aculeata.
- pentaphylla.* 3. A. arborea aculeata, fol. quinatis. *Thunb. japon.*
mspt. M.
- chinensis.* 4. A. (frutescens M.) caule petiolisque aculeatis,
foliolis inermibus villosis.
- japonica.* 5. A. frutescens fol. lobatis. *Thunb. jap. mspt. M.*
- racemosa.* 6. A. caule folioso herbaceo laevi.
- nudicaulis.* 7. A. caule subnudo, herbaceo (M.) foliis binis
ternatis.

1380. COMMERSONIA. *Cal.* 1-phyllus, corollifer. *Pe-*
tala 5. *Nectarium* 5-par-
titum. *Caps.* 5-ocularis,
echinata. *Suppl. p. 26.*

echinata. 1. COMMERSONIA. *Suppl. p. 187.*

388. STATICE. *Cal.* 1-phyllus, integer, plicatus,
394. scariosus. *Petala* 5. *Sem.* 1, su-
perum.

- Armeria.* 1. S. scapo simplici capitato, foliis linearibus.
- Pseud-armeria.* 2. S. (M.) Statice *Armeria major* scapo simplici capi-
tato, fol. longe lanceolatis *Jacq. in Litt. Hort.*
v. 1. p. 16. t. 42. v. 3. p. 1. Statice lusita-
nica, scorzonerae folio. Tourn. instit. 341. In
Syst. ed. 13. p. 248. declaratur Varietas in-
signis S. Armeriae foliis latioribus subincanis.
Mutavi modo nomen triviale, ut simplicius
appareret. M.
- Limonium.* 3. S. scapo paniculato tereti, fol. laevibus ener-
viis, subtus mucronatis. *Fl. dan. t. 315.*
- incana.* 4. S. scapo paniculato, fol. lanceolatis trinerviis
subundulatis apice mucronatis, paniculae ra-
mis triquetris. *Mant. 59. 513.*

cordata,

- cordata*. 5. *S.* scapo paniculato, fol. spathulatis retusis. *An varietas S. Limonii?*
- reticulata*. 6. *S.* scapo paniculato prostrato, ram. sterilibus retroflexis nudis, fol. cuneiformibus muticis.
- echioides*. 7. *S.* scapo paniculato tereti articulato, fol. scabris. *Folia lingulato-cuneiformia, obtusiuscula, non perfecte laevia. Scapi panicula articulata articulis divaricatis subtuberculatis, bifaria; ramulis dichotomis. Calyces parvi, acuti. Petala emarginata, pallide coerulea stria purpurea.*
- speciosa*. 8. *S.* scapo dichotomo ancipiti, fol. ovatis mucronatis, florib. aggregatis.
- tatarica*. 9. *S.* scapo dichotomo, fol. lanceolatis mucronatis, flor. alternis distantibus.
- Echinus*. 10. *S.* scapo paniculato, fol. subulatis mucronatis.
- flexuosa*. 11. *S.* scapo ramoso flexuoso, corymb. terminalibus, fol. nervosis.
- purpurata*. 12. *S.* caule subfoliato, fol. obovato-cuneatis triner- viis mucronatis. *Mant.* 59. *Statice peregrina. Berg. cap. 80.*
- minuta*. 13. *S.* caule suffruticoso folioso, fol. confertis cunea- tis glabris muticis, scapis paucifloris. *Mant.* 59.
- suffruticosa*. 14. *S.* caule fruticoso: superenudo ramoso, capitul. sessilibus, fol. lanceolatis vaginantibus.
- monope-
tala*. 15. *S.* caule fruticoso folioso, flor. solitariis, fol. lanceolatis vaginantibus.
- aurea*. 16. *S.* caule fruticoso folioso ramoso, fol. subulatis.
- ferulacea*. 17. *S.* caule fruticoso ramoso, ramulis imbricatis, pa- leis apice pilo terminatis.
- linifolia*. 18. *S.* caule fruticoso prostrato, floribus paniculatis secundis, fol. linearibus. *Suppl. p. 187.*
- pruinosa*. 19. *S.* caule flexuoso ramoso furfuraceo. *Mant.* 59.
- sinuata*. 20. *S.* caule herbaceo fol. radicalibus alternatim pin- nato-sinuatis: caulinis ternis triquetris subu- latis decurrentibus.
- mucronata*. 21. *S.* caule crispo, fol. ellipticis integris, spicis se- cundis. *Suppl. p. 187.*
- lobata*. 22. *S.* caulibus teretibus aphyllis, fol. sinuatis. *Suppl. p. 187.*

389. LINUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Caps.* 5-valvis,
397. 10-locularis. *Sem.* solitaria.

* *Foliis alternis.*

- usitatissimum. 1. L. calycibus capsulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule subfoliario.
- perenne. 2. L. calycibus capsulisque obtusis, fol. alternis lanceolatis integerrimis. *Caules plantae sibiricae erecti, anglicanae decumbent; an semper?*
- viscosum. 3. L. fol. lanceolatis pilosis quinquenerviis.
- hirsutum. 4. L. calycibus hirsutis acuminatis sessilibus alternis, fol. alternis: rameis oppositis. *Jacq. austr. t. 31.*
- narbonense. 5. L. calycibus acuminatis, fol. lanceolatis sparsis strictis scabris acuminatis, caule tereti basi ramoso. *Filamenta basi coalita.*
- tenuifolium. 6. L. calycibus acuminatis, fol. sparsis lineari-fetaceis retrorsum scabris. *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 215. M. Linum foliis alternis linearibus inferne scabris. Scop. carn. 69. (Exclusa varietate ε).*
- gallicum. 7. L. calycibus subulatis acutis, fol. lineari-lanceolatis alternis, paniculae pedunculis bifloris, flor. subsessilibus. *Ger. prov. 421. t. 15. f. 1.*
- maritimum. 8. L. calycibus ovatis acutis muticis, fol. lanceolatis: inferioribus oppositis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 154. M. Affine L. gallico.*
- alpinum. 9. L. calycibus rotundatis obtusis, fol. linearibus acutiusculis, caulibus declinatis. *Sp. pl. 1672 — Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 321. M. Linum tenuifolium. β. Sp. pl. 398. Linum sylvestre coeruleum perenne (nostras. Raj. hist. 1073.) procumbens, flore et capitulo minore. Raj. angl. 3. p. 362. Linum perenne minus coeruleum, capitulo minore. Moris. hist. 3. p. 573. n. 4. Linum sylv. 5. angustifolium alterius generis. Clus. hist. 1. p. 318. Planta tota laevis: Caules teretes, inclinati, ut fere prostrati, simplices. Folia adscendentia. Flores coerulei, non parvi.*
- austriacum. 10. L. calycibus rotundatis obtusis, fol. linearibus acutis rectiusculis. *Mant. 359. — Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 418. M.*

virgi-

- virginianum. 11. L. calycibus acutis alternis, capsul. muticis, panicula filiformi, fol. alternis lanceolatis: radicalibus ovatis.
- flavum. 12. L. calycibus subserrato-scabris lanceolatis subsessilibus, panicula ramis dichotomis. *Mant.* 360:—*Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 214. M. Punctum utrinque ad folia, ut in L. campanulato.*
- strictum. 13. L. calycibus subulatis, fol. lanceolatis strictis mucronatis: margine scabris.
- suffruticosum. 14. L. fol. linearibus acutis scabris, caul. suffruticosis.
- arborescens. 15. L. fol. cuneiformibus, caul. arborescentibus.
- campanulatum. 16. L. foliorum basi utrinque punctata glandulosa.

** *Foliis oppositis.*

- africanum. 17. L. fol. oppositis lineari lanceolatis, flor. terminalibus pedunculatis. *Mant.* 360. *Caulis suffruticosus.*
- nodiflorum. 18. L. fol. floriferis oppositis lanceolatis, flor. alternis sessilibus, calycibus longitudine foliorum.
- catharticum. 19. L. fol. oppositis ovato-lanceolatis, caule dichotomo. coroll. acutis. — *Fl. dan. t. 851. Flores ante anthesin penduli.*
- Radiola. 20. L. foliis oppositis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. *Fl. dan. t. 178.*
- quadrifolium. 21. L. foliis quaternis.
- verticillatum. 22. L. foliis verticillatis.

390. ALDROVANDA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Caps.* 402. 5-valvis, 1-ocularis, 10-sperma.

vesiculosa. I. ALDROVANDA. *Utriculos gerit fere ut Utricularia, sed confertos.*

391. DROSERA. *Cal* 5-fidus. *Petala* 5. *Caps.* 1-ocularis: apice 5-valvis. *Sem.* plurima.

acaulis. I. D. flore radicali escapo solitario, foliis oblongis. *Suppl. p. 188.*

cunei-

cuneifolia. 2. D. scapis radicatis, fol. cuneato-rotundatis. *Suppl.* p. 188.

rotundifolia. 3. D. scap. radicatis, foliis orbiculatis.

longifolia. 4. D. scap. radicatis, fol. ovali-oblongis.

capensis. 5. D. scap. radicatis, fol. lanceolatis subtus scabris. *Mant.* 360.

lusitanica. 6. D. scap. radicatis, fol. subulatis subtus convexis, flor. decandris. *Mant.* 360. *Scapus foliis aliquot.*

cistiflora. 7. D. caule simplici folioso, fol. lanceolatis *Florum fundus alter. Stamina nigra longitudine calycis. Antherae luteae, cordatae Pistillum nigrum: Germen ovatum, cui circum apicem, nec in ipso apice, insident Styli 5, nigri, longitudine corollae, apice dichotomi usque in capillos.*

indica. 8. D. caule ramoso folioso, fol. linearibus.

1340. GISEKIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Caps.* 5, approximatae, subrotundae, 1-spermae.

pharnacioides. GISEKIA. *Mant.* 562. *Kölreutera molluginoides.* *Murr. in comm. gott 1772. p. 67. t. 2. f. 1.*

392. CRASSULA. *Cal.* 5-phyllus. *Petal.* 5. *Squamae* 5 nectariferae ad basin germen. *Caps.* 5.

404.

* *Frutescentes.*

eoccinea. 1. C. fol. ovatis planis cartilagineo-ciliatis basi connato-vaginantibus. *Mant.* 360. — *Mill. illustr. ic. M.*

cymosa. 2. C. fol. linearibus cartilagineo-ciliatis connato-vaginantibus, caule fruticoso, cyma terminali. *Berg. cap. 84. Mant.* 222.

flava. 3. C. fol. planis connato perfoliatis laevibus, flor. corymbofo-paniculatis. *Mant.* 60.

pruinosa. 4. C. fol. subulatis pruinoso-scabris, flor. corymbofis, caule fruticoso. *Mant.* 60.

scabra. 5. C. fol. oppositis patentibus connatis scabris ciliatis, caul. retrorsum scabro.

perfoliata. 6. C. fol. lanceolato-subulatis sessilibus connatis canaliculatis, subtus convexis. *Mill. fig. t. 108. fruti-*

- fruticulosa*. 7. C. fol. oppositis subulatis acutis patentibus subrecurvatis, caul. fruticoso. *Mant.* 61. β . *Crassula castra*. *Mant.* 222. *Folia foliis Juniperi non majora: senioribus recurvis. Caulis interdum radicans.*
- tetragona*. 8. C. fol. subulatis subincurvis obsolete tetragonis patentibus. caul. erecto arborecente radicante. *Caulis radicat fibris. Folia crassitie pennae anserinae, sursum leviter arcuata.* *Mant.* 361.
- dichotoma*. 9. C. fol. connatis tereti-subulatis integris remotis, caule fruticoso erecto ramoso, corymbo composito. *Suppl.* p. 188.
- obvallata*. 10. C. fol. oppositis sublanceolatis cultratis approximatis. *Mant.* 61. *Flores omnino sequentis.*
- cultrata*. 11. C. fol. oppositis obtuse ovatis integerrimis subcultratis obliquis: paribus connatis remotis. *Flores non explicantur.*
- Cotyledon*. 12. C. fol. subrotundis carnosiss supra punctatis, caule arboreo. — *Jacq. in Litt. Misc. v. 2. p. 295. t. 19. M.*
- pinnata*. 13. C. fol. pinnatis, caule arboreo. *Suppl.* p. 191.
- * * *Herbaceae.*
- centauroides*. 14. C. caule herbaceo brachiato, foliis cordatis sessilibus, pedunculis unifloris. *Mant.* 361.
- dichotoma*. 15. C. caul. herbaceo dichotomo, fol. ovato-lanceolatis, pedunc. unifloris.
- glomerata*. 16. C. caul. herbaceo dichotomo scabro, fol. lanceolatis, floribus ultimis fasciculatis. *Mant.* 60. *Crassula scleranthoides. Burm. prodr.* 8.
- strigosa*. 17. C. caul. herbaceo erecto dichotomo, fol. obovatis strigosis, pedunc. unifloris.
- muscosa*. 18. C. caule herbaceo prostrato, fol. oppositis ovatis gibbis imbricatis, flor. sessilibus solitariis (*Excluso Hermannii synonymo*).
- ciliata*. 19. C. fol. oppositis ovalibus planiusculis distinctis ciliatis, corymb. terminalibus.
- punctata*. 20. C. fol. oppositis ovatis punctatis ciliatis: inferioribus oblongis.
- subulata*. 21. C. fol. subulatis teretibus patentibus, caule herbaceo. *Mant.* 360. *Spiraea capensis comosa, flore albo. Pet. gaz. t. 89. f. 8.*

- alternifolia*. 22. C. fol. ferrato-dentatis planis alternis, caule simplicissimo, flor. pendulis.
- rubens*. 23. C. fol. fusiformibus subdepressis, cyma quadrifida foliosa, flor. sessilibus. staminibus reflexis. *Fl. dan. t. 82* *Sedum rubens. Sp. plant. 619. desc. exclusis synonymis plerisque. Flores albi. fuhus rubentes carina. Stamina 5, caeterum Seto annuo simile statura.*
- verticillaris*. 24. C. caule herbaceo. fol. patentibus, flor. verticillaris aristatis. *Mant. 361. Syst. nat. 3. p. 230. Sedum annuum minimum stellatum rub. uru. Magn. monsp. 233. t. 237. Tillaea erecta. Hort. Upf. 24.*
- nudicaulis*. 25. C. fol. subulatis radicalibus, caule nudo.
- orbicularis*. 26. C. sarmentis proliferis determinate foliosis, fol. patentissimis imbricatis. *Mant. 361.*
- pellucida*. 27. C. caule flaccido repente, fol. oppositis.
- columnaris*. 28. C. caule pollicari, fol. rotundis imbricatis, fasciculo subrotundo terminali. *Suppl. p. 191.*
- †
- barbata*. 29. C. fol. connatis articulatis barbatis hemisphaericis imbricatis, caule subrotundo, floribus verticillatis. *Suppl. p. 188.*
- argentea*. 30. C. fol. connatis ovatis integris argenteis, caule tecto, corymbo supradecomposito. *Suppl. p. 188.*
- vestita*. 31. C. fol. connatis deltoideibus obtusis, caule tecto, flor. terminalibus capitis. *Suppl. p. 188.*
- corallina*. 32. C. fol. connatis deltoideibus obtusis, caule tecto, flor. umbellatis. *Suppl. p. 188.*
- retroflexa*. 33. C. fol. connatis oblongis remotis planis, caule simplici, cyma composita, pedicellis retrofractis. *Suppl. p. 188.*
- deltoidea*. 34. C. fol. connatis deltoideibus patulis acutis, caule tecto, flor. corymbosis. *Suppl. p. 189.*
- cordata*. 35. C. fol. petiolatis cordatis, caule folioso, flor. terminalibus solitariis pedunculatis. *Suppl. p. 189.*

mon-

† *Inscius, Crassulae numerosae novae, in Supplemento significatae, utrum ad frutescentes an herbaceas referendae sint, exceptis paucis, omnes et singulas junctim huc colloco. M.*

- montana*. 36. C. fol. connatis ovatis acutis ciliatis, caule subnudo, flor. aggregatis. *Suppl. p. 189.*
- mollis*. 37. C. fol. connatis tereti triquetris glabris mollibus, caule simplici erecto, corymbo trichotomo suprave composito. *Suppl. p. 189.*
- crenulata*. 38. C. fol. connatis lanceolatis punctato-crenulatis, caule folioso, corymbo decomposito. *Suppl. p. 189.*
- alpestris*. 39. C. fol. connatis ovatis acutis quadrifariam imbricatis, capitulis pedunculatis, caule folioso. *Suppl. p. 189.*
- pyramidalis*. 40. C. fol. connatis ovatis obtusis quadrifariam incumbentibus, capitulis sessilibus. *Suppl. p. 189.*
- spicata*. 41. C. fol. connatis lineari-subulatis, scapo subnudo, spica verticillata: verticillis inferioribus remotioribus. *Suppl. p. 189.*
- turrita*. 42. C. fol. connatis quadrifariam imbricatis ovato-oblongis acutis ciliatis. *Suppl. p. 189.*
- rupestris*. 43. C. fol. connatis ovatis integris glabris, corymbo supradecomposito. *Suppl. p. 189.*
- thyrsiflora*. 44. C. fol. perfoliatis ovatis ciliatis patulis, corymbo composito attenuato. *Suppl. p. 190.*
- capitella*. 45. C. fol. connatis oblongis cartilagineo-ciliatis patulis, capitulis verticillatis. *Suppl. p. 190.*
- pubescens*. 46. C. fol. connatis ovatis acutis villosis, caule ramoso, flor. corymbosis. *Suppl. p. 190.*
- cephalophora*. 47. C. fol. connatis lineari-oblongis obtusis integris, capitulis lateralibus pedunculatis. *Suppl. p. 190.*
- tomentosa*. 48. C. villoso-scabra, fol. connatis lanceolatis villosis ciliatis, caule subnudo terminato spica verticillata. *Suppl. p. 190.*
- Cotyledonis*. 49. C. fol. connatis oblongis tomentosiss ciliatis, caule subnudo, flor. corymbosis aggregatis. *Suppl. p. 190.* — *Distincta a Crassula Cotyledone Jacq. supra significata. Retineo tamen nomen terminatione discrepans, ne in alterutrum botanicum injuriam videar.* M.
- testa*. 50. C. fol. connatis ovatis obtusis cinereo-lamellosis, scapo nudo, capitulo terminali. *Suppl. p. 190.*
- perforata*. 51. C. fol. opposito-perfoliatis ovatis, caule simplici, floribus pedunculato-subverticillatis. *Suppl. p. 190.*

1255. MAHERNIA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectaria* 5, obcordata, filamentis supposita. *Capsf.* 5 locularis.

verticillata. 1. M. foliis verticillatis linearibus. *Mant.* 59.

pinnata. 2. M. fol. tripartito-pinnatifidis *Hermannia pinnata.* *Sp. pl.* 943. *Hermannia affinis, sed ob Nectaria nequeunt eodem caractere combinari.*

393. SIBBALDIA. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5, calyci inferta. *Styli* e latere germinis. *Sem.* 5.

procumbens. 1. S. foliolis tridentatis. *Fl. dan. t.* 32.

erecta. 2. S. foliolis linearibus multifidis.

altaica. 3. S. foliis tricuspидatis, floribus singularibus. *Suppl. p.* 191.

P O L Y G Y N I A.

394. MYOSURUS. *Cal.* 5-phyllus, basi adnatus. *Nectaria* 5, subulata, petaliformia *Sem.* numerosa.

minimus. 1. MYOSURUS. *Fl. dan. t.* 406. — *Mill. illustr. ic.* M.



CLASSIS VI.
H E X A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

* *Fl. Calyculati calyce corollaque instructi.*

* *Musa.* (Cfr. Polygam. Monoec.) * *Chamaerops.* * *Corypha.* (Cfr. App.)

- . . LICUALA. *Cor.* 3-partita. *Cal.* 3-partitus. *Nectar.* fertiforme. *Druqa* 1-locularis.
395. BROMELIA. *Cor.* 3-partita. *Cal.* 3-partitus, superus. *Bacca.*
396. TILLANDSIA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-partitus, inferus. *Sem.* papposa.
397. BURMANNIA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 1-phyllus, inferus, triquetro-alatus, coloratus.
- . . LACHENALIA. *Cor.* 3-petala, receptaculo inserta. *Cal.* sub-triphyllus, inferus, coloratus.
398. TRADESCANTIA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Filamenta* barbata.
440. BURSERA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Capsf.* baccata, monosperma.
445. FRANKENIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 1-phyllus, inferus. *Capsf.* 1-locularis, polysperma.
443. LORANTHUS. *Cor.* 6-partita. *Cal.* margo superus. *Bacca* 1-sperma.
444. HILLIA. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-phyllus, superus. *Fruſtus* 2-locularis, polyspermus.
439. RICHARDIA. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-fidus, superus. *Sem.* 3. nuda.
442. BERBERIS. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 6-phyllus, inferus. *Bacca* 2-sperma.
423. LEONTICE. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 6-phyllus, inferus. *Bacca* inflata.
441. PRINOS. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-fidus, inferus. *Bacca* 6-sperma.
1381. DUROIA. *Cor.* 6-partita. *Cal.* cylindricus truncatus, superus. *Pomum* hispidum.
1301. CANARINA. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-phyllus, superus. *Capsf.* 6-locularis.

- . . . NANDINA. *Cor.* 6-petala. *Cal.* polyphyllus, imbricatus.
438. ACHRAS. *Cor.* 12-fida. *Cal.* 6-phyllus, inferus. *Bacca* 12-sperma.
- * *Portlandia hexandra.* * *Lythra* aliquot.
* *Fumaria Cucullaria.*
- ** *Fl. Scythacei. f. Glumacei.*
400. HAEMANTHUS. *Cor.* supera, 6-partita. *Involucrum* 6-phyllum. maximum.
402. LEUCOJUM. *Cor.* supera, 6-petala, campanulata. *Stam.* aequalia.
401. GALANTHUS. *Cor.* supera, 6-petala: *Petalis* 3. interioribus brevioribus, emarginatis.
403. NARCISSUS. *Cor.* supera. 6-petala. *Nectarium* campanulatum, extra stamina.
404. PANCRATIUM. *Cor.* supera, 6-petala. *Nectarium* campanulatum, staminibus terminatum.
406. AMARYLLIS. *Cor.* supera, 6 petala, campanulata. *Stam.* inaequalia.
405. CRINUM. *Cor.* supera, 6-fida, basi tubulosa. *Stam.* distantia.
399. PONTEDERIA. *Cor.* infera, 6-fida, ringens.
407. BULBOCODIUM. *Cor.* infera, 6-petala: unguibus longissimis staminiferis.
1300. TULBAGIA. *Cor.* infera, 6-petala: tribus inferioribus. *Nectarium* cylindricum, extus petaliferum.
409. ALLIUM. *Cor.* infera, 6-petala. *Pet.* ovata, sessilia.
408. APHYLLANTHES. *Cor.* infera, 6-petala. *Spathae* dimidiatae, glumosae.
417. HYPOXIS. *Cor.* supera, 6-petala. *Spathae* glumaceae.
1383. EHRHARTA. *Cor.* infera, glumacea, duplex. *Nectarium* pateraeforme.
- *** *Fl. nudi.*
432. ALSTROEMERIA. *Cor.* supera, 6-petala, unguibus 2 tubulosis.
590. GETHYLLIS. *Cor.* supera, 6-partita. *Bacca* clavata radicalis, 1-ocularis.
433. HEMEROCALLIS. *Cor.* infera, 6-partita. *Stam.* declinata.
431. AGAVE. *Cor.* supera, 6-fida, limbo erecto. *Filamentis* brevior.

430. ALOE. *Cor.* infera, 6-fida. *Filam.* receptaculo inserta!
428. ALETRIS. *Cor.* infera, 6-fida, rugosa.
- 4-6. POLIANTHES. *Cor.* infera, 6-fida: Tubo curvato.
425. CONVALLARIA. *Cor.* infera, 6-fida. *Bacca* 3 sperma.
427. HYACINTHUS. *Cor.* infera, 6-fida. *Germinis* ad apicem pori 3 melliferi.
1382. PHORMIUM. *Cor.* infera, 6-petala: *petalis* tribus exterioribus brevioribus.
421. ASPHODELUS. *Cor.* infera, 6-partita: nectarii valvulis 6 stamiferis.
422. ANTHERICUM. *Cor.* infera, 6 petala, plana.
418. ORNITHOGALUM. *Cor.* infera, 6 petala. *Filam.* alternis basi dilatatis.
419. SCILLA. *Cor.* infera, 6 petala, decidua. *Filam.* filiformia.
420. CYANELLA. *Cor.* infera, 6 petala: *petalis* exterioribus propendentibus.
1256. DRACAENA. *Cor.* infera, 6 petala. *Bacca* 3-sperma.
- . . . POLLIA. *Cor.* infera, 6 petala. *Bacca* polysperma.
424. ASPARAGUS. *Cor.* infera, 6 petala. *Bacca* 6 sperma.
413. GLORIOSA. *Cor.* infera, 6-petala, reflexa, caudata.
414. ERYTHRONIUM. *Cor.* infera, 6-petala, reflexa *petalis* basi 2 callis.
412. UVULARIA. *Cor.* infera, 6-petala, basi fovea nectarifera; erecta.
411. FRITILLARIA. *Cor.* infera, 6-petala, basi fovea nectarifera; ovata.
410. LILIUM. *Cor.* infera, 6-petala: *petalis* basi canaliculato-tubulosis.
415. TULIPA. *Cor.* infera, 6 petala, campanulata. *Stylus* o.
429. YUCCA. *Cor.* infera, 6 petala, patens. *Stylus* o.
- 4 6. ALBUCA. *Cor.* infera, 6 petala *Stamin.* sterilia 3. *Stigm.* cinctum cuspidibus 3.
- . . . LINDERA. *Cor.* infera, 6-petala. *Capsula*.
1381. MASSONIA. *Nectarium* inferum. *Cor.* 6-petala, nectario inserta.

*** *Fl. Incompleti.*

435. ORONTIUM. *Spadix* multiflorus. *Follic.* 1-spermus.
434. ACORUS. *Spadix* multiflorus. *Caps.* 3 locularis.
436. CALAMUS. *Cal.* 6-phyllus. *Peric.* retrorsum imbricatum, 1-spermum.

437. JUNCUS. Cal. 6-phyllus. Caps. 1-locularis.
 446. PEPLIS. Cal. 12 fidus. Caps. 2-locularis.

DIGYNIA.

1385. FALCKIA. Cal. 1 phyllus. Cor. 1-petala. Sem. 4.
 449. ATRAPHAXIS. Cal. 2 phyllus. Cor. 2-petala. Sem. 1, compressum.
 1386. GAHRIA. Glum. 2-valvis irregularis. Nectar. 2-valve filamenta involuens. Stigm. dichotomum.
 448. ORYZA. Glum. 1-flora. Cor. 2-glumis. Sem. 1, oblongum.

TRIGYNIA.

- * *Fl. inferi.*
 457. COLCHICUM. Cal. spatia. Cor. 6-petaloidea.
 454. MELANTHIUM. Cal. o. Cor. 6-petala: petalis staminiferis.
 455. MEDEOLA. Cal. o. Cor. 6-petala. Bacca 3-cocca.
 458. HELONIAS. Cal. o. Cor. 6-petala. Caps. 3-locularis.
 456. TRILLIUM. Cal. 3-phyllus. Cor. 3-petala. Bacca 3-locularis.
 453. TRIGLOCHIN. Cal. 3-phyllus. Cor. 3-petala. Caps. basi dehiscens.
 451. RUMEX. Cal. 3-phyllus. Cor. 3-petala. Sem. 1, triquetrum.
folia.* 16. D. hirsuta, flor. terminalibus congestis sessilibus, fol. oppositis ellipticis subpetiolatis obtusis glabris. *Suppl. p. 223. Rami tomentosi cani.*
- odora.* 17. D. flor. aggregatis sessilibus terminalibus, fol. ovatis alternis glabris. *Thunb. jap. mspt. M.*

486. DIRCA. *Cal.* o. *Cor.* tubulosa limbo obsoleto.
512. *Stam.* tubo longiora. *Bacca* 1-
sperma.

palustris. I. DIRCA.

487. GNIDIA. *Cal.* infundibulif. 4-fidus. *Petala* 4.
512. calyci inserta. *Sem.* 1, subbac-
catum.

- pinifolia.* I. G. foliis sparsis linearibus: floralibus verticillatis. *Mant 375. Berg. cap. 122. Valerianoides aethiopica frutescens. Seb. mus. 2. p. 32. t. 32. f. 5. Calyx albus. Petala lanceolata, calyce breviora. Stamina 4 intra tubum, 4 extra.*
- radiata.* 2. G. fol. subulatis triquetris acutis, capitul. terminalibus sessilibus radiatis, bracteis lanceolatis. *Mant 67. Burm. prodr. 12.*
- simplex.* 3. G. fol. omnibus linearibus acutis, flor. terminalibus sessilibus. *Mant. 67. Burm. prodr. 12. Gnidia viridis. Berg. cap. 125. Thymelaea foliis passerinae. Breyn. cent 10. t. 6*
- tomentosa.* 4. G. fol. sparsis ovato-oblongis glabris, margine scabris. *Gnidia pubescens Berg. cap. 124. Ramulorum apices lanati ut congeneres. Folia suprema subpubescentia. Stamina 4 exserta; 4 in sauce. Petala parva, emarginata.*

sericea.

- sericea.* 5. G. fol. ovatis tomentosis: floralibus quaternis, caule hirsuto, florum corona setis octo. Passerina sericea. *Sp. pl.* 513. Nectandra sericea. *Berg. cap.* 131. *Faux Floris coronata filis 8 coloratis, longitudine corollae, extra petala. Stamina in fauce 4, in tubo 4.*
- oppositifolia.* 6. G. fol. oppositis lanceolatis. *Mant.* 375. Thymelaeae africanae sanamundae prioris Clusii facie. *Pluk. alm.* 367. t. 323. f. 7. β. Passerina laevigata. *Sp. pl.* 513. *Cultu in hortis Petala acquirunt. Folia suprema apice sanguinea. Flores terminales, extus villosi. Stamina, praeter callos istos 4 supra faucem, sunt 4 sub fauce, 4 in medio tubi.*
- capitata.* 7. G. fol. sparsis lanceolatis glabris, flor. capitatis bracteis obvallatis, pedunculo nudo. *Suppl.* p. 224.
- filamentosa.* 8. G. fol. elliptice ovatis glaberrimis approximatis, flor. capitatis, filamentis capillaribus. *Suppl.* p. 224.
- imbricata.* 9. G. fol. oblongis quadrifariam imbricatis sericeis, flor. terminalibus in axillis foliorum. *Suppl.* p. 225.
- pinifolia.* 10. G. fol. lineari-subulatis supra planis acutis, flor. binis axillaribus. *Suppl.* p. 225.
- daphnaefolia.* 11. G. decandra, fol. oblongis planis integerrimis, capitulo terminali pedunculato involucreto, flor. quinquesidis. *Suppl.* p. 225.
- hirsuta.* α. fol. oblongis spathulatis hirsute canis, flor. minoribus.
- glabra.* β. fol. oblongis versus basin alternatis nudiusculis, flor. majoribus.

488. STELLERA. *Cat. c. Cor.* 4-fida. *Stam.* brevissima.
512. *Sem.* 1, rostratum.

- Passerina.* 1. S. foliis linearibus, flor. quadrifidis. *Facies Thesii alpini. Folia glabra. Flores laterales sessiles in lana minuta.*
- Chamaejasme.* 2. S. fol. lanceolatis, coroll. quinquesidis.

489. PASSERINA. Cal. o. Cor. 4-fida. Stam. tubo im-
posita. Sem. 1. corticatum.

§ 13.

- filiformis. 1. P. foliis linearibus convexis quadrifariam imbricatis. ramis tomentosis. *Corollae tubus longitudine germinis. Folia floralia basi margine lato membranaceo, quod non in reliquis. (Excluso Synonymo Breynii).*
- hirsuta.
ericoides. 2. P. fol. carnosis exrus glabris, caul. tomentosis.
3. P. fol. linearibus laevibus subimbricatis, corollis globosis. *Mant. 236. Facies Erica. Corollae tubo globosae.*
- capitata. 4. S. fol. linearibus glabris, capitulis pedunculatis tomentosis. *Folia sparsa, linearia, laevia. Capitula terminalia, globosa, pedunculata, tomentosa. Pedunculi tomentosi, incrassati. Flores multi, absque tubo sessiles. Stamina supra faucem 16, quorum 8 interiora castrata.*
- ciliata. 5. P. fol. lanceolatis subciliatis erectis, ramis nudis. *Berg. cap. 126.*
- uniflora. 6. P. fol. linearibus oppositis, flor. terminalibus solitariis, ramis glabris. *Berg. cap. 128. Flores coerulei. Stamina 8 ad faucem floris. Antherarum rudimenta 8 latent in fundo floris.*
- anthylloides. 7. P. fol. ovatis villosis, flor. capitatis hirsutis. *Suppl. p. 225.*
- spicata. 8. P. fol. ovatis villosis, flor. lateralibus solitariis. *Suppl. p. 225.*
- laxa. 9. P. fol. ovatis sparsis, flor. capitatis, ramis laxis cernuis. *Suppl. p. 226.*
- grandiflora. 10. P. glaberrima, fol. oblongis acutis concavis extus rugosis, flor. terminalibus sessilibus solitariis. *Suppl. p. 226.*
- Gnidia. 11. P. diandra glaberrima, fol. lanceolatis acutis. *Suppl. p. 226.*
- villosa. 12. P. diandra villosa, fol. linearibus obtusis. *Suppl. p. 226.*
- prostrata. 13. P. diandra villosa, fol. ovatis. *Suppl. p. 227.*

490. LACHNAEA. Cal. o. Cor. 4-fida: limbo inaequali.
Sem. 1, subbaccatum.

§ 14.

- eriocephala. 1. L. capitulis solitariis lanatis, fol. quadrifariam imbricatis.
- conglomerata. 2. L. capitulis confertis, fol. laxis.

491. BAECKEA. *Cal.* infundibulif. 5-dentatus. *Cor.*
 514. 5-petala. *Capsf.* globosa, 4-lo-
 cularis, coronata.

frutescens. I. BAECKEA.

D I G Y N I A.

1259. SCHMIEDELIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 4-petala.
Germina pedicellata, flore
 longiora.

racemosa. I. SCHMIEDELIA. *Mant.* 514. 67. *Usubis* triphylla.
Burm. ind. 89. t. 32. f. 1.

492. GALENIA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Capsf.* subrotun-
 515. da, 2-sperma.

africana. I. G. erecta fruticosa, fol. linearibus carnosis. *Suppl.*
p. 227. *Galenia africana* *Syst. ed.* 13. *p.* 310. —
Mill. illustr. ic. M. Frutex afric. folio rosma-
 rini tenuiore, flore et fructu chenopodii.
Boerh lugdb. 2. *p.* 267. *Frutex rusticus*, ha-
 bitu *Tetragoniae*, licet minuta omnia, et to-
 tus obsolete papillofus. *Caulis* teres setulis
 raris reflexis. *Folia* opposita, linearia, sessi-
 lia, perennia. *Flores* sessiles, albi, in pani-
 cula dichotoma.

procumbens. 2. G. procumbens, fol. ovatis canaliculatis: apice
 patulo recurvato. *Suppl.* *p.* 227.

493. WEINMANNIA. *Cal.* 4-phyllus, *Cor.* 4-petala.
 115. *Capsf.* 2-ocularis, birostris.

glabra. I. W. foliis pinnatis: foliolis obovatis crenatis lae-
 vibus. *Suppl.* *p.* 228. *Weinmannia pinnata.*
Syst. ed. 13. *p.* 310. *Arbuscula* Ramis oppo-
 sitis: ultimis subpubescentibus. *Folia* opposita,
 pinnata cum impari: *Petiolo* communi alato,
 articulis subovatis; *Foliola* 11-13, parva,
 nuda, obtusa, opposita, sessilia, obovata,
 latere inferiore versus basin angustiora. *ferra-*
turis utrinque 3 f. 4. *Stipulae* ovatae, ma-
 gnitudine foliorum, deciduae, inter paria pe-
 tiolorum solitariae. *Racemi* terminales, soli-
 tarii, pedunculati, foliis longiores, erecti, simp-
 lices. *Floribus* numerosis, albis, magnitu-

dine Tiarellae. Pedicellis unisporis, e singulis punctis pedunculi pluribus. Calyx foliolis oblongis, quatuor, patentibus, albis. Petala 4, lanceolata, calyce triplo longiora. Stamina cavillaria, corolla duplo longiora. Germen ovatum, bifidum. Styli 2, albi, filiformes. Stigmata capitata. Copiose in Insula S. Crucis. A D. Browne.

- tomentosa. 2. W. fol. pinnatis: foliolis ovatis integerrimis subtus tomentosis, stipulis caducis. *Suppl. p. 227.*
 trifoliata. 3. W. fol. ternaris: foliolis elliptice lanceolatis serratis glaberrimis, paniculis compositis. *Suppl. p. 227.*
 racemosa. 4. W. fol. simplicibus ovatis serratis utrinque glaberrimis, stipulis nullis. *Suppl. p. 227.*

394. MOEHRINGIA. Cal. 4-phyllus. Petala 4. Caps. 515. 1-locularis, 4-valvis.

muscosa. MOEHRINGIA. — Jacq. *Fl. austr. v. 5. t. 449. M.*

1388. CODIA. Cal. 4-phyllus. Petala 4. Receptaculum commune involucreatum. *Suppl. p. 34.*

montana. I. CODIA. *Suppl. p. 228.*

T R I G Y N I A.

495. POLYGONUM. Cal. 0. Cor. 5-partita, calycina. 516. Sem. 1, angulatum.

* *Atraphaxoides, caule frutescente.*

frutescens. I. P. caule fruticoso, calycinis foliolis duobus reflexis. Polygonum fruticosum, petalis 2 exterioribus reflexis *Gmel. sib. 3. p. 60. t. 12. f. 2. et 1. Calyx diphyllus. Petala 3, obcordata. Stigmata 3. Fructus triqueter.*

** *Bistortae, spica unica.*

Bistorta. 2. P. caule simplicissimo monostachyo, fol. ovatis in petiolum decurrentibus. *Fl. dan. t. 421.*

viviparum. 3. P. caule simplicissimo monostachyo, fol. lanceolatis. *Fl. dan. t. 13. — Mill. illustr. ic. M. Bistorta alpina s. minor. Camer. epit. 684. Spicae*

Spicae flores inferiores in bulbos transeunt saepe viviparas.

*** *Perficariae, pistillo bifido, aut stamina minus 8.*

- virginianum. 4. P. floribus pentandris semidigynis, corollis quadrifidis inaequalibus, fol. ovatis.
- lapathifolium. 5. P. flor. pentandris semidigynis, stamin. corollae regulari aequalibus. *Caulis erectus. firmus, laevis. Vaginae pubescentes, ciliatae. Folia ovata, petiolata, magnitudine Phytolaccae. Pedunculi oppositifolii, longitudine foliorum, spicato-racemosi.*
- amphibium. 6. P. flor. pentandris semidigynis, spica ovata. *Fl. dan. t. 282. Varietas Aquatica staminibus flore brevioribus, Terrestris longioribus. Jacq.*
- filiforme. 7. P. flor. pentandris digynis, spicis filiformibus, fol. ovatis, stipulis ciliatis. *Thunb. jap. mspt. M.*
- ocreatum. 8. P. flor. pentandris trigynis, fol. lanceolatis. Polygonum spicis longis copiosissimis. *Gmel. fib. 3. p. 51. t. 8.*
- Hydropiper. 9. P. flor. hexandris semidigynis, fol. lanceolatis, stipul. submuticis.
- Perficaria. 10. P. flor. hexandris digynis, spicis ovato-oblongis, fol. lanceolatis, stipulis ciliatis. — *Fl. dan. 702. M. Polygonum flor. hexandris digynis, fol. lanceolatis, stipulis ciliatis, caule divaricato patulo. Hudf. angl. 148. Perficaria pusilla repens. Raj. angl. 3. p. 145. Perficaria minor. Bauh. pin. 101. Moris. hist. 2. f. 5. t. 29.*
- barbatum. 11. P. flor. hexandris trigynis, spicis virgatis, stipul. truncatis setaceo-ciliatis, fol. lanceolatis. *Pluk. phyt. 210. f. 7. (Excluso Sloaney synonymo).*
- orientale. 12. P. flor. heptandris digynis, fol. ovatis, caule erecto, stipul. hirtis hypocrateriformibus.
- pensylvanicum. 13. P. flor. octandris digynis, pedunc. hispidis, fol. lanceolatis, stipul. muticis. *Perficaria mitis major, foliis pallidioribus. Raj. angl. 3. p. 145. Hudf.*
- *** *Polygona foliis indivisis, floribus octandris.*
- maritimum. 14. P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. ovalilanceolatis sempervirentibus, caul. suffrutescente.

- aviculare. 15. P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. lanceolatis, caule procumbente herbaceo. — *Fl. dan. t. 803. M.*
- erectum. 16. P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. ovalibus, caule erecto herbaceo.
- articulatum. 17. P. flor. octandris trigynis. spicis articulatis paniculatis, stipul. vaginalibus truncatis.
- divaricatum. 18. P. flor. octandris trigynis racemosis, fol. lanceolatis, caule divaricato patulo. Perficaria caule diffuso. *Gmel. sib. 3. p. 58. t. 11. f. 2. mala.* Perficaria montana, foliis longioribus angustioribus, floribus racemosis. *Amm. ruth. 240. β. Polygonum spicis paniculatis. Gmel. sib. 3 p. 57. t. 11. f. 1.*
- undulatum. 19. P. flor. octandris trigynis racemosis, fol. lanceolatis acuminatis undulatis. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 34. t. 5. M. Polygonum sibiricum, floribus octandris trigynis racemosis, fol. ovato-lanceolatis undulatis scabris, stipulis hirtis. Suppl. p. 228.*
- ferratum. 20. P. foliis crenatis.
- ***** *Helxine foliis subcordatis.*
- chinense. 21. P. flor. octandris trigynis, pedunc. scabris, fol. ovatis, bracteis cordatis. *Burm. ind. 90. t. 30. f. 3.*
- sagittatum. 22. P. fol. sagittatis, caule aculeato. *Gmel. sib. 3. p. 65. t. 13. f. 2. Interdum scandit frutices.*
- arifolium. 23. P. fol. hastatis, caule aculeato. *Caulis scandens.*
- crassifolium. 24. P. flor. octandris trigynis, fol. hastatis carnosis, caule decumbente inermi. *Murr. Polygonum hastatum. Murr. in comm. gott. 1774. p. 37. t. 6. Polygonum sibiricum, floribus octandris foliis hastatis, caule inermi. Laxm. in nov. comm. petrop. v. 18. p. 531. t. 7. f. 2. M.*
- perfoliatum. 25. P. fol. triangularibus, caule aculeato, stipul. perfoliato-foliosis patentibus subrotundis. *Burm. ind. 90 t. 31. f. 2. Fagotritico similis spinosa minor sinica. Pluk. amalth. 87. t. 398. f. 1. Burm.*
- tataricum. 26. P. fol. cordato-sagittatis, caule inermi erecto, semin. subdentatis. *Fagopyrum erectum, fructu aspero. Amm. ruth. 242. Gmel. sib. 3. p. 64. t. 13. f. 1.*

- Fagopy-* 27. P. fol. cordato - sagittatis, caule erectiusculo
nium inermi, seminum angulis aequalibus.
- Convolv-* 28. P. fol. cordatis caule volubili angulato, flor. ob-
ulus. tufatis. *Fl. dan. t. 344. Antherae violaceae.*
- multiflo-* 29. P. fol. cordatis, caule volubili angulato, flo-
rum. rum panicula ramosa. *Thunb. jap. mspt. M.*
- dumetorum.* 30. P. fol. cordatis, caul. volubili laevi. flor. carina-
to-alatis. — *Fl. dan. t. 756. M. Antherae*
albae.
- scandens.* 31. P. fol. cordatis, caul. erecto scandente. *Petio-*
lorum basis subtus poro perforata in P. scan-
denti, dumetorum, Convolvula.

496. COCCOLOBA. Cal. 5 - partitus, coloratus. Cor.
523. o. Bacca calycina, mono-
sperma.

- Uvisera.* 1. C. foliis cordato - subrotundis nitidis. — *Jacq.*
amer. pict. p. 57. t. 110. M. Plum. t. 145.
- pubescens.* 2. C. fol. orbiculatis pubescentibus. — *Jacq. amer.*
pict. p. 57. M. Arbor praealta. Lignum du-
rissimum sub terra lapidescit. Jacq.
- excoriata.* 3. C. fol. ovatis, ramis quasi excorticatis. *Jacq.*
amer. 115. t. 78. — Ed. 2. pict. p. 58.
t. 115. M.
- punctata.* 4. C. fol. lanceolato - ovatis. *Jacq. amer. t. 114.*
t. 77. — Ed. 2. pict. p. 58. t. 114. M.
- emarginata.* 5. C. fol. coriaceis subrotundis exciso - emarginatis.
Jacq. amer. 37. obs. 18. t. 9. In America ca-
lidiore. †
- barbadensis.* 6. C. fol. cordato - ovatis undulatis. *Jacq. obs. t. 8.*
In Barbados. †
- tenuifolia.* 7. C. fol. ovatis membranaceis.

497. PAULLINIA. Cal. 5 - phyllus. Petala 4. Nectar.
524. 4 - phyllum, inaequale. Caps.
3, compressae, membranaceae,
connatae.

- asiatica.* 1. P. foliis ternatis, petiolis cauleque aculeatis.
Jacq. obs. 3. p. 11. t. 61. f. 1.
- Seriana.* 2. P. fol. ternatis, petiol. nudis, foliol. ovato - ob-
longis. *ibid. f. 2.*
- nodosa.* 3. P. fol. ternatis, petiol. nudis, foliol. medio
obovato. *f. 3.*

- Cururu.* 4. P. fol. ternatis, petiol. marginatis. *f. 4.*
mexicana. 5. P. fol. biternatis, petiol. omnibus marginatis,
 caule aculeato. *f. 5.*
carthaginen- 6. P. fol. biternatis, petiolis omnibus marginatis,
sis. caule inermi. *f. 6.*
caribaea. 7. P. fol. biternatis, petiolulis omnibus marginatis
 ramis aculeatis. *f. 7.*
curassavica. 8. P. fol. biternatis, petiolulis omnibus margina-
 tis, ramis inermibus. *f. 8.*
barbadensis. 9. P. fol. biternatis, petiolo intermedio marginato,
 reliquis nudis. *f. 9.*
polyphylla. 10. P. fol. triternatis, petiolulis nudis. *Jacq.*
ibid. f. 10. Petioli partiales teretiusculi.
triternata. 11. P. fol. triternatis, petiolulis marginatis. *f. 11. —*
Jacq. amer. pict. p. 56. t. 260. f. 29. quoad
folium. M.
japonica. 12. P. fol. quinato-pinnatis petiolulatis marginatis,
 caule herbaceo inermi. *Thunb. jap. mspt. M.*
pinnata. 13. P. fol. pinnatis, petiolis marginatis, foliis niti-
 dis. *f. 12.*
tomentosa. 14. P. fol. pinnatis, petiolis marginatis, foliolis to-
 mentosis. *f. 13. Petioli communes marginati,*
sed non inter foliola inferiora.
diversifolia. 15. P. fol. supradecompositis, petiolis marginatis:
 infimis pinnatis, reliquis ternatis. *f. 14.*

498. **CARDIOSPERMUM.** *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4.
 525. *Nectarium* 4-phyllum,
 inaequale. *Capsf.* 3,
 connatae, inflatae.

Halicacabum. 1. C. foliis laevibus.

Corindum. 2. C. fol. subtus tomentosis.

499. **SAPINDUS.** *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Capsf.* car-
 526. nosae, connatae, ventricosae.

Saponaria. 1. S. foliis impari-pinnatis, caule inermi.

spinosus. 2. S. fol. abrupte-pinnatis, caul. spinosissimo.

trifoliatus. 3. S. fol. ternatis. *Fl. zeyl. 603.*

chinensis. 4. S. fol. pinnatis: foliolis laciniatis. *Foliola Cra-*
taegi Oxyacanthae. D. Laxman Prof. Pe-
trop. Cfr. Suppl. p. 228.

TETRAGYNIA.

500. PARIS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4, angustiora.
526. *Bacca* 4-locularis.

quadrifolia. PARIS. *Fl. dan. t.* 139.

501. ADOXA. *Cal.* 2-fidus, inferus. *Cor.* 4-f. 5-fida,
527. *supera. Bacca* 4-f. 5-locularis, calyce coalita.

Moschatellina. I. ADOXA. *Fl. dan. t.* 94. *Mill. illustr. ic. Fores laterales* 5-fidi, partium numero quinario.

502. ELATINE. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Caps.* 4-locularis, 4-valvis, depressa.
527.

Hydropiper. I. E. foliis oppositis. *Fl. dan. t.* 156.

Alfinastrum. 2. E. fol. verticillatis.

1389. HALORAGIS. *Cal.* 4-fidus, superus. *Petala* 4.
- *Drupa sicca. Nux* 4-locularis. *Suppl. p.* 134.

prostrata. HALORAGIS. *Suppl. p.* 229.



CLASSIS IX.

E N N E A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

504. TINUS. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 3-ocularis *Sem.* I.
503. LAURUS. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala, calycina. *Bacca* 1-sperma. *Nectarii* glandulae 2-fetae.
520. ANACARDIUM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* decimo castrato. *Nux* re-ceptaculo carnosio.
505. CASSYTA. *Cal.* o. *Cor.* 6 partita, calycina. *Bacca* 1-sperma. *Nectarii* glandulae truncatae.


* *Anacardium* 520. *stamine decimo castrato.*

T R I G Y N I A.

506. RHEUM. *Cal.* 6. *Cor.* 6-fida. *Sem.* I, triquetrum.

H E X A G Y N I A.

507. BUTOMUS. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala. *Caps.* 6, polyspermae.



MONOGYNIA.

503. LAURUS. *Cal. o. Cor. calycina, 6-partita. Nestarium glandulis 3, bifetis, germen cingentibus. Filamenta interiora glandulifera. Drupa 1-sperma.*

528.

- Cinnamomum. 1. L. fol. trinerviis ovato-oblongis: nervis versus apicem evanescentibus. *Jacq. amer. 117. — Jacq. amer. pict. p. 59. t. 117. M. Habitat etiam in America ad montem Calabas Martiniacae Jacq. Dioica enneandra.*
- Cassia. 2. L. triplinerviis lanceolatis. — *Esse modo Varietatem praecedentis, foliis angustioribus et obtusioribus. Thunberg. in act. stockh. 1780. p. 56. M.*
- Camphora. 3. L. fol. triplinerviis lanceolato-ovatis. *Comm. hort. 1. p. 185. t. 95.*
- Culilaban. 4. L. fol. triplinerviis oppositis. *Mant. 732. Cortex coryophylloides. Rumph. amb. 2. p. 65. t. 14. Coelit Lawan. E. N. C. dec. 2. ann. 3. p. 53. Genus sive Rumphii receptum.*
- Chloroxylon glauca. 5. L. fol. trinerviis ovatis coriaceis: nervis apicem attingentibus.
6. L. fol. nervosis lanceolatis perennibus, ramulis tuberculatis, flor. solitariis. *Thunb. jap. mspt. M.*
- pedunculata. 7. L. fol. nervosis oblongis integris, flor. solitariis pedunculatis. *Thunb. loc. cit. M.*
- nobilis. 8. L. fol. lanceolatis venosis perennantibus, flor. quadrifidis.
- indica. 9. L. fol. lanceolatis perennantibus planis, ramulis tuberculatis cicatricibus, flor. racemosis.
- Persea. 10. L. fol. ovatis coriaceis transverse venosis perennantibus, flor. corymbosis. *Jacq. obs. 37. — Jacq. amer. p. 60 t. 264. f. 92. quoad fructum M. Laurus foliis oblongo-ovatis, fructu obovato, pericarpio butyraceo. Brown. 214. Stamina huic 6. Miller. Fructus gratissimus. Introducta in hortum Farnesii 1620.*
- Bortonia. II. L. fol. lanceolatis perennantibus, calyc. fructus baccatis. Laurus foliis lanceolatis perennantibus, marginibus reflexis, transverse venosis, floribus racemosis. *Mill. dict. 5. Stamina 5: antheris fuscis. Germen globosum. Stylus brevis. Stigma tuberculatum. Baccae pur-*

purpureae. Pedunculi longi rubri. Fabr. helmst 389. Mihi vero visa: Cal. 3-phyllus. brevissimus Petala 3, lanceolata. Stamina 9: tribus interioribus utrinque glandula ad basin. Antherae utroque latere polliniferae et apice bivalves introrsum deorsum. Staminis decuni rudimentum. Stylus stigmatē crassiusculo.

- lucida.* 12. L. fol. oblongis ferratis, ramulis ternis, flor. axillaribus solitariis subsessilibus. *Thunb. jap. mspt. M.*
- umbellata.* 13. L. fol. ovatis ferratis, ramulis umbellatis flor. racemosis. *Thunb. l. c. M.*
- aestivalis.* 14. L. fol. venosis oblongis acuminatis annuis, subtus rugosis, ramis supra-axillaribus. *Mas 6-andrus. Mill.*
- Benzoin.* 15. L. fol. enerviis ovatis utrinque acutis integris annuis.
- Sassafras.* 16. L. fol. trilobis integrisque. *Kalm. canad. 2. p. 270. 434. Trew. Ehret. t. 69. 70. Mares 5-petali, 8-andri; Hermaphroditae 6-andrae. Mill.*

520. ANACARDIUM. *Cal. 5-partitus. Petala 5, reflexa. Antherae 9: unico castrato. Nux reniformis supra receptaculum carnosum.*

548.

occidentale. I. ANACARDIUM. — *Jacq. amer. pict. p. 63. t. 121. M. Filamenta quidem 10, sed unico castrato. E nuce, candelaē admota, ignis lusorius Physicis.*

504. TINUS. *Cal. 5-fidus. Cor. 5-partita. Nectarium urceolatum, includens germen. Bacca 3-ocularis. Sem. solitaria.*

530.

occidentalis. I. TINUS.

505. CASSYTA. *Cor. calycina, 6-partita. Nectarium glandulis 3, truncatis, germen cingentibus. Filamenta interiora glandulifera. Drupa 1-sperma.*

530.

filiformis. I. C. filiformis laxa. — *Jacq. amer. p. 58. t. 116. M. Herba Cuscutae; Fructificatio Lauri.*

corni-

corniculata. 2. C. ramis lignosis spinosis. *Burm. ind.* 93. t. 33. f. 1. *Mant.* 237. *Castiutha cornea*. *Rumph. amb.* 7. p. 56. *Genus ex Burmanno mutuatum.*

TRIGYNIA.

506. RHEUM. *Cal.* o. *Cor.* 6-fida, persistens. *Sem.* 1, 531. triquetrum.

Rhaponticum. 1. R. foliis glabris, petiolis subfulcatis.

Rhabarbarum. 2. R. fol. subvillosis, petiolis aequalibus.

palmatum. 3. R. fol. palmatis acuminatis. *Linn. fasc.* 7. t. 4. *Aët. angl.* 1765. p. 292. t. 12. *Rhabarbe*, *Brun. orient.* 192. t. 73. *Mill. illustr. syst. sex. ic. M.* *Rheum officinale geminum.*

compactum. 4. R. fol. sublobatis obtusissimis glaberrimis lucidis denticulatis.

Ribes. 5. R. fol. granulatis, petiolis aequalibus.


tataricum. 6. R. fol. cordato-ovatis integris planis glaberrimis, petiolis semiteretibus angulatis, panícula fulcata. *Suppl.* p. 229.



hybridum. 7. R. fol. cordatis acuminatis planis, radicalibus utrinque bi-vel tridentatis, reliquis repandis. *Murr. in comm. gott.* 1779. p. 7. t. 1. *Conf. comm. gott.* 1774. p. 50. M.

HEXAGYNIA.

507. BUTOMUS. *Cal.* o. *Petala* 6. *Capsf.* 6, polyspermae. 532.

umbellatus. 1. BUTOMUS. — *Fl. dan.* t. 604. *Mill. illustr. ic. M.*





CLASSIS X.
D E C A N D R I A.

MONOGYNIA.

* *Fl. Polypetali irregulares.*

- | | | |
|------|--------------|--|
| 508 | SOPHORA. | <i>Cor.</i> papilion: Vexillo adscendente. <i>Legum.</i> torulis remotis. |
| 509. | ANAGYRIS. | <i>Cor.</i> papilion: Vexillo brevi recto. <i>Carina</i> alis longiore. |
| 510. | CERCIS. | <i>Cor.</i> papilion: alis vexilliformibus. <i>Nectar.</i> glandula styliformis, sub germine. |
| 511. | BAUHINIA. | <i>Cor.</i> patens, unguiculata, adscendens. <i>Petala</i> lanceolata. |
| 512. | HYMENAEA. | <i>Cor.</i> subaequalis. <i>Legum.</i> lignosum pulpa farinosa. |
| 515. | POINCIANA. | <i>Cor.</i> petalo summo majore. <i>Legum.</i> compressum. |
| . . | MYROXYLON. | <i>Cor.</i> petalo summo majore. <i>Cal.</i> campanulatus. <i>Germen</i> corolla longius. <i>Legum.</i> n 1 - spermum. |
| 513. | PARKINSONIA. | <i>Cor.</i> petalo infimo reniformi. <i>Legum.</i> teres, tortuosum. |
| 516. | CAESALPINIA. | <i>Cor.</i> petalo infimo pulchriore. <i>Legum.</i> rhombeum <i>Sem.</i> rhombea. |
| 524. | TOLUIFERA. | <i>Cor.</i> petalo infimo majore. <i>Cal.</i> campanulatus. |
| 514. | CASSIA. | <i>Cor.</i> inaequalis. <i>Anth.</i> rostratae. <i>Legum.</i> isthmis interceptum. |
| 517. | GUILANDINA. | <i>Cor.</i> subaequal. calyci insidens. <i>Legum.</i> rhombeum. <i>Sem.</i> ossia. |
| 522. | DICTAMNUS. | <i>Cor.</i> patula. <i>Filam.</i> pulveracea. <i>Capsf.</i> 5, connexae. <i>Sem.</i> arillata. |

** *Fl. Polypetali aequales.*

- | | | |
|-------|--------------|---|
| 519. | CYNOMETRA. | <i>Cal.</i> 4 partitus: lacin. oppos. major. <i>Legum.</i> 1 - spermum, carnosum. |
| 1260. | PROSOPIS. | <i>Cal.</i> hemisphaericus. <i>Legum.</i> polyspermum. |
| 526. | ADENANTHERA. | <i>Antheris</i> glandula insidens. <i>Legum.</i> compressum membranaceum. |

525. HAEMATOKYLON. *Pistilli* stigma emarginatum. *Siliqua*.
valvis navicularibus.
528. TRICHILIA. *Nectar.* tubulosum: 5-dentatum. *Caps.* 3-
locularis, 3-valvis. *Sem.* baccata.
1306. TURRAEA. *Nectar.* tubulosum, 10-dentatum. *Caps.*
5-cocca. *Sem.* bina.
527. MELIA. *Nectar.* tubulosum, 10-dentatum. *Drupa*
Nucleo 5-loculari.
521. SWIETENIA. *Nectar.* tubulosum, 10-dentatum. *Caps.*
lignosa, 5-valvis. *Sem.* imbricata.
margine membranaceo.
- . . EKEBERGIA. *Nectar.* fertiforme, cingens germen.
Bacca 5-sperma, *Sem.* oblonga.
518. GUAJACUM. *Cal.* lacin. 2 exteriores minores. *Caps.*
carnosa, 3-f. 5-locularis, angulata.
523. RUTA. *Germen* punctis 10 inelliferis. *Caps.*
5-fida, 5-locularis, polysperma.
532. TRIBULUS. *Pistilli* stylus nullus. *Caps.*
5, connexae, polyspermae.
531. FAGONIA. *Cor.* unguis calyci inferti. *Caps.*
5-locularis, 10-valvis, 1-sperma.
530. ZYGOPHYLLUM. *Nectar.* squamae 10 baseos stamin. *Caps.*
5-locul. polysperma.
529. QUASSIA. *Caps.* 5, bivalves, 1-spermae, insertae
receptaculo carnosio.
533. THRYALLIS. *Cor.* 5-petala, *Caps.*
tricocca.
534. LIMONIA. *Cor.* 5-petala. *Bacca*
3-sperma.
535. HEISTERIA. *Cor.* 5-petala. *Drupa*
insidens calyci colorato grandefacto.
539. QUISQUALIS. *Cor.* 5-petala, calyci insidens filiformi.
Drupa sicca.
536. MONOTROPA. *Cal.* corollinus, basi gibbus. *Caps.*
5-locul. polysperma.
553. CLETHRA. *Pistilli* stigmata tria. *Caps.*
3-locul. polysperma.
554. PYROLA. *Antherae* sursum bicornes. *Caps.*
5-locul. polysperma.
546. LEDUM. *Cor.* plana, 5-partita. *Caps.*
5-locul. polysperma.
1307. DIONAEA. *Cal.* 5-phyllus. *Stigma* fimbriatum. *Caps.*
1-locularis. *Sem.* baseos capsulae.

1341. MURRAYA. *Bacca* 1-sperma. *Cor.* 5-petala. *Nectarium* margine cingens germen.
 1261. CHALCAS. *Bacca* 2-sperma. *Cor.* campanulata.
 544. MELASTOMA. *Cor.* calyci infid. *Anth.* refractae. *Bacca* 5-locul. calyce vestita.
 538. JUSSIEUA. *Cor.* 4-f. 5-petala. *Capsf.* infera.

- * *Rhexia Acisanthera.*
 * *Gerania.* * *Conocarpus racemosa.*
 * *Lythrum fruticans.*
 * *Jacquinia racemosa.*

*** *Fl. Monopetali aequales.*

1285. CODON. *Cor.* campanulata, 10-fida. *Cal.* 10-partitus. *Capsf.* polysperma.
 549. ANDROMEDA. *Cor.* campanulata, rotunda. *Capsf.* 5-locularis.
 548. RHODODENDRON. *Cor.* infundibulif. *Stamina* declinata. *Capsf.* 5-locularis.
 545. KALMIA. *Cor.* limbo subtus 5-corniculato. *Capsf.* 5-locularis.
 550. EPIGAEA. *Cal.* exter. 3-phyllus; inter. 5-phyllus. *Capsf.* 5-locularis.
 551. GUALTERIA. *Cal.* exter. 2-phyllus, inter. 5-fidus. *Capsf.* 5-locul. calyce baccato.
 552. ARBUTUS. *Cor.* ovata, basi diaphana. *Bacca* 5-locularis.
 595. STYRAX. *Cor.* infundibulif. *Drupa* disperma.
 1391. INOCARPUS. *Cor.* infundibulif. *Cal.* 2-fidus. *Stamina* duplici serie. *Drupa* 1-sperma.
 520. ANACARDIUM. *Cor.* laciniis reflexis. *Drupa* nucleo supero, nudo.

- * *Vaccinia nonnulla.*

**** *Fl. Apetali s. incompleti.*

540. DAIS. *Cor.* monopetala. *Involucr.* 4-phyllum, multiflorum.
 543. SAMYDA. *Cal.* 5-partitus. *Nectar.* 10-fidum, cingens germen. *Capsf.* baccata, 3-locul.
 541. BUGIDA. *Cal.* 5-partitus, *Bacca* 1-sperma.
 542. COPAIFERA. *Cal.* 0. *Cor.* 4-petala.

- * *Stellera Chamaejasme.*

DIGYNIA.

562. SCLERANTHUS. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-fidus, superus. *Sem.* 2.
 537. TRIANTHEMA. *Cor.* nulla. *Capsf.* circumscissa.
 558. CHRYSOSPLENIUM. *Cal.* nulla. *Cal.* superus.
Capsf. 2-locularis, 2-rostris.
 555. ROYENA. *Cor.* 1-petala. *Cal.* ventricosus.
Capsf. 4-sperma, 4-valvis.
 557. HYDRANGEA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-fidus, superus.
Capsf. bilocularis, 2-rostris, circumscissa.
 559. SAXIFRAGA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-partitus.
Capsf. 1-locularis, 2-rostris.
 560. TIARELLA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* corolliferus.
Capsf. bivalvis: altera majore,
 561. MITELLA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* corolliferus.
Capsf. bivalvis. *Petala* pectinata.
 556. CUNONIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus.
Capsf. bilocularis, acuta.
 563. GYPSOPHILA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5 part. campanulatus.
Capsf. 1-locul. globosa.
 564. SAPONARIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* tubulosus, basi nudus.
Capsf. 1-locul. oblonga.
 565. DIANTHUS. *Cor.* 5-petala. *Cal.* tubulosus, basi squamofus. *Capsf.* 1-locul. oblonga.

* *Trianthema decandra.*

TRIGYNIA.

569. ARENARIA. *Capsf.* 1-locularis. *Pet.* integra, patentia.
 568. STELLARIA. *Capsf.* 1-locularis. *Pet.* bipartita, patentia.
 566. CUCUBALUS. *Capsf.* 3-locularis. *Pet.* bifida fauce nuda.
 567. SILENE. *Capsf.* 3-locularis. *Pet.* bifida fauce coronata.
 570. CHERLERIA. *Capsf.* 3-locularis. *Nectar.* petaloidea, calyce minora.
 . . DEUTZIA. *Capsf.* 3-locularis. *Filamenta* 3-cuspidata.
 571. GARIDELIA. *Capsf.* 3, distinctae. *Pet.* calycina. *Nectar.* 5, bilabiata.
 575. ERYTHROXYLON. *Drupa* 1-sperma. *Pet.* basi squama instructa.
 572. MALPIGHIA. *Bacca* 3-sperma. *Pet.* 5, unguiculata.
Cal. glandulosus.
 573. BANISTERIA. *Sem.* 3, unialata. *Pet.* 5, unguiculata.
Cal. glandulosus.

569. HIRAEA. *Capsf.* 3-alata, 3-locul. 2-sperma. *Petala* 5, unguiculata. *Cal.* minimus.
 1308. TRIOPTERIS. *Sem.* 3, bialata. *Petala* nulla, sed feminum alae.

* *Tamarix germanica.*

TETRAGYNIA.

* *Lychnis alpina.*

PENTAGYNIA.

578. COTYLEDON. *Capsf.* 5 ad nectaria. *Cor.* 1-petala.
 579. SEDUM. *Capsf.* 5 ad nectaria. *Cor.* 5-petala.
 580. PENTHORUM. *Capsf.* 5-loba. *Cor.* petala rariora.
 1309 BERGIA. *Capsf.* 5-locularis, 5-valvis: valvis horizontaliter dehiscentibus.
 386. SPERGULA. *Capsf.* 1-locul. *Petala* integra. *Cal.* 5-phyllus.
 585. CERASTIUM. *Capsf.* 1-locul. *Petala* 2-fida. *Cal.* 5-phyllus.
 583. AGROSTEMMA. *Capsf.* 1-locularis, oblonga. *Cal.* tubulosus, coriaceus.
 584. LYCHNIS. *Capsf.* 3-locularis, oblonga. *Cal.* tubulosus membranaceus.
 582. OXALIS. *Capsf.* 5-locularis, angulata. *Cor.* basi subcohaerens.
 577. SPONDIAS. *Drupa* nucleo 5-loculari. *Cal.* 1-phyllus.
 576. AVERRHOA. *Pomum* 5-loculare. *Cal.* 5-phyllus.
 1235. GRIELUM. *Sem.* 5, distincta, mutica. *Cor.* 5-petala. *Styli* nulli.
 581. SURIANA. *Sem.* 5 subrotunda. *Cor.* 5-petala. *Styli* filiformes, laterales.
 1262. FORSKOHLIA. *Sem.* 5, lana involuta. *Cor.* 10-petala.

* *Adoxa.* * *Gerania.*

* *Coriaria.* * *Drosera lusitanica.*

DECAGYNIA.

587. NEURADA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala.
Capsf. 10-cocca.
 588. PHYTOLACCA. *Cal.* 5-phyllus, corollinus. *Cor.* nulla.
Bacca 10-cocca.

MONO-

MONOGYNIA.

508. SOPHORA. *Cal.* 5-dentatus, superne gibbus.
 533. *Cor.* papilionacea: alis longitudine vexilli. *Legumen.*

- alopécuroi-* 1. S. fol. pinnatis: foliolis numerosis villosis oblongis, caule herbaceo.
des.
- tomentosa.* 2. S. fol. pinnatis: foliol. numerosis subrotundis tomentosis.
- occidentalis.* 3. S. fol. pinnatis: foliol. numerosis subrotundis. *Trew. Ehret. 27. t. 59. An varietas praecedentis?*
- capensis.* 4. S. fol. pinnatis: foliolis numerosis lanceolatis subtus tomentosis: caule fruticoso. *Mant. 67. Sophora oroboides. Berg. cap. 142.*
- japonica.* 5. S. fol. pinnatis: foliolis pluribus ovatis glabris, caule arboreo. *Mant. 68. Burm. ind. 93.*
- heptaphylla.* 6. S. fol. pinnatis: foliol. septenis glabris.
- tetraptera.* 7. S. fol. pinnatis: foliolis numerosis obovatis emarginatis, leguminibus tetragonis: angulis membranaceis *Suppl. p. 230.*
- genioides.* 8. S. fol. ternatis sessilibus: foliol. linearibus. *Berg. cap. 141: β. Sophora gallioides. Berg. cap. 141. Genista rorismarini folio triphyllis. Pluk. phyt 413. f. 5. Corollae carina utrinque cornuta. ut Indigoferae.*
- australis.* 9. S. fol. ternatis subsessilibus glabris, stipul. ensiformibus. *Mant. 378. Habitat in Carolina rectius.*
- tinctoria.* 10. S. fol. ternatis subsessilibus: foliol. obovatis glabris, stipul. minutis. *Mant. 377.*
- alba.* 11. S. fol. ternatis petiolatis, fol. ellipticis glabris, stipulis subsubulatis brevibus. *Crotalaria alba. Sp. plant. 1006. Mant. 440. — Sophora alba. Murr. in comm. gott. 1778. p. 96. t. 6. Vogel Trew. rar. Dec. 2. M. Filamenta omnino distincta. Vexillum corolla brevius.*
- lupinoides.* 12. S. fol. ternatis petiolatis: foliol. ovalibus pilosis. *Flores subsessiles, lutei. Stipulae ensiformes, magnae.*

biflora. 13. S. fol. simplicibus obovatis subtomentosis, pedunculis bifloris. *Berg. cap. 138. Variat foliis glabris et figura folioli.*

509. ANAGYRIS. *Vexillum* alaeque carina breviores
534. in corolla papilionacea. *Legumen.*

foetida. 1. ANAGYRIS. *Hasselqu. iter. 466.*

510. CERCIS. *Cal.* 5-dentatus, inferne gibbus. *Cor.*
534. papilionacea: vexillo sub alis brevi. *Legumen.*

Siliquastrum. 1. C. foliis cordato-orbiculatis glabris.
canadensis. 2. C. fol. cordatis pubescentibus.

511. BAUHINIA. *Cal.* 5-fidus, deciduus. *Petala* pa-
535. tula, oblonga, unguiculata: superiore magis distante, omnia calyci inserta. *Legumen.*

scandens. 1. B. caule cirrhifero.

aculeata. 2. B. caule aculeato. *Jacq. amer. 119. — Ed. 2. pist. p. 60. t. 260. f. 31. M.*

divaricata. 3. B. foliis ovatis: lobis divaricatis.

ungulata. 4. B. fol. ovatis: lobis parallelis.

variegata. 5. C. fol. cordatis: lobis coadunatis obtusis.

purpurea. 6. B. fol. subcordatis bipartitis rotundatis, subtus tomentosis.

tomentosa. 7. B. fol. cordatis: lobis semiobicularibus tomentosis.

acuminata. 8. B. fol. ovatis: lobis acuminatis semiovatis.

512. HYMENÆA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, subae-
536. qualia. *Stylus* intortus. *Legumen* repletum pulpa farinacea.

Courbaril. 1. HYMENÆA. — *Jacq. amer. pist. p. 63. t. 264. f. 65. quoad fructum. M.*

513. PARKINSONIA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5, ovata:
537. infimo reniformi. *Stylus* nullus. *Legumen* moniliforme.

aculeata. 1. PARKINSONIA. — *Jacq. amer. pist. p. 62. t. 119. M.*

514. CASSIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Antherae* supernae 3 steriles; *infimae* 3 rostratae. *Legumen*.

537.

* *Sennae*.

- diphylla.* 1. *C. foliis conjugatis stipulis cordato-lanceolatis.*
bacillaris. 2. *C. fol. bijugis ovatis obliquis, glandula obtusa inter infima, racemis axillaribus pedunculatis, filiqua tereti longa. Suppl. p. 231.*
- Absus.* 3. *C. fol. bijugis obovatis: glandulis duabus subulatis inter infima. Planta pilosa.*
- viminea.* 4. *C. fol. bijugis ovato-oblongis acuminatis: glandula oblonga inter infima, spinis subpetiolaribus obsoletis tridentatis.*
- Tagera.* 5. *C. fol. trijugis: glandula petiolari, stipulis ciliatis cordatis acuminatis.*
- Tora.* 6. *C. fol. trijugis obovatis: exterioribus majoribus, glandula subulata inter inferiora. Mant. 378.*
- bicapsularis.* 7. *C. fol. trijugis obovatis glabris: interioribus rotundioribus minoribus: glandula interjecta globosa.*
- emarginata.* 8. *C. fol. trijugis ovatis rotundatis emarginatis aequalibus.*
- obtusifolia.* 9. *C. fol. trijugis ovatis obtusiusculis.*
- falcata.* 10. *C. fol. quadrijugis ovato-lanceolatis retro-falcatis: glandula baseos petiolorum.*
- longifiliqua.* 11. *C. fol. quadrijugis: foliolis extimis lanceolatis, glandula subulata infra intima interque extima. Suppl. p. 230.*
- occidentalis.* 12. *C. fol. quinquejugis ovato-lanceolatis margine scabris: exterioribus majoribus, glandula baseos petiolorum. Glandula purpurea.*
- planifiliqua.* 13. *C. fol. quinquejugis ovato-lanceolatis glabris, glandula baseos petiolorum. Plum. ic. 77.*
- Fistula.* 14. *C. fol. quinquejugis ovatis acuminatis glabris, petiolis eglandulatis. Rumph. amb. 2. t. 21. Stipulae vix manifestae.*
- atomaria.* 15. *C. fol. quinquejugis ovatis subtomentosis, petioli teretibus eglandulatis. Mant. 68.*
- pilosa.* 16. *C. fol. quinquejugis eglandulatis, stipulis semicordatis acuminatis, caule stricto piloso. Pentandra.*
- Senna.* 17. *C. fol. sejugis subovatis, petiolis eglandulatis. Stipulae patentes. Petioluli luteo-colorati abs-*

- que glandulis. Legumina ovali-oblonga, re-
falcata.*
- biflora.* 18. C. fol. sejugis oblongiusculis glabris: inferioribus minoribus, glandula subulata inter infima, pedicellis bifloris
- ruscifolia.* 19. C. fol. sejugis, foliolis lanceolatis acutis glabris, glandula supra basin costae, floribus racemosis. *Jacq. in Litt. Misc. v. 3. M.*
- hirsuta.* 20. C. fol. sejugis late ovatis acuminatis lanatis.
- multiglandulosa.* 21. C. fol. sejugis subtus et ad oras villosis obtusis, glandula inter omnia foliolorum paria. *Jacq. in Litt. Miscell. v. 3. Icon. rar. M.*
- tomentosa.* 22. C. fol. se- f. octojugis, foliolis linearibus basi oblique rotundatis supra hirtis, paniculis axillaribus, leguminibus villosis. *Suppl. p. 231.*
- serpens.* 23. C. fol. septemjugis, flor. pentandris, caul. filiformibus prostratis herbaceis.
- ligustrina.* 24. C. fol. septemjugis lanceolatis, extimis minoribus, glandula baseos petiolorum. *Mant. 378. Foliola margine pilosa.*
- alata.* 25. C. fol. octojugis ovali-oblongis: exterioribus minoribus, petiolis eglandulatis, stipulis patulis. *Mant. 378.*
- marilandica* 26. C. fol. octojugis ovato-oblongis aequalibus, glandula baseos petiolorum.
- tenuissima.* 27. C. fol. novemjugis oblongis, glandula subulata inter infima.
- Sophera.* 28. C. fol. decemjugis lanceolatis, glandula baseos oblonga.
- bracteata.* 29. C. fol. decemjugis oblongis obtusis eglandulatis, racemis elongatis, bracteis ovatis tumidis imbricatis, legumine quadrangulati compresso. *Suppl. p. 232.*
- auriculata.* 30. C. fol. duodecimjugis obtusis mucronatis, glandulis subulatis pluribus, stipul. reniformibus barbatis.
- javanica.* 31. C. fol. duodecimjugis oblongis obtusis glabris, glandula nulla
- grandis.* 32. C. fol. vigintijugis subholosericeis eglandulatis. *Suppl. p. 230.*
- ** *Chamaecristae foliolis numerosis.*
- Chamaecrista* 33. C. fol. multijugis, glandula petiolari pedicellata, stipul. ensiformibus.

- glandulosa*. 34. C. fol. multijugis multiglandulatis, stipulis subulatis. *Hexandra: antheris 2, longissimis.*
- mimosoides*. 35. C. fol. multijugis linearibus, glandula baseos petiolorum obsoleta, stipul. setaceis.
- flexuosa*. 36. C. fol. multijugis, stipul. dimidiato-cordatis.
- nilitans*. 37. C. fol. multijugis, flor. pentandris, caule erectiusculo.
- procumbens*. 38. C. fol. multijugis eglandulatis, caule procumbente.

515. POINCIANA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5: summo majore. *Stam.* longa: omnia foecunda. *Legumen.*

544.

- bijuga*. 1. P. aculeis solitariis, foliolis emarginatis. -- *Jacq. amer. pict. p. 62. M. (Excluso Raji et Breynii synonymo.)*
- pulcherri-
ma*. 2. P. aculeis geminis. -- *Jacq. amer. pict. p. 62. t. 120. M. Senna ipurja arborea spinosa, fol. decompositis. Raj. hist. 981. Breyn. cent. 61. t. 22. Sloan. hist. 2. p. 49. Petiolus communis Glandula una ad basin et alia ad supremum par; Partialis petiolus supra basin mucronibus duobus.*
- elata*. 3. P. caule inermi. *Cent. 146.*

1390. MYROXYLON. *Cal.* campanulatus. *Petala* 5: summo majore. *Germen* corolla longius. *Legumen* 1-spermum. *Suppl. p. 35.*

peruiferum. MYROXYLON. *Balsamum peruvianum praebet. Suppl. p. 233.*

516. CÆSALPINIA. *Cal.* 5-fidus: lacinia infima majori. *Petala* 5: infimo pulchriore. *Legumen.*

544.

- vesicaria*. 1. C. caule aculeato, foliolis obcordatis subrotundis.
- Sappan*. 2. C. caul. aculeato, foliol. oblongis inaequilatèribus emarginatis.
- Crista*. 3. C. caul. arboreo, foliol. ovatis integris, flor. pentandris.

§17. GUILANDINA. *Cal.* 1-phyllus, hypocrateriformis. *Petala* calycis collo inferta, subaequalia. *Legumen*.

§46.

- Bonduc.* 1. *G. aculeata*, pinnis ovatis, foliolis aculeis foliariis. *Caesalpinia aculeis recurvis*, foliolis *Fl. zeyl.* 157.
- Bonduccella.* 2. *G. aculeata*, pinnis oblongo-ovatis, foliolis aculeis geminis. *Caretti. Rheed. mal.* 2. p. 35. t. 22.
- Nuga.* 3. *G. caule inermi*; foliis petiolo primario subtus aculeis geminis.
- Moringa.* 4. *G. inermis*, fol. subbipinnatis: foliol. inferioribus ternatis. *Mant.* 379. *Polygama ex Hermaphroditis duobus. Legumen longum. Semina triquetra. An Generis proprii?*
- dioica.* 5. *G. inermis*, fol. bipinnatis: basi apiceque simpliciter pinnatis. *Duham. arb.* 1. t. 103.

§18. GUAJACUM. *Cal.* 5-fidus, inaequalis. *Petala* 5, calyci inferta. *Capsf.* angulata, 3-f. 5-locularis.

§46.

- officinale.* 1. *G. foliolis bijugis obtusis.*
- sanctum.* 2. *G. foliol. multijugis obtusis.*
- ajrum.* 3. *G. foliol. multijugis acutis. Rami rigidi. Folia alterna, pinnata, octojuga. Petiolus communis marginatus, articulatus, canaliculatus. Foliola ovato-oblonga, opposita, integerrima, mucronata, glabra, rigidula, perennia, basi interiore laevissime abbreviata. Stipulae ramis appressae, subulatae, minimae.*

§19. CYNOMETRA. *Cal.* 4-phyllus: *Antherae* apice bifidae. *Legum.* carnosum, lunatum, 1-spermum.

§47.

- cauliflora.* 1. *C. trunco florifero. Rumph. amb.* 1. t. 62.
- ramiflora.* 2. *C. ramis floriferis. Rumph. amb.* 1. t. 63.

1285. CODON. *Auctore Cl. Dav. Royeno.*

CAL. Perianthium monophyllum, decempartitum: foliolis subulatis, persistentibus, erectiusculis: alternis brevioribus.

COR. monopetala : campanulata , basi torulosa : Limbo decempartito , aequali.

Nectarium decemloculare , ex squamis 10 , unguibus staminum insertis , conniventibus , receptaculum tegentibus.

STAM. *Filamenta* decem , longitudine corollae. *Antherae* crassae.

PIST. *Germen* superum , conicum. *Stylus* simplex , longitudine staminum. *Stigmata* duo , longa , setacea , divergentia.

PER. biloculare.

SEM. plura , subrotunda , hirta , in pulpa exsucca colorata.

Royeni.

I. CODON. *Roy mss.*

Habitat - - - - - ☉

Caulis herbaceus , firmus , cubitalis , teres ramis assurgentibus. *Folia* alterna , petiolata , cordato-ovata , subrepanda , indivisa , acuminata , subcoriacea , glabra , supra avenia. *Flores* supra-axillares , solitarii , pedunculati , facie corollae *Atropae Belladonnae* , albidii , extus notati striis 10 purpurascensibus. *Herba* tota adpersa striis. *Royen.*

522. DICTAMNUS. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5 , patula.
548. *Filamenta* punctis glandulosis adpersa. *Caps.* 5 , coalitae.

albus.

I. D. foliis pinnatis , caule simplici. *Suppl.* p. 232. *Dictamnus albus.* *Syst. ed. 13.* p. 330 - *Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 428.* M.

capensis.

2. D. fol. simplicibus , caule ramoso. *Suppl.* p. 232.

523. RUTA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* concava. *Receptac.* punctis melliferis decem cinctum. *Caps.* lobata. *Quinta pars numeri in quibusdam excluditur.*

graveolens.

I. R. foliis decompositis , floribus lateralibus quadrifidis. β . *Montana* varietas , fol. linearibus nec lanceolatis.

chalepensis.

2. R. fol. supradecompositis , petalis ciliatis. *Mant.* 69.

pinnata.

3. R. fol. pinnatis trijugis : foliolis lanceolatis : impari ferrato , petalis planis subcrenulatis. *Suppl.* p. 232.

pata-

patavina. 4. R. fol. ternatis sessilibus. *Petala plana, integra.*
linifolia. 5. R. fol. lanceolatis indivisis. *Petala plana, integra.*

524. TOLUIFERA. *Cal.* 5-dentatus, campanulatus.
 549. *Petala* 5, infimo maximo, obcordato. *Stylus* nullus.

Balsamum. I. TOLUIFERA.

525. HAEMATOXYLUM. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5.
 549. *Capsf.* lanceolata. 1-lo-
 cularis, 2-valvis: val-
 vis navicularibus.

Campechia- I. HAEMATOXYLUM. *Jacq. obs.* 20.
num.

1260. PROSOPIS. *Cal.* hemisphaericus, 4-dentatus.
Stigm. simplex. *Legum.* infla-
 tum, polyspermum.

spicigera. I. PROSOPIS. *Mant.* 68. *Burm. ind.* 102. t. 25. f. 3.

1261. CHALCAS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata.
 petalis unguiculatis. *Stigma*
 capitato-verrucosum.

paniculata. I. CHALCAS. *Mant.* 68. *Chalcas Cammuneng. Burm.*
ind. 104.

1341. MURRAYA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata
 Nectario germen cingente.
Bacca monosperma.

exotica. MURRAYA. *Mant.* 563.

526. ADENANTHERA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5,
 550. *Antheris* apice exteriore
 glandulae globosae affi-
 xae. *Legumen* membra-
 naceum.

pavonia. I. A. foliis utrinque glabris. *Rumph. amb.* 3. t. 109.
falcata. 2. A. fol. subtustomentosis. *Rumph. amb.* 3. t. 112.
Obs. an hujus Generis Arbor coeli. Rumph.
amb. 3. p. 205. t. 132.

528. TRICHILIA. *Cal.* sub 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectarium* cylindricum, ore Antheras gerens. *Capsf.* 3-locularis, 3-valvis. *Sem.* baccata.

550.

- hirta.* 1. *T.* foliis pinnatis subhirsutis. *Trichilia spondioides*, racemis axillaribus, foliolis intermediis majoribus. *Jacq. amer.* 128. — *Ed. 2. pict.* p. 64. M.
- glabra.* 2. *T.* fol. pinnatis glabris, foliolis extremis majoribus. *Jacq. amer.* 129 t. 175. f. 38. — *Ed. 2. pict.* p. 65. t. 260. f. 35. quoad solum. M.
- trifolia.* 3. *T.* fol. ternatis. — *Jacq. amer. pict.* p. 65. t. 123.

1306. TURRAEA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectarium* cylindricum, ore antheras gerens. *Capsf.* 5-cocca. *Sem.* bina.

virens. 1. TURRAEA. *Mant.* 732.

521. SWIETENIA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Nectarium* cylindricum ore antheras gerens. *Capsf.* 5-locularis lignosa, basi dehiscens. *Sem.* imbricata, alata.

548.

Mahagoni. 1. SWIETENIA. *Jacq.* Similis *Cedrelae* foliolo impari majore, at *Cedrelae* foliola altero latere angustiora.

. . EKEBERGIA. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 4. *Nectarium* fertiforme, cingens germen. *Bacca* 5-sperma seminibus oblongis. *Thunb. Diff. n. gen. pl.* p. 43. M.

capensis. 1. EKEBERGIA. *Thunb. l. c. ip.* 44. *Sparman act. Stockholm.* 1779. p. 282. t. 9. M.

527. MELIA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectarium* cylindraceum, ore Antheras gerens corollae. *Drupa* nucleo quinqueloculari.

Azedarach. 1. M. foliis bipinnatis.

Azadirachta. 2. M. fol. pinnatis.

530. ZYGOPHYLLUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Nectarium* 10-phyllum, germen tegens. *Capsula* 5-locularis.

551.

simplex. 1. Z. foliis simplicibus sessilibus cylindricis. *Mant.* 68.

cordifolium. 2. Z. fol. simplicibus oppositis cordato-orbiculatis. *Suppl.* p. 232.

Fabago. 3. Z. fol. conjugatis petiolatis: foliol. obovatis, caule herbaceo.

coccineum. 4. Z. fol. conjugatis petiolatis: foliol. cylindricis carnofis laevibus.

album. 5. Z. fol. conjugatis petiolatis: foliol. clavatis carnofis arachnoideo-incanis. *Mant.* 379.

Morgsana. 6. Z. fol. conjugatis subpetiolatis: foliol. obovatis, caule fruticoso. *Mant.* 379.

sessilifolium. 7. Z. fol. conjugatis sessilibus: foliol. lanceolato-ovalibus margine scabris, caule fruticoso.

spinosum. 8. Z. fol. conjugatis sessilibus: foliol. linearibus, carnofis supra planis, caule fruticoso. *Caulis erectus: Ramis alternis, longitudine plantae. Stipulae verticillatae 4, subulatae, brevissimae, rigidulae. Folia quaterna, linearia, carnosa, supra plana, subtus teretiuscula, acuta. Corollae nutantes, luteae.*

aestivans. 9. Z. fol. conjugatis sessilibus, foliol. obovatis retufis.

microphyllum. 10. Z. fol. (addo conjugatis) subpetiolatis: foliol. ovalibus minutis, capsulis emarginatis. *Suppl.* p. 232.

arboreum. II. Z. fol. pinnatis, caule arboreo. *Sp. pl.* 1673. — *Jacq. amer. pitt.* p. 65. t. 124. M.

529. QUASSIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Nectarium* 5-phyllum. *Pericarpia* 5, distantia, 1-sperma.

553.

amara.

1. Q. floribus hermaphroditis, foliis impari-pinnatis: foliolis oppositis sessilibus, petiolo articulato alato, floribus racemosis. *Suppl.* p. 235. Quassia amara. *Syst. ed. 13.* p. 333. *Amoen. acad. 6.* p. 421. t. 429. *Sp. pl.* 1679. — Quassia pentaphylla, pediculis alatis, floribus racemosis terminalibus coccineis, fructu pentaspermo. *Patris in Rozier Observations tom. 9.* p. 140. *Febr. tab. 2.* M.

Simaruba.

2. Q. flor. monoicis, fol. abrupte pinnatis: foliolis alternis subpetiolatis, petiolo nudo, flor. paniculatis. *Suppl.* p. 234. Simaruba amara *Aublet. guian. v. 2.* p. 859. t. 331. 332. *Inde cortex Simarubae officinarum.*

531. FAGONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, cordata: *Capsf.* 5-locularis, 10-valvis: *loculis* 1-spermis.

553.

cretica.

1. F. spinosa, foliolis lanceolatis planis laevibus. *Mant.* 380. *Caulis* pentagonus, depressus, patens, dichotomus. *Folia* opposita, ternata, lanceolata, subcarnata. *Stipulae* 4, spinoscentes, recurvatae. *Affinis Zygo-phyllo.*

arabica.

2. F. spinosa, foliol. linearibus convexis.

hispanica.

3. F. inermis.

532. TRIBULUS. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, patentia. *Styl.* 0. *Capsf.* 5, gibbae, spinosae, polyspermae.

553.

maximus.

1. T. foliis subquadrijugis: exterioribus majoribus, pericarpis decaispermis muticis.

lanuginosus.

2. T. fol. subquinquejugis subaequalibus, seminibus bicornibus. *Mant.* 380. *Caulis* adscendentes, longi, teretes, pilosi, articulati. *Folia* opposita, (suprema alterna), petiolata altero minore: *Foliola* ovali-oblonga, acutiuscula, utrinque pilosa. *Petioli* pilosi. *Stipula* ad quodvis folium, lanceolata, marcescens. *Pedunculus* ex alis alternis, s. minoris folii (una cum ramulo), uniflorus, Cc pilo-

pilosus, foliis brevior. Fructus angulatus, pilosus.

terrestris. 3. T. foliis subsexjugis subaequalibus, seminibus quadricornibus.

Cistoides. 4. T. fol. octojugis subaequalibus.

533. THRYALLIS. Cal. 5-partitus. Petala 5. Capsf.

554. 3-cocca.

brasiliensis. 1. THRYALLIS.

534. LIMONIA. Cal. 5-partitus. Petala 5, Bacca 3-

554. locularis. Sem. solitaria.

monophylla. 1. L. foliis simplicibus, spinis solitariis. *Mant.* 732. Limones pusilli zeylanici sylvestres. *Burm. zeyl.* 143. t. 65. f. 2.

trifoliata. 2. L. fol. ternatis, spinis geminis *Mant.* 732. Limonia spinis axillaribus geminis, foliis ternatis ovatis impari majore, fructu solitario. *Burm. ind.* 103. t. 35. f. 1.

acidissima. 3. L. fol. pinnatis, spinis solitariis. *Mant.* 380. Limonia spinis axillaribus solitariis rectis, foliis pinnatis: petiolis alatis. *Brown. jam.* 102.

536. MONOTROPA. Cal. 0. Petala 10; horum 5 exte-

555.

reriora basi excavato-mellifera. Capsf. 5-valvis. Quinta pars numeri quibusdam excluditur.

Hypopithys. 1. M. floribus lateralibus octandris: terminali decandro. *Fl. dan.* t. 232.

uniflora. 2. M. caule unifloro, flore decandro.

1307. DIONAEA. Cal. 5-phyllus. Petala 5. Capsf. unilocularis, gibba, polysperma.

Muscipula. 1. DIONAEA. *Ellis. Epist. ad Linneum in act. ups. nov. vol. 1. p. 98. tab. 8. M. Miraculum naturae: Fona biloba, radicalia, ciliata, conduplicanda, sensibilia, insecta incarcerantia.*

538. JUSSIEUA. *Cal.* 4-f. 5-partitus, superus. *Petala*
 555. 4-f. 5. *Capf.* 4-f. 5-locularis,
 oblonga, angulis dehiscens. *Sem.*
 numerosa, minuta.

- repens.* 1. J. repens, floribus pentapetalis decandris, foliis ovato-oblongis. β . Jussieua adscendens. *Mant.* 69.
- tenella.* 2. J. glabra, flor. pentapetalis subsessilibus, fol. oppositis lineari-lanceolatis. *Burm. ind.* 103. t. 34. f. 2. †
- peruviana.* 3. J. erecta, flor. pentapetalis, pedunc. foliosis.
- suffruticosa.* 4. J. erecta villosa, flor. tetrapetalis octandris pedunculatis. *Mant.* 381. *Rumph. amb.* 6. t. 41.
- erecta.* 5. J. erecta glabra, flor. tetrapetalis octandris sessilibus. *Mant.* 381. *Plum. ic.* 175.
- inclinata.* 6. J. erecta glabra, flor. tetrapetalis octandris pedunculatis. *Suppl.* p. 235.

535. HEISTERIA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Drupa* calyce colorato maximo
 1663.

coccinea. I. HEISTERIA. *Sp. pl.* 1663. *Jacq. amer. pict.* p. 64. t. 122. M. *Lauro affinis.*

539. QUISQUALIS. *Cal.* 5-fidus, filiformis. *Petala* 5.
 556. *Drupa* 5-angularis.

indica. I. QUISQUALIS. *Burm. ind.* t. 35. f. 2. et t. 28. f. 2.

540. DAIS. *Involutr.* 4-phyllum. *Cor.* 4-f. 5-fida. *Bacca*
 556. 1-sperma.

cotiniifolia. 1. D. floribus quinquefidis decandris.

octandra. 2. D. flor. quadrifidis octandris. *Mant.* 69.

544. MELASTOMA. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Petala* 5, calyci inserta. *Bacca*
 558. 5-locularis, calyce obvoluta.

Acinodendron. 1. M. foliis denticulatis subtrinerviis ovatis acutis.

Grossularioides. 2. M. fol. denticulatis triplinerviis ovatis acuminatis. *Pluk.* t. 249. f. 4. *rectius.*

scabrosa. 3. M. fol. denticulatis quinquenerviis cordatis scabris, subtus tomentosis, ramis tomentoso-villosis,

- hirta.* 4. M. foliis denticulatis quinquenerviis ovato-lanceolatis, caule hispido.
- fragilis.* 5. M. fol. (addo ferratis M.) quinquenerviis reticulatis, racemis floribus secundis sessilibus. *Suppl.* p. 236.
- aspera.* 6. M. fol. integerrimis trinerviis lanceolatis scabris. *Rumph. amb. 4. t. 71.*
- holosericea.* 7. M. fol. integerrimis trinerviis oblongo-ovatis, subtus tomentosis, racem. brachiatis, spicis bipartitis.
- strigosa.* 8. M. fol. integerrimis trinerviis strigosis ovatis, flor. solitariis. *Suppl.* p. 236.
- sessilifolia.* 9. M. fol. integerrimis triplinerviis spatulatis sessilibus subtus tomentosis.
- Malabathrica.* 10. M. fol. integerrimis quinquenerviis lanceolato-ovatis scabris. Fructus niger. *Rumph. amb. 4. p. 137. t. 71. Burm.*
- laevigata.* 11. M. foliis integerrimis quinquenerviis ovato-oblongis laeviusculis acuminatis margine laevibus.
- discolor.* 12. M. fol. integerrimis quinquenerviis oblongo-ovatis glabris margine laevibus. Melastoma floribus octandris, fol. quinquenerviis. *Jacq. amer. 130. t. 84. — Ed. 2. pict. p. 65. t. 125. M.*
- octandra.* 13. M. fol. integerrimis trinerviis ovatis glabris margine hispidis. Melastoma scabra trinervia. *Burm. zeyl. 154. t. 72.*
- grossa.* 14. M. fol. integerrimis quinquenerviis subcordatis scabris. *Suppl.* p. 236.
- crispata.* 15. M. fol. integerrimis quinquenerviis quaternis, ramis crispatis.

545. KALMIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* hypocrateriformis: limbo subtus quinecorni.

560.

Caps. 5-locularis.

angustifolia *Griseb. in Har.*

latifolia. 1. K. foliis ovatis, corymbis terminalibus.

angustifolia. 2. K. fol. lanceolatis, corymb. lateralibus. — *Mill. illustr. ic. M.*

546. LEDUM. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* plana, 5-partita.

561.

Caps. 5-locularis, basi dehiscens.

palustre. LEDUM. — Cfr. *Linnei et Westring Diss. de Ledo palustri* 1775. M.

548. RHODODENDRON. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* subinfundibulif. *Stam* declinata. *Capsf.* 5-locularis.

562.

- ferrugineum. 1. R. foliis glabris subtus leprosis, corollis infundibuliformibus. *Jacq. obs. 26. t. 16.* — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 255. M.* Corolla declinata, inaequalis: Petalis 2. inferioribus angustioribus.
- dauricum. 2. R. fol. glabris punctatis nudis, coroll. rotatis. Andromeda foliis ovatis utrinque punctatis. *Gmel. sib. 4. p. 124.* Ledum groenlandicum. *Fl. dan. t. 567.* Caulis nudus, proliferus. apice foliosus. Folia petiolata, oblonga, supra nuda, confertim utrinque punctata, subtus confertissime ferrugineo-punctata. Corollae violaceae, foliis ampliores. Stamina patentia, longitudine corollae. Stylus sanguineus. Similis Azaleae lapponicae.
- chrysanthum. 3. R. fol. oblongis inpunctatis supra scabris venosissimis, corolla rotata irregulari, gemma florifera ferrugineo tomentosa. *Suppl. p. 237.* Rhododendron chrysanthum. *Pall. it. v. 3. p. 729*
- hirsutum. 4. R. fol. ciliatis nudis, coroll. infundibuliformibus. — *Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 98. M.*
- Chamaeciflus. 5. R. fol. ciliatis, coroll. rotatis. Chamaerhododendros berberis folio, flore amplo roseo. *Gmel. sibir. 4. p. 126.* — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 217. M.*
- ponticum. 6. R. fol. nitidis lanceolatis utrinque glabris. racem. terminalibus.
- maximum. 7. R. fol. nitidis ovalibus obtusis venosis margine acuto reflexo, pedunc. unifloris. Andromeda foliis ovatis utrinque venosis. *Gmel. sib. 4. p. 121. t. 54. quae similis.*

549. ANDROMEDA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ovata: ore 5-fido. *Capsf.* 5-locularis.

563.

- tetragona. 1. A. pedunculis solitariis lateralibus, corollis campanulatis, fol. oppositis imbricatis obtusis revolutis.

- hypnoides*. 2. A. pedunc. solitariis terminalibus, coroll. campanulatis, fol. confertis subulatis. *Fl. dan. t. 10. Antherae aristatae.*
- cerea*. 3. A. pedunc. axillaribus diphyllis unifloris, fol. alternis ovatis serratis. *Suppl. p. 238.*
- coerulea*. 4. A. pedunc. aggregatis, coroll. ovatis, fol. sparsis linearibus obtusis planis. *Fl. dan. t. 57. Antherae muticae*
- mariana*. 5. A. pedunc. aggregatis, coroll. cylindricis, fol. alternis ovatis integerrimis *Antherae muticae. Corollae cylindrico-campanulatae.*
- Polifolia*. 6. A. pedunc. aggregatis, coroll. ovatis, fol. alternis lanceolatis revolutis. *Fl. dan. t. 54. Antherae aristatae.*
- Bryantha*. 7. A. flor. corymbosis, fol. ellipticis, caule prostrato. *Mant. 238. Bryanthus. Gmel. sibir. 4. p. 133. t. 57. f. 3. Antherae dorso filamentorum perpendiculariter adhaerentes.*
- Daboecia*. 8. A. racemis secundis, flor. quadrifidis ovatis, fol. alternis lanceolatis revolutis. *Erica Daboecii. Sp. pl. 509. Racemus terminalis, simplex: Floribus alternis, secundis: Pedicellis unifloris, subviscidis, subtus Bractea lineari. Cal. 4-phyllus, subulatus, erectus, purpurascens, corolla quadruplo brevior, deciduus. Corolla violacea, cylindrico ovalis, A. Polifoliae duplo major, ore parum coarctato 4-fido; laciniis reflexis. Stamina 8. filamentis albis. Antherae longitudine filamentorum, vix corolla breviores, fuscae, sagittatae. muticae, apice truncatae foraminibus 2. Stylus filiformis, longitudine corollae. Stigma obtusum, subquadrifidum. Facies tota Andromedae. Numerus Ericae est. Fructus est Capsula quadrilocularis, quadrivalvis. Misit P. Collinson.*
- droseroides*. 9. A. racemis secundis, fol. linearibus pilosis viscidis. *Mant. 239. Erica glutinosa. Berg cap. 99. Chamaecistus roris foliis. Pet. mus. 22. t. 161. Folia Droserae cistiflorae. Fructificationis numerus interdum Ericae propior. Antherae aristatae.*
- paniculata*. 10. A. racem. secundis nudis paniculatis, coroll. subcylindricis, fol. alternis oblongis crenulatis. *Antherae aristatae.*

- japonica.* 11. A. racem. paniculatis, cylindricis bracteatis, fol. ellipticis reflexis apice ferratis. *Thunb. japon msp.* M.
- racemosa.* 12. A. racem. secundis bracteatis, coroll. gibbofo-cylindricis, fol. alternis oblongis ferratis.
- arborea.* 13. A. racem. secundis nudis, coroll. rotundo ovatis.
- calyculata.* 14. A. racem. secundis foliaceis, coroll. subcylindricis, fol. alternis lanceolatis obtusis punctatis. *Gmel. fib. 4. p. 119. Antheræ muticæ bifidæ.*
- anastomofans.* 15. A. racem. confertis foliaceis (M.), fol. ovatis subferratis subtus anastomofibus punctatis. *Suppl. p. 237.*
- rupestris.* 16. A. fol. oblongis alternis ferrulatis. *Suppl. p. 237.*

550. EPIGÆA. *Cal. exterior* 3-phyllus; *interior* 5-partitus. *Cor.* hyprocrateriformis. *Caps.* 5-locularis.

repens I. EPIGÆA.

551. GAULTHERIA. *Cal. exterior* 2-phyllus; *interior* 5-fidus. *Cor.* ovata. *Nectarium* mucronibus 10. *Caps.* 5-locularis, vestita calyce interiore baccato.

procumbens. I. GAULTHERIA.

552. ARBUTUS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ovata: ore basi pellucida. *Bacca* 5-locularis.

Unedo. 1. A. caule arboreo, foliis glabris obtuse ferratis, panicula terminali, baccis polyspermis. *Suppl. p. 238. Arbutus Unedo. Syst. ed. 13 p. 339.*

laurifolia. 2. A. caule arboreo, fol. oblongis utrinque acuminatis acute ferratis glabris, racemis axillaribus secundis sessilibus solitariis. *Suppl. p. 238.*

Andrachne. 3. A. caule arboreo, fol. glabris integerrimis ferratisque, bacc. polyspermis. *Andrachne frutescens, spica erecta, foliis ovatis integerrimis et ferratis. Ehret. cat. angl. 1767. vol. 57. p. 114. t. 6. opt. Panicula erecta pedunculis hispidis. Simillima Arb. Unedoni, sed foliis*

nonnullis integerrimis, et panicula viscido pubescente, quae in *Unedone laevis*.

- ferruginea*. 4. A. caule arborecente, fol. oblongis obtusis glabris integerrimis, racemis terminalibus. *Suppl. p. 238.*
- mucronata*. 5. A. caule fruticoso, fol. alternis ovatis ferratis mucronatis, pedunculis axillaribus unifloris. *Suppl. p. 239.*
- pumila*. 6. A. caulibus diffusis, fol. alternis distichis oblongis integerrimis, floribus lateralibus solitariis. *Suppl. p. 239.*
- acadiensis*. 7. A. caul. procumbentibus, fol. ovatis subserratis, flor. sparsis, bacc. polyspermis.
- alpina*. 8. A. caul. procumbentibus, fol. rugosis ferratis. *Fl. dan. t. 73.*
- Uva ursi*. 9. A. caul. procumbentibus, fol. integerrimis. Cfr. *Murr. Monographia, 1764. Fl. dan. t. 33. Baccae pentaspermae, ut in A. alpina.*

1391. INOCARPUS. *Cal.* bifidus. *Cor.* infundibuliformis. *Stamina* duplici serie. *Drupa* monosperma. *Suppl. p. 35.* — *Thunb. Diss. n. gen. pl. p. 45.*

edulis. I. *Suppl. p. 239.* — *Gajan, gajanus Rumph. amb. tom. 1. p. 170. t. 65. Thunb. l. c. p. 46. M.*

553. CLETHRA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Stigma* 3-fidum. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis.

alnifolia. I. CLETHRA. *Mill. ic. 281. (An minor distincta species?)*

554. PYROLA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Caps.* 5-locularis, angulis dehiscens.

rotundifolia. I. P. staminibus ascendentibus, pistillo declinato. *Fl. dan. t. 110.*

minor. 2. P. flor. racemosis dispersis, staminibus pistillisque rectis. *Fl. dan. t. 55.*

secunda. 3. P. racemo unilaterali. *Fl. dan. t. 402.*

- umbellata*. 4. P. pedunculis subumbellatis.
maulata. 5. P. pedunculis bifloris.
uniflora. 6. P. scapo unifloro. *Fl. dan. t. 8.*

546. STYRAX. *Cal. inferus. Cor. infundibuliformis.*
 635. *Drupa 2-sperma.*

officinale. STYRAX. *Mill. ic. t. 260. Germen omnino superum, nec inferum est, et Staminum numerus naturalis 10. Ab Halesia diversum.*

543. SAMYDA, *Cal. 5-partitus, coloratus. Cor. nulla.*
 557. *Capf. intus baccata, 3-valvis, 1-ocularis. Sem. nidulantia.*

- parviflora*. 1. S. floribus decandris, foliis ovato-oblongis, utrinque glabris. — *Casearia parviflora. Jacq. amer. pict. p. 66. t. 127. M.*
nitida. 2. S. flor. octandris, fol. cordatis glabris.
spinosa. 3. S. flor. octandris, ramis spinosis. — *Casearia aculeata. Jacq. amer. pict. p. 66. M.*
pubescens. 4. S. flor. dodecandris, fol. ovatis subtus tomentosis.
ferrulata. 5. S. flor. dodecandris, fol. ovato-oblongis ferrulatis. — *Jacq. amer. pict. p. 66. M.*

542. COPAIFERA. *Cal. 0. Petala 4. Legum. ovatum.*
 557. *Sem. 1, arillo baccato.*

officinalis. 1. COPAIFERA. — *Jacq. amer. pict. p. 67. t. 123. M. Copaiba Marcgr. bras. 130. Pif. bras. 56. Folia alterna, pinnata, quadrijuga: foliis altero latere angustioribus, alternis, exceptis ultimis.*

541. BUCIDA. *Cal. 5-dentatus, superus. Cor. 0. Bacca monosperma.*
 556.

Buceras. 1. BUCIDA.

DIGYNIA.

555. ROYENA. *Cal.* urceolatus. *Cor.* 1-petala, limbo revoluta. *Capsf.* 1-ocularis, 4-valvis.
- 568.

lucida.

1. R. foliis ovatis scabriusculis.

villosa.

2. R. fol. cordatis oblongis subtus tomentosis. Royena scabra. *Burm. prodr.* 13. *Habitat ad Cap. b. spei. Dav. Royen. v. Similis Royenae lucidae, sed Rami villosi. Folia elliptica s. oblonga, basi cordata, subtus tomentosa, obtusiuscula, breviter petiolata petiolis villosis. Flores axillares, nutantes, solitarii: pedunculis villosis longitudine florum. Bractaeae 2, oppositae, ovatae, acutae, pubescentes, calyce majores eoque subjectae, deciduae.*

glabra.3. R. fol. lanceolatis glabris. *Berg. cap.* 144.hirsuta.

4. R. fol. lanceolatis hirsutis.

polyandra.5. R. fol. ovatis subtus tomentosis, staminibus plurimis. *Suppl. p.* 240. *Polygama et polyandra.*

557. HYDRANGAEA. *Capsf.* 2-ocularis, 2-rostris, circumscissa.
- 568.

arborescens. 1. HYDRANGAEA. *Mill. ic. t.* 251.

556. CUNONIA. *Cor.* 5 petala. *Cor.* 5-phyllus. *Capsf.* bilocularis, acuminata, polysperma. *Styli* flore longiores.
- 569.

capensis. 1. CUNONIA. *Glandulae spatiformes, axillares, petiolatae.*

537. TRIANTHEMA. *Cal.* sub apice mucronatus. *Cor.* 0. *Stam.* 5-f. 10. *Germen* retusum. *Capsf.* circumscissa.
- 325.

monogyna. 1. T. floribus pentandris monogynis. *Trianthema Portulacastrum. Sp. plant.* 325. *Mant.* 69.pentandra. 2. T. flor. pentandris digynis. *Mant.* 70.decandra. 3. T. flor. subdecandris digynis. *Mant.* 70. *Zaleja. Burm. ind.* 110.

558. CHRYSOSPENIUM. *Cal.* 4-f. 5-fidus, coloratus. *Cor.* o. *Capsf.* 2-rostris, 1-locularis, polysperma.

569.

alternifolium. 1. C. foliis alternis. *Fl. dan. t.* 366.

oppositifolium. 2. C. fol. oppositis. *Fl. dan. t.* 365.

559. SAXIFRAGA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Capsf.* 2-rostris, 1-locularis, polysperma.

570.

* *Foliis indivisis, caule subnudo.*

- Cotyledon. 1. S. foliis radicatis aggregatis lingulatis cartilagineo-ferratis, caule paniculato. *Fl. dan. t.* 24^r. *Variat Panicula ramosissima multiflora et subramosa pauciflora, Petalis immaculatis et punctatis, idque constanter.*
- mutata. 2. S. fol. radicalibus aggregatis lingulatis cartilagineo-ferratis, caule racemoso folioso, (ad M.) calyce villoso et viscido.
- Aizoon. 3. S. fol. radicatis aggregatis lingulatis cartilagineo-ferratis, caule subracemoso, calyce glabro. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 5. t. 438. M.*
- pensylvanica. 4. S. fol. lanceolatis denticulatis, caul. nudo paniculato, flor. subcapitatis.
- androsacea. 5. S. fol. lanceolatis obtusis pilosis, caule nudo bifloro. *Pluk. alm. 331. t. 222. f. 2. — Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 389. M.*
- caesia. 6. S. fol. linearibus perforato-punctatis aggregatis recurvatis, caul. multifloro. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 374. M. Sedi species minima. Gesn. fasc. 24. t. 11. f. 30. Foliorum basis ciliata. Schmied. Varietas Mant. 382.*
- bursariana. 7. S. fol. aggregatis imbricatis triquetris subulatis laevibus, caule subnudo unifloro. Saxifraga foliis crassis pungentibus, caule viscoso paucifloro. *Hall. arb. helv. 6. p. 10. t. 39. Flores lactei lineis pallidis. Varietatem hujus caulibus 5-floris: floribus fastigiatis e monte Canzo Italiae. Vandelli.*

- sedoides*. 8. S. fol. aggregatis alternis oppositisque sublan-
ceolatis, flor. pedunculato. *Caulis ramosissimus, filiformis, depressus, apicibus terminatis. Foliis aggregatis, linearibus, laevibus. Pedunculus saepe uniflorus, rarius 2-f. 3-florus. Flos superus.*
- bryoides*. 9. S. fol. ciliatis inflexis imbricatis, caul. nudiusculo multifloro. *Mant. 383. Petala flava maculis fulvis.*
- bronchialis*. 10. S. fol. imbricatis subulatis ciliatis spinosis, caul. subnudo multifloro. *Gmel. sib. 4. p. 164. t. 65. f. 2.*
- stellaris*. 11. S. fol. ferratis, caul. nudo ramoso, petal. acuminatis. *Fl. dan. t. 23. Calyx reflexus.*
- crassifolia*. 12. S. fol. ovalibus retusis obsolete ferratis petiolatis, caule nudo, panic. conglomerata. *Linn. dec. 2. p. 27. t. 14. Gmel. sib. 4 p. 166. t. 66. Folia coriacea, palmaria. Flores ruberrimi.*
- nivalis*. 13. S. fol. ovatis crenatis subsessilibus, caul. nudo, flor. congestis. *Fl. dan. t. 28.*
- punctata*. 14. S. fol. subrotundis dentatis longius petiolatis, caule nudo.
- sarmentosa*. 15. S. fol. radicalibus subrotundis cordatis crenatis, sarmentis axillaribus radicanibus, corolla irregulari, racemo composito. *Suppl. p. 240. — Sekika vulgo Kifinso it. Jakinofta Kämpf. am. exot. p. 870. Cfr. Schreb. Monographia in Besch. d. Dionaea Muscipula ed. 2. p. 14. t. 2. 3. Saxifraga ligulata, foliis subrotundis subtus papillofis, panicula secunda, petalis binis inferioribus longissimis. Murr. in comm. gott. 1781. p. 26. t. 1. Saxifraga stolonifera, foliis inciso-lobatis pilosis caule subnudo erecto paniculato. Thunb. in Act. Ups. nov. tom. 3. p. 208. Conf. Saxifraga sarmentosa. Thunb. jap. mspt. Saxifraga stolonifera, foliis subrotundis crenatis caule paniculato subnudo, petalis duobus maximis tribus minimis. Jacq. in Litt. Miscell. v. 2. p. 321. Icon. rar. t. 15. M.*
- umbrosa*. 16. S. fol. ovatis subretusis cartilagineo-crenatis, caul. nudo paniculato.
- hirsuta*. 17. S. fol. cordato-ovalibus retusis cartilagineo-crenatis, caule nudo paniculato. *Calyx reflexus.*

- cuneifolia. 18. S. fol. cuneiformibus obtusissimis repandis, caul. nudo paniculato. *Calyx reflexus.*
Geum. 19. S. fol. reniformibus dentatis, caule nudo paniculato. *Calyx reflexus.*

** *Foliis indivisis, caule folioso.*

- oppositifolia. 20. S. fol. caulinis oppositis imbricatis: summis ciliatis. *Fl. dan. t. 34. Varietas sterilis. Gesn. fasc. 26. t. 9. f. 3.*

- aspera. 21. S. fol. caulinis lanceolatis alternis ciliatis, caul. procumbentibus. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. app. t. 31. M. Ger. prov. 423. Mant. 383. Flores superi.*

- Hirculus. 22. S. fol. caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus, caul. erecto. *Fl. dan. t. 200. Gmel. sib. 4. p. 165. t. 65. f. 3. Mant. 383. Caulis simplex, saepe biflorus. Caulis reflexus. Petala nervosa. Flor. dan. t. 200.*

- aizoides. 23. S. fol. caulinis linearibus subulatis sparsis nudis inermibus, caul. decumbentibus. *Fl. dan. t. 72. Mant. 383.*

- muscoides. 24. S. fol. radicalibus aggregatis linearibus integris trifidisque, scapo gracili, suberecto paucifloro, flor. subsessilibus. *Jacq. Misc. v. 2. p. 125. Saxifraga foliis integris et trifidis, caule subnudo, paucifloro. Hall. hist. helv. n. 988. Corolla citrina. M.*

- autumnalis. 25. S. fol. caulinis linearibus alternis ciliatis: radicalibus aggregatis. *Varietas S. aizoides ex mente Halleri, Jacquini.*

- rotundifolia. 26. S. fol. caulinis reniformibus dentatis petiolatis, caul. paniculato.

- granulata. 27. S. fol. caulinis reniformibus lobatis, caul. ramoso, radice granulata. *Fl. dan. t. 514. — Mill. illustr. ic. M. Germen inferum.*

*** *Foliis lobatis, Caulibus erectis.*

- bulbifera. 23. S. fol. palmato-lobatis: caulinis sessilibus, caul. ramoso bulbifero. *Fl. dan. t. 22. Germen inferum.*

- cernua. 29. S. fol. caulinis palmatis petiolatis, caul. simplicissimo unifloro bulbifero. *Fl. dan. t. 22. Germen superum. Variat caule ramoso.*

- rivularis. 30. S. fol. caulinis palmatis: summo florali ovato, caul. simplici subbifloro. *Fl. dan. t. 118.*
- geranioides. 31. S. fol. radicalibus reniformibus quinquelobis multifidis, caulinis linearibus, caul. subnudo ramoso. *Mant. 383.*
- ajugifolia. 32. S. fol. radicalibus palmato-quinquepartitis, caulinis linearibus indivisis, caul. ascendenti-bus multifloris.
- sibirica. 33. S. fol. caulinis reniformibus palmatis pilosis, caul. pedunculisque filiformibus.
- tridactyli-
tes. 34. S. fol. caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoso.
- petraea. 35. S. fol. caulinis palmato tripartitis: laciniis subtrifidis, caule ramosissimo laxo. *Willich. obs. 59.*
- adscendens. 36. S. fol. caulinis cuneiformibus apice dentatis, caule ascendente subvilloso. *Mant. 384. Saxifraga pyrenaica tridactylites latifolia: Tournef. inst. 253 Gouan. Saxifraga foliis palmatis, caule dense folioso florifero. Allion. pedem. 12. t. 3. f. 1.*
- caespitosa. 37. S. fol. radicatis aggregatis linearibus integris trifidisque, caul. erecto subnudo subbifloro. *Mant. 383: Fl. dan. t. 71. Planta glabra: Ramulis summis viscidis. Corolla flava, lineata.*
- moschata. 38. S. fol. radicalibus aggregatis linearibus integris trifidisque una cum caule glutinosis, hirsutis, floribus longe pedunculatis. *Jacq. Miscell. v. 2. p. 128. Herba odorata; corolla citrina M.*
- groenlan-
aica. 39. S. fol. caulinis palmato-multifidis sparsis: laciniis acutis, caule erecto. *Varietas S. caespitosae secundum D. Gunnerum.*
- * * * * Foliis lobatis, Caulibus procumbentibus.
- cymbalaria. 40. S. fol. caulinis cordatis trilobis integrisque, caul. procumbentibus.
- hederacea. 41. S. fol. caulinis ovatis lobatis, caul. filiformi flaccido.
- hypnoides. 42. S. fol. caulinis linearibus integris trifidisve, stolonib. procumbentibus, caul. erecto nudiusculo. *Fl. dan. t. 348. Planta viscosa. Folia longius petiolata. Variat stolonibus gemmiferis.*

560. TIARELLA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, calyci inserta: petalis integris. *Capsf.* 1-locularis, 2-valvis: valvula altera majore.

580.

cordifolia. 1. T. foliis cordatis.

trifoliata. 2. T. fol. ternatis.

561. MITELLA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala, calyci inserta: petalis pinnatifidis. *Capsf.* 1-locularis, 2-valvis; valvulis aequalibus.

580.

diphylla. 1. M. scapo diphylo.

nuda. 2. M. scapo nudo. *Arum. aff. petr.* 2. p. 352. *Gmel. fib. 4. p. 175. t. 63. f. 2.*

562. SCLERANTHUS. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* nulla. *Sem.* 2, calyce inclusa.

580.

annuus. 1. S. calycibus fructus patulis. *Fl. dan. t. 504.*

perennis. 2. S. calyc. fructus clausis. *Fl. dan. t. 563.*

polycarpus. 3. S. calyc. fructus patentissimis spinosis, caul. subvillosus.

563. GYPSOPHILA. *Cal.* 1-phyllus, campanulatus, angulatus. *Petala* 5, ovata, fessilia. *Capsf.* globosa, 1-locularis.

581.

repens. 1. G. foliis lanceolatis, staminibus corolla emarginata brevioribus. *Ger. prov. 409. t. 15. f. 2.* (*Excluso Plukenetii synonymo.*) — *Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 407.*

prostrata. 2. G. fol. lanceolatis laevibus, caulibus diffusis, pistillis corolla campanulata longioribus. *Alf. sine angustifolia caryophylloides multiflora glabra purpurascens, radice astragaliti. Pluk. alm. 22. t. 75. f. 2.*

viscosa. 3. G. fol. lanceolatis, internodiis caulis ramorum et pedunculorum medio viscosis, petalis emarginatis. *Murr. in comm. gott. 1783. t. 3. M.*

adscendens. 4. G. fol. lanceolato-linearibus, caul. prostratis, corolla staminibus et pistillis ejusdem longitudinis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 2. t. 138. M.*

panicu-

- paniculata. 5. G. fol. lanceolatis scabris, coroll. revolutis. flor. dioicis. — Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 1. M.
- altissima. 6. G. fol. lanceolatis subtrinerviis. caulibus rectis. Lychnis caulibus dichotomis etc. Gmel. sib 4. p. 143. t. 60.
- Struthium. 7. G. fol. linearibus carnosis: axillaribus confertis teretibus. *Caulis inferne fruticosus; ex alis foliorum rudimenta foliacea Folia carnosa, semiteretia, internodiis longiora. Saponis loco veteribus et hodie Hispanis.*
- fastigiata. 8. G. fol. lanceolato-linearibus obsolete triquetris laevibus obtusis secundis. Lychnis gypsum. Gmel. 4. t. 61. f. 1.
- perfoliata. 9. G. fol. ovato-lanceolatis semiamplexicaulibus. β. *Gypsophila tomentosa*, fol. lanceolatis subtrinerviis tomentosis, caule pubescente. Sp. pl. 583. *Folia oleracea, subcarnosa, lanceolata: inferiora scabra; superiora glaberrima.*
- mutralis. 10. G. fol. linearibus planis, calycibus aphyllis, caul. dichotomo, petalis crenatis. Gypsophila foliis linearibus planis, pedunc. simplicibus capillaribus longis unifloris, petalis emarginatis. Gerard. prov. 408
- rigida. 11. G. fol. linearibus planis, caule dichotomo, pedunc. bifloris, petal. emarginatis.
- saxifraga. 12. G. fol. linearibus, calyc. angulatis squamis quatuor, coroll. emarginatis. *Caulis palmaris, erectus, filiformis, dichotomus. Folia linearia, acuta. Calyx cinctus foliolis 4. tubo dimidio brevioribus Petala integerrima, emarginata, incarnato pallida, basi striis 3 purpureis obsoletis.*

564. SAPONARIA. Cal. 1-phyllus, nudus. Petala 5, unguiculata Caps. oblonga, 1-ocularis.

- officinalis. 1. S. calyc. cylindricis, fol. ovato-lanceolatis. Fl. dan. t. 543.
- Vaccaria. 2. S. calyc. pyramidatis quinquangularibus, fol. ovatis acuminatis sessilibus.
- cretica. 3. S. calyc. quinquangularibus striatis, caul. erecto subdichotomo, fol. subulatis.

- porrigens. 4. S. calyc. cylindricis pubescentibus, ramis divaricatissimis, fructibus pendulis. *Mant.* 239. — *Jacq. hort. v. 3. t. 109.* M. Silene porrigens. *Syst. nat. 3. p. 230.* Lychnis chalcensis annua, fol. parum hirtis angustis, flosculis carneis, pediculis infirmis triuncialibus, capsulis fere rotundis. *Morif. hist. 3. p. 541. fig. mal.*
- illyrica. 5. S. calyc. subcylindricis, caul. erecto viscido-purpurescente: ramis alternis, coroll. punctatis. *Mant.* 70.
- Ocymoides. 6. S. calyc. cylindricis villosis, caul. dichotomis procumbentibus. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. app. t. 23.* M.
- orientalis. 7. S. calyc. cylindricis villosis, caule dichotomo erecto patulo.
- lutea. 8. S. calyc. teretibus, coroll. coronatis, flor. subumbellatis, fol. sublinearibus canaliculatis. *Folia superiora, inprimis calyces pubescunt.*

565. DIANTHUS. Cal. cylindricus, 1-phyllus: basi squamis 4. Petala 5, unguiculata. Caps. cylindrica, 1-locularis.

* Flores aggregati.

- barbatus. 1. D. floribus aggregatis fasciculatis, squamis calycinis ovato-subulatis tubum aequantibus, foliis lanceolatis.
- carthusianorum. 2. D. flor. subaggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubum subaequantibus, fol. trinerviis.
- ferrugineus. 3. D. flor. aggregatis, petalis bifidis: laciniis tridentatis. *Mant.* 563. Caryophyllus montanus umbellatus, foliis variis luteis ferrugineis, italicus. *Bar rar. 648. t. 497.*
- Armeria. 4. D. flor. aggregatis fasciculatis, squamis calycinis lanceolatis villosis tubum aequantibus. *Fl. dan t. 230.*
- japonicus. 5. D. flor. aggregatis fasciculatis, squamis calycinis acutis ciliatis tubo brevioribus. *Thunb. jap. mspt. M.*
- prolifer. 6. D. flor. aggregatis capitatis, squamis calycinis ovatis obtusis muticis tubum superantibus. *Fl. dan. t. 221.*

*** Flores solitarii, plures in eodem caule.

- diminutus.* 7. D. flor. solitariis: squamis calycinis octonis florem superantibus. *Nimis affinis D proliifero.*
- Caryophyllus.* 8. D. flor. solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis crenatis.
- pomeridianus.* 9. D. flor. solitariis: squamis calycinis binis cordatis brevissimis, coroll. emarginatis subintegerrimis. *Sp. pl. 1673.*
- deltoides.* 10. D. flor. solitariis, squamis calycinis lanceolatis binis, coroll. crenatis. *Fl. dan. t. 577*
- rupestris.* 11. D. flor. solitariis, squamis calycinis obrutissimis binis, petalis crenatis. *Suppl. p. 240.*
- glaucus.* 12. D. flor. subsolitariis, squamis calycinis lanceolatis quaternis brevibus, coroll. crenatis.
- chinensis.* 13. D. flor. solitariis, squamis calycinis subulatis patulis tubum aequantibus, coroll. crenatis.
- monspeliacus.* 14. D. flor. solitariis, squamis calycinis subulatis longitudine tubi, coroll. multifidis, caule erecto.
- plumarius.* 15. D. flor. solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, coroll. multifidis fauce pubescentibus. Caryophyllus sylvestris flore laciniato sine corniculis odoro. *Bauh. pin. 210.*
- superbus.* 16. D. flor. paniculatis, squamis calycinis brevibus acuminatis, coroll. multifido-capillaribus, caul. erecto. *Jacq. obs. 40. t. 25. Fl. dan. t. 578.* Tunica montana altissima, flore tenuissime laciniato. *Rupp. jen. 2. p. 118. Flores fragrantissimi, imprimis nocte.*

*** Caule unifloro herbaceo.

- arenarius.* 17. D. caul. subunifloris, squamis calycinis ovatis obtusis, petalis multifidis, fol. linearibus.
- alpinus.* 18. D. caule unifloro, coroll. crenatis, squamis calycinis exterioribus tubum aequantibus, fol. linearibus obtusis. — *Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 52. M.*
- virginicus.* 19. D. caul. subunifloro, coroll. crenatis, squamis calycinis brevissimis, fol. subulatis. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. app. t. 15. M.*

**** Frutescentes.

- arboreus.* 20. D. caule fruticoso, foliis subulatis, petalis serratis. Caryophyllus arboreus sylvestris *Alp. exot. 39. t. 38. mala (Excluso Tournef. synonymo), fruti-*

- fruticosus.* 21. D. caule fruticoso, foliis lanceolatis.
pungens. 22. D. caule suffruticoso, fol. lineari-subulatis, petal. integris. *Mant.* 240.

TRIGYNIA.

566. CUCUBALUS. *Cal.* inflatus. *Petala* 5, unguiculata, absque corona ad faucem. *Capf.* 3-locularis.

- bacciferus.* 1. C. calycibus campanulatis, petalis distantibus, pericarpis coloratis, ramis divaricatis. *Lychnanthus volubilis.* *Gmel. act. petr.* 1759. vol. 14. p. 525. t. 17. f. 1.
Behen. 2. C. calyc. subglobosis glabris reticulato-venosis, capf. trilocularibus, coroll. subnudis. — *Fl. dan.* t. 857. M.
fabarius. 3. C. fol. obovatis carnosis.
viscosus. 4. C. flor. lateralibus undique decumbentibus, caul. indiviso, fol. basi reflexis. (*Excluso Raji synonymo*)
stellatus. 5. C. foliis quaternis.
aegyptiacus. 6. C. flor. erectis, petal. emarginatis retroflexis: utrinque denticulo notatis. *Mant.* 385.
italicus. 7. C. petal. semibifidus, calycibus clavatis, panicula dichotoma erecta, genitalibus declinatis, caul. erecto.
tataricus. 8. C. petal. bipartitis, flor. secundis decumbentibus, pedunc. oppositis solitariis erectis, caule simplicissimo.
sibiricus. 9. C. petal. emarginatis, flor. subverticillatis: verticillis umbellatis aphyllis. *Gmel. sibir.* 4. p. 140.
catholicus. 10. C. petal. bipartitis, flor. paniculatis, stamin. longis, fol. lanceolato-ovatis. *Jacq. hort.* t. 59.
mollissimus. 11. C. petalis semibifidis, panicula dichotoma, caule foliisque holosericeis: radicalibus spatulatis, *Mant.* 385
Otites. 12. C. flor. dioicis, petal. linearibus indivisis. *Fl. dan.* t. 518.
reflexus. 13. C. flor. spicatis alternis secundis subsessilibus, petalis subbipartitis obsoletis. *Lychnis meridionalium* annua hirsuta, floribus uno versu dispositis. *Morif. hist.* 2. p. 544. *Raji hist.* 996.

- saxifragus*. 14. C. petal. bifidis, calyc. striatis: terminalibus subsessilibus, lateralibus pedunculatis. *Mant.* 71.
pumilio. 15. D. caul. unifloris flore brevioribus. *Mant.* 71. —
 Silene pumilio. *Jacq. Fl. austr. v. 5. app.*
 t. 2. M.

567. **SILENE.** *Cal.* ventricosus. *Petalâ* 5, unguiculata: coronata ad faucem. *Capf.*
 594. 3-ocularis.

* *Floribus solitariis lateralibus.*

- anglica*. 1. S. hirsuta, petal. emarginatis, flor. erectis, fruct. reflexis pedunculatis alternis.
lusitanica. 2. S. hirsuta, petal. dentatis indivisis, flor. erectis, fructibus divaricato-reflexis alternis.
quinquevulnera. 3. S. petal. integerrimis subrotundis, fruct. erectis alternis.
nocturna. 4. S. flor. spicatis alternis secundis sessilibus, petalis bifidis.
gallica. 5. S. flor. subspicatis alternis secundis, petal. indivisis, fruct. erectis.
cerastoides. 6. S. hirsuta, petal. emarginatis, fructific. erectis, calyc. subsessilibus subpilosis.
aegyptiaca. 7. S. petalis emarginatis utrinque dentatis, foliis subtomentosis. *Suppl. p. 241.*

** *Floribus lateralibus confertis.*

- mutabilis*. 8. S. petal. bifidis, calyc. angulatis pedunculatis, fol. lanceolato-linearibus.
nutans. 9. S. petal. bifidis, flor. lateralibus secundis cernuis, panicula nutante. *Fl. dan. t. 242. Petala apice crenata.*
amoena. 10. S. petal. bifidis: coronula subcoadunata, flor. secundis, pedunc. oppositis trifloris, ramis alternis.
paradoxa. 11. S. flor. racemosis, calyc. decem-fulcatis viscidis, floribus aliis, staminibus exsertis, aliis inclusis. *Sp. pl. 1673. — Jacq. hort. v. 3. t. 84. M. Lychnis viscosa peregrina noctiflora odorata. Zanon. hist. t. 109. Petala bifida sunt.*
fruticosa. 12. S. petal. bifidis, caule fruticoso, fol. lato-lanceolatis, panic. trichotoma.
bupleuroides. 13. S. petal. bifidis, flor. pedunculatis oppositis bractea brevioribus, fol. lanceolatis acutis glabris.

gigan-

- gigantea. 14. S. petal. bifidis, fol. radicalibus cochleariformibus obtusissimis, flor. subverticillatis.
- crassifolia. 15. S. petal. emarginatis, fol. suborbiculatis carnosis hirsutis, racemo secundo.
- viridiflora. 16. S. petalis semibifidis, fol. ovatis scabriusculis acutis, panicula elongata subaphylla.
- *** Floribus ex dichotomia caulis.
- conoidea. 17. S. calyc. fructus globosis acuminatis striis triginta, fol. glabris, petal. integris.
- conica. 18. S. calyc. fructus conicis striis triginta, fol. molli-
libus, petal. bifidis. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 253. M. (Morisoni synonymon ad priorem spectat.)*
- bellidifolia. 19. S. calyc. fructus ovatis villosis, fol. pilosis sub-
asperis, petalis bifidis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 81. M.*
- Behen. 20. S. calyc. glabris ovatis venoso-reticulatis.
- stricta. 21. S. petal. emarginatis, calyc. glabris reticulato-
venosis acuminatis pedunculo longioribus, caule dichotomo stricto.
- pendula. 22. S. calyc. fructiferis pendulis inflatis: angulis de-
cem scabris.
- noctiflora. 23. S. calyc. decemangularibus: dentibus tubum ae-
quantibus, caul. dichotomo, petal. bifidis.
- virginica. 24. S. calyc. floris cylindricis, panic. dichotoma.
*Lychnis viscosa virginiana, flore amplo cocci-
neo s. Muscipula regia. Pluk. alm. 231. t. 203. f. 1.*
- Atocion. 25. S. calyc. fructigeris clavatis, petalis semibifidis,
fasciculo florum terminali dichotomo, fol. obovatis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 32. M.*
- antirrhina. 25. S. petal. emarginatis, calyc. ovatis, pedunc. tri-
fidis, fol. lanceolatis subciliatis.
- rubella. 26. S. erecta laevis, calyc. subglobosis glabris venosis,
coroll. inapertis.
- inaperta. 27. S. caule dichotomo paniculato, calyc. laevibus,
petal. brevissimis emarginatis, fol. glabris lan-
ceolatis. *Sp. pl. 19. 21.*
- portensis. 28. S. caul. dichotomo paniculato, calyc. striatis,
petal. bifidis, fol. linearibus.
- cretica. 29. S. erecta laevis, calyc. erectis decemangularibus,
petalis bifidis.

- Muscipula*. 30. S. petal. bifidis, caule dichotomo, flor. axillaribus sessilibus, fol. glabris.
- polyphylla*. 31. S. fol. fasciculatis fetaceis: ramorum florentium oppositis.
- Armeria*. 32. S. flor. fasciculatis fastigiatis, fol. superioribus cordatis glabris, petal. integris. *Fl. dan. t. 559.*
- orchidea*. 33. S. flor. fasciculatis, petalis quadrifidis, fol. ovatis glabris. *Suppl. p. 241.*
- rupestris*. 34. S. flor. erectis, petal. emarginatis, calyc. terebibus, fol. lanceolatis. *Fl. dan. t. 4.*
- Saxifraga*. 35. S. caul. subunifloris, pedunc. longitudine caulis, floribus hermaphroditis femineisque, petal. bifidis.
- vallesia*. 36. S. caul. subunifloris decumbentibus, fol. lanceolatis tomentosis longitudine calycis. *Mant. 385.*
- acaulis*. 37. S. acaulis depressa, petal. emarginatis. *Fl. dan. t. 21.*

§ 68. STELLARIA. *Cal.* 5-phyllus, patens. *Petala* 5, bipartita. *Capsf.* 1-ocularis, polysperma.

603.

- nemorum*. 1. S. foliis cordatis petiolatis, panicula pedunculis ramosis. *Fl. dan. t. 271. Affinis Cerastrii aquatici.*
- dichotoma*. 2. S. fol. ovatis sessilibus, caule dichotomo, flor. solitariis, pedunc. fructiferis reflexis.
- radians*. 3. S. fol. lanceolatis serrulatis, petal. quinquepartitis. Alfine foliis salignis margine scabris, petalis semiquinquefidis. *Gmel. sib. 4. p. 146.*
- Holostea*. 4. S. fol. lanceolatis serrulatis, petal. bifidis. — *Fl. dan. t. 698. M.*
- graminea*. 5. S. fol. linearibus integerrimis, flor. paniculatis. — *Mill. illustr. ic. M.*
- Cerastoides*. 6. S. fol. oblongis, pedunc. subbifloris.
- undulata*. 7. S. fol. oblongis undulatis, caule angulato flor. axillaribus. *Thunb. jap. mspt. M.*
- biflora*. 8. S. fol. subulatis, scap. subbifloris, petal. emarginatis, germin. oblongis, calyc. striatis. *Fl. dan. t. 12.*
- arenaria*. 9. S. fol. spatulatis, caul. erecto bifido, ramis alternis, petal. emarginatis.

569. ARENARIA. Cal. 5-phyllus. patens. Petala 5, integra. Caps. 1-locularis, polysperma.

peploides. I. S. foliis ovatis acutis carnofis. Glandulae in receptaculo. — Fl. dan. 624. M.

tetraquetra. 3. S. fol. ovatis carinatis recurvis quadrifariam imbricatis. Mant. 386. Caryophyllus saxatilis ericaefolius ramosus repens. Bauh. pin. 211. prodr. 125. Burf. XI: 135. β. Gypophila aggregata. Sp. pl. 581. Caules digitales, plures, simplicissimi. Folia carinata, recurvata, canaliculata, mucronata, margine cartilaginea. striata, glabra, brevissima, approximata, basi subciliata et connata. Capitulum florum pedunculatum, fastigiatum, subquinqueflorum floribus sessilibus. Calyx 5-phyllus: foliolis lanceolatis: exterioribus majoribus. Petala 5, sessilia, oblonga, obtusa, lineata. Styli 3. Capsula 1-locularis, 5-valvis. Semina plura. Schreber.

biflora. 3. A. fol. obovatis obtusis, caul. procumbentibus, pedunc. bifloris lateralibus. Mant. 71. Arenaria caule recto prostrato, foliis ovatis. Hall. emend. 4. n. 195.

lateriflora. 4. A. fol. ovatis obtusis, pedunc. laterali bifloro. Gmel. sib. 4. p. 159.

trinervia. 5. A. fol. ovatis acutis petiolatis nervosis. Fl. dan. t. 329.

ciliata. 6. A. fol. ovatis nervosis ciliatis acutis Fl. dan. t. 346.

balearica. 7. A. fol. ovatis lucidis subcarnosis, caule repente, pedunc. unifloris. Syst. nat. 2. p. 230.

multicaulis. 8. A. fol. ovatis enerviis sessilibus acutis: coroll. calyce majoribus. Folia magis minusve ciliata. Flos maximus Jacq. Arenariae ciliatae varietatem facit Gerard.

serpyllifolia. 9. A. fol. subovatis acutis sessilibus, coroll. calyce brevioribus.

triflora. 10. A. fol. lanceolato subulatis ciliatis, ramis subtrifloris, petal. lineatis obtusis. Mant. 940.

montana. II. A. fol. lineari-lanceolatis scabris, caulibus sterilibus longissimis procumbentibus. Flores maximi. Fructus penduli.

- rubra*. 12. A. fol. filiformibus, stipul. membranaceis vaginantibus. *Varietas. β. marina.* — *Fl. dan. t. 740. M. Glabra. foliis pedunculisque pubescenti-viscidis, evigilat hora 9. Calyx tegit dimidiam capsulam.*
- media*. 13. A. fol. linearibus carnosis, stipulis membranaceis, caul. pubescentibus. *Caulis et Folia pubescentia Evigilat hora 12. Calyx tegit dimidiam capsulam.*
- bavarica*. 14. A. fol. semicylindricis carnosis obtusis, petal. lanceolatis, pedunc. terminalibus subbinatis.
- gypsophioides*. 15. A. fol. linearibus: radicalibus setaceis, panicula subpubescente, petalis lanceolatis.
- saxatilis*. 16. A. fol. subulatis, caul. paniculatis, calyc. foliolis ovatis obtusis.
- verna*. 17. A. fol. subulatis, caul. paniculatis, calyc. acuminatis striatis. *Mant. 72. — Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 404. M. (Exclude Gerardi synonymon.)*
- hispida*. 18. A. fol. subulatis subtus hispidis. *Folia subtus pilis raris.*
- juniperina*. 19. A. fol. subulatis spinosis, caul. erectis, calyc. striatis, capsul. oblongis. *Mant. 72. Arenaria foliis linearibus erectis subtus striatis, floribus fastigiatis inaequaliter pedunculatis. Ger. prov. 405. t. 15. f. 1. Flores paniculati.*
- tenuifolia*. 20. A. fol. subulatis, caul. paniculato, caps. erectis, petalis calyce brevioribus lanceolatis. *Calycis foliola multum acuminata s. aristata, subtus lineis 2. viridibus picta. Petala lato-lanceolata, calyce $\frac{1}{2}$ breviora Folia subulata, basi connata (Excluso Segueri synonymo).*
- laricifolia*. 21. A. fol. setaceis, caule superne nudiusculo, calyc. subhirsutis. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 272. M. Magn. hort t. 11 Calyx oblongus, lineatus, cylindricus, pubescens.*
- striata*. 22. A. fol. linearibus erectis appressis, calyc. oblongis striatis.
- fasciculata*. 23. A. fol. subulatis, caul. erecto stricto, flor. fasciculatis, petalis brevissimis. — *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 182. M. Habitat Monspellii. Gouan. Radix annua. Caulis palmaris; pubescens. Folia linearia, acuminata, erecta, subciliata. Flores fasciculati dichotome, pedicellis brevissimis. Calyx erectus: Foliolis subulatis, erectis,*

erectis, striatis, subciliatis, longis. Petala ovato-oblonga, alba, minutissima. Antherae didymae, globosae. Capsula calyce dimidio brevior. Habitus Minuartiae.

grandiflora. 24. A.

fol. subulatis planis strictis: radicalibus confertis, caulibus unifloris. *Calycis foliola caulinis latiora, striis pluribus, rigida. Capsulae oblongae, longitudine calycis. Varietas caule trifloro missa a D. Turra.*

austriaca. 25. A.

caulibus suffruticosis prostratis. inde herbaceis et erectis, fol. subulatis, flor. geminis, petalis emarginatis. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 3. t. 270. M.*

liniflora. 26. A.

caulibus erectis inferne ramosis suffruticosis, fol. subulatis, floribus geminis. *Suppl. p. 241. Arenaria liniflora. Syst. ed. 13. p. 355. — Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 445. M. Habitat in Europa australi. Caules breves, distorti, perennantes. Rami annui, simplicissimi, erecti. Folia subulata, acuta, laevia. Pedunculi terminales, saepius 2, uno post alterum. Calyx foliis lanceolatis: striis 2. Petala obovata, alba. Differt ab A. grandiflora foliis non planis, calycis foliolis non multistriatis.*

570. CHERLERIA. Cal. 5-phyllus. Nectaria 5, bifida, petaloidea. Antherae alternae steriles. Caps. 1-locularis, 3-valvis, trisperma.

Sedoides. I. CHERLERIA. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 284. M. Folia opposita, linearia, margine scabra, basi connata in vaginam. A casu foliorum remanent vaginae cum carina foliorum, quibus caulis inferne obvestitur; hinc affinitas Caryophyllorum.*

.. DEUTZIA. Cal. 1-phyllus. Caps. 3-locularis. Filamenta 3-cuspidata. *Thunb. Diff. nov. gen. pl. p. 19. M.*

scabra. I. DEUTZIA. *Thunb. l. c. p. 20. c. tab. Japon. mspt. Joro Utsugi vel Jamma Utsugi. Kämpf. am. p. 854.*

571. GARIDELLA. *Cal.* 5-phyllus, petaloideus. *Nectaria* 5, bilabiata, bifida. *Caps.* 3, connexae, polyspermae.

608.

Nigellastrum. I. GARIDELLA. *Genus affine Nigellis.*

572. MALPIGHIA. *Cal.* 5-phyllus basi extus poris melliferis. *Petala* 5 subrotunda, unguiculata. *Bacca* 1-locularis, 3-sperma.

609.

glabra.1. M. foliis ovatis integerrimis glabris, pedunculis umbellatis. *Mant.* 387.punicifolia.

2. M. fol. ovatis integerrimis glabris, pedunc. unifloris.

nitida.3. M. fol. lanceolatis integerrimis glabris, spicis lateralibus. *Stylus* 1. *Jacq.* — *EjUSD. amer. pict.* p. 68. M.urens.4. M. fol. oblongo-ovatis: setis subtus decumbentibus rigidis, pedunc. unifloris aggregatis. *Mill. fig.* 181. f. 1. *Plum. ic.* 167. f. 1.angustifolia.5. M. fol. lineari-lanceolatis: setis utrinque decumbentibus rigidis, pedunc. umbellatis. — *Jacq. amer. pict.* p. 67. M.crassifolia.

6. M. fol. ovatis integerrimis subtus tomentosis, racem. terminalibus.

verbascifolia.

7. M. fol. lanceolato-ovatis tomentosis integerrimis, racem. terminalibus.

aquifolia.

8. M. fol. lanceolatis dentato-spinosis subtus hispidis.

coccigera.

9. M. fol. subovatis dentato-spinosis.

OBS. *Alias nonnullas species sistit Jacq. in amer. pict.* M.

573. BANISTERIA. *Cal.* 5-partitus basi extus poris melliferis *Petala* subrotunda, unguiculata. *Sem.* 3, membranaceo-alata.

611.

angulosa.

1. B. foliis sinuato-angulosis.

purpurea.

2. B. fol. ovatis, spicis lateralibus, semin. erectis.

lawifolia.

3. B. fol. ovato-oblongis rigidis, racemis terminalibus.

- benghalensis* 4. B. fol. ovato-oblongis acuminatis, racem. lateralibus, semin. patentibus.
dichotoma 5. B. fol. ovatis, ramis dichotomis.
fulgens 6. B. fol. subovatis subtus tomentosis, racem. brachiatis, pedunc. umbellatis.
brachiata 7. B. fol. subovatis, ramis brachiatis, semin. introrsum angustioribus.

569. HIRÆA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* subrotunda, unguiculata. *Capf.* alis 3, 3-locularis. *Sem.* 2.

reclinata. I. HIRÆA. *Jacq. amer.* 137. — *Ed. 2. pist.* p. 68. t. 260. f. 37. quoad folium. *Habitat in Carthagena. b. Distinguenda a Triopteride.*

574. TRIOPTERIS. *Cal.* 5-partitus. *Petala* mentiuntur germinis alae 6. *Sem.* 3. *Capf.* 3, bialatae, 1-spermae.

jamaicensis. TRIOPTERIS. *Mant.* 387.

575. ERYTHROXYLON. *Cal.* turbinatus. *Cor.* petalis basi squamula nectarifera emarginata. *Stam.* basi connexa. *Drupa* 1-locularis.

- areolatum*. I. E. foliis obovatis. *Jacq. amer.* 134. t. 87. f. 1. — *Ed. 2. p. 67. t. 129. M.*
havanense. 2. E. fol. ovatis. *Jacq. amer.* 135. t. 87. f. 2. — *Ed. 2. p. 67. t. 130. M.*

P E N T A G Y N I A.

576. AVERRHOA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, superne patentia. *Pomum* 5-gonum. 5-loculare.

- Bilimbi*. I. A. caudice nudo fructificante, pomis oblongis obtusangulis.
Carambola. 2. A. axillis foliorum fructificantibus, pomis oblongis acutangulis.

577. SPONDIAS. *Cal.* 5 - dentatus. *Cor.* 5 - petala.
613. *Drupa* nucleo 5-loculari.

Mombin. 1. *S.* foliis petiolo communi compresso. *Spondias Myrobalanus*, racemis sparsis, foliis multo brevioribus. *Jacq. amer.* 139. t. 88. *S. Myrobalanus*, racemis sparsis, foliorum costa compressa. *Jacq. amer. pict.* p. 69. t. 131. *M. Prunus americana* ossiculo magno ex filamentis lignosis reticulatim conflato. *Pluk. alm.* 307. t. 218. f. 3.

Myrobalanus. 2. *S.* petiolis teretibus: foliolis nitidis acuminatis. *Spondias Mombin*, racemis terminalibus longitudine folia aequantibus. *Jacq. amer.* 138. - *S. Mombin* racemis paniculatis terminalibus, costa foliorum terete. *Jacq. amer. pict.* p. 69. *M. Arbor nuci juglandi similis* 5. f. *Hobos. Bauh. pin.* 417.

578. COTYLEDON. *Cal.* 5 - fidus. *Cor.* 1 - petala. *Squamae* nectariferæ 5, ad basin germinis. *Caps.* 5.

orbiculata. 1. *C.* foliis orbiculatis carnosissimis planis integerrimis, caule fruticoso.

spuria. 2. *C.* fol. spatulato - lanceolatis carnosissimis integerrimis, caule fruticoso. *Mant.* 328. *Sedum africanum teretifolium*, flore hemerocallidis. *Morif. hist.* 3. p. 474 f. 12. t. 7. f. 40. *Caulis crassissimus. Folia naturaliter opposita; monstrosa variant alterna.*

spinosa. 3. *C.* fol. oblongis spinoso - mucronatis, caule spicato. *Spec. pl.* p. 615. *Murr. in comm. gott.* 1776. p. 33. t. 5. *Crassula spinosa. Syst. ed.* 13. p. 252. *Crassula foliis planiusculis mucronatis. Gmel. sibir.* 4. p. 173. t. 67. f. 2. - *Omnino Cotyledon est nec Crassula M.*

hemisphaerica. 4. *C.* fol. semiglobosis.

ferrata. 5. *C.* fol. ovalibus crenatis, caule spicato.

Umbilicus. 6. *C.* fol. cucullato - peltatis ferrato - dentatis alternis, caule ramoso, flor. erectis.

hispanica. 7. *C.* fol. oblongis subteretibus, flor. fasciculatis.

papillaris. 8. *C.* fol. oppositis tereti - ovatis, flor. corymbosis. *Suppl.* p. 242.

- mamillaris.* 9. C. fol. alternis tereti-ovatis, flor. alternis subsessilibus. *Suppl. p. 212.*
- triflora.* 10. C. fol. ovatis integris, flor. subpedunculatis ternis. *Suppl. p. 242.*
- Cacalioides.* 11. C. flor. teretibus, flor. corymbosis, caule fruticoso. *Suppl. p. 242.*
- reticulata.* 12. C. fol. teretibus, flor. reticulato-corymbosis, caule fruticoso. *Suppl. p. 242.*
- paniculata.* 13. C. fol. oblongo-ovatis sessilibus, panicula divaricata racemosa, caule fruticoso. *Suppl. p. 242.*
- laciniata.* 14. C. fol. pinnatifidis, paniculae flor. quadrifidis. *Murr. Crassula laciniata, foliis laciniatis, floribus quadrifidis. Syst. ed. 13. p. 358. Stamina octo. — Caulis ad apicem usque foliosus, Folia pinnatifida, basi dilatata, laciniis mox ternis mox quinis inaequaliter serratis, exceptis floralibus, quae linearia integra. Inflorescentia paniculata. Calyx glaberrimus et glaucus, item Corolla: limbo quadrifido utrinque luteo, in paucissimis floribus quinquefido: staminibus 8 brevibus, 2 longis M.*
- nudicaulis.* 15. C. fol. spathulato-ovatis, cymae flor. quadrifidis. *Murr. — Cotyledon integra. Medic. in comm. palat. vol. 3. p. 200. tab. 9. Caulis in summitate subnudus. Folia praeter dictam figuram obsolete serrata, basi linearia. Inflorescentia cymosa: pedunculis dichotomis. Calyx et corolla extus pubescens: limbo supra coccineo, subtus pallidiori. Stamina pariter octo. Floret haec una cum praecedente, haec dum scribo, in Horto acad. gotting. Nullum igitur dubium mihi superest, discrepare specie, etsi meminerim, me olim et in hacce observasse folia quaedam vetustate dehiscentia sed absque ordine. M.*

579. SEDUM. Cal. 5-fidus. Cor. 5-petala. Squamae nectariferae 5, ad basin germinis. Caps. 5.

* *Planifolia.*

verticillatum. 1. S. foliis quaternis.

Telephium. 2. S. fol. planiusculis serratis, corymbo folio o, caule erecto. — *β, purpureum.* *Fl. dan. t. 686. M. Anc.*

- Anacampse- 3. S. fol. cuneiformibus integerrimis, caul. decum-
ros. bentibus, flor. corymbosis. *Habitat in Gallo-*
provinciae rupibus.
- Aizoon. 4. S. fol. lanceolatis ferratis planis, caule erecto,
cyma sessili terminali. *Gmel. sib. 4. p. 173.*
t. 67. f. 1.
- hybridum. 5. S. fol. cuneiformibus concavis subdentatis aggregatis, ram. repentibus, cyma terminal. *Syst. ed. 13. p. 358.* — *Sedum hybridum, foliis cuneiformibus subconcavis obtuse ferratis, caulibus obliquis, axillis haesos et propaginum radicanibus, cyma terminali. Marr. in comm. gott. 1776. p. 35 t. 5. M.*
- populifolium. 6. S. fol. petiolatis cordatis dentatis, flor. paniculatis. *Suppl. p. 242.*
- stellatum. 7. S. fol. planiusculis angulatis, flor. lateralibus sessilibus solitariis.
- Cepaea. 8. S. fol. planis, caule ramoso, floribus paniculatis. *Camer. epit. 673.*
- libanoticum. 9. S. fol. radicalibus fasciculatis spatulato-lanceolatis, caule subnudo simplicissimo.

** *Teretifolia.*

- dasyphyllum. 10. S. fol. oppositis ovatis obtusis carnosis, caule infirmo, flor. sparsis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 153. M.*
- reflexum. 11. S. fol. subulatis sparsis basi solutis: inferioribus recurvatis. *Fl. dan. t. 113?*
- rupestre. 12. S. fol. subulatis quinquefariis confertis basi solutis, flor. cymosis.
- lineare. 13. S. fol. tereti-linearibus oppositis, cyma trifida. *Thunb. jap. mspt. M.*
- hispanicum. 14. S. fol. teretiusculis acutis: radicalibus fasciculatis, cyma pubescente. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. app. t. 47. M.*
- album. 15. S. fol. oblongis obtusis teretiusculis sessilibus patentibus, cyma ramosa. *Fl. dan. t. 66.*
- acre. 16. S. fol. subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis alternis, cyma trifida.
- sexangulare. 17. S. fol. subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis sexfariam imbricatis.
- annuum. 18. S. caul. erecto solitario annuo, fol. ovatis sessibus gibbis alternis, cyma recurva.

876. ARACHIS. *Corolla* refupinata. *Legum.* coriaceum.
895. EBENUS. *Corolla* alis obliteratedis. *Legum.* mono-
spermum.
860. ASPALATHUS. *Legumen* muticum, ovatum, subdispermum,
863. ONONIS. *Legumen* rhombeum, sessile. *Vexillum*
striatum.
862. CROTALARIA. *Legumen* pedicellatum, turgidum.
- ** *Stigma pubescens.* (nec priorum notae).
880. COLUTEA. *Legumen* inflatum, supra basin dehiscens.
866. PHASEOLUS. *Carina Stylusque* spirales.
867. DOLICHOS. *Vexillum* basi callis duobus.
871. OROBUS. *Stylus* linearis, teretiufculus, supra vil-
lofus.
870. PISUM. *Stylus* supra carinatus villosusque.
872. LATHYRUS. *Stylus* supra planus villosusque.
873. VICIA. *Stylus* sub stigmatate barbatus.
- *** *Legumen subbiloculare* (nec priorum.)
892. ASTRAGALUS. *Legum.* 2-loculare, rotundatum.
893. BISERRULA. *Legum.* 2-loculare, planum, dentatum.
891. PHACA. *Legum.* femibiloculare.

**** *Legumina submonosperma* (nec priorum.)

894. PSORALEA. *Cal. punctis glandulosis.*
 896. TRIFOLIUM. *Legum. vix calyce longius, 1-f. 2-sper-*
num. Flores capitati.
 882. GLYCYRRHIZA. *Cal. 2-labiatus: superiore 3-fido.*

***** *Legumen subarticulatum.* *)

888. AESCHYNOMENE. *Legum. articulis monospermis. Cal. bila-*
biatus.
 887. HEDYSARUM. *Legum. articulis subrotundis, compressis.*
Carina obtusissima.
 883. CORONILLA. *Legum. isthmis interceptum, rectum.*
 884. ORNITHOPUS. *Legum. articulatum, arcuatum.*
 886. SCORPIURUS. *Legum. isthmis interceptum, teretiuscu-*
lum, involutum.
 885. HIPPOCREPIS. *Legum. compresso-membranaceum: al-*
tera futura emarginaturis ad medium
excisa.
 899. MEDICAGO. *Legum. spirale, membranaceo-compres-*
sium. Pistillum carinam desectens.

***** *Legumen uniloculare polyspermum* (nec priorum).

898. TRIGONELLA. *Vexillum Alaeque patentes quasi tripeta-*
lae. Carina minuta.
 868. GLYCINE. *Carina vexillum reflectens.*
 869. CLITORIA. *Vexillum amplum alas obtegens. Co-*
rolla resupinata.
 879. ROBINIA. *Vexillum reflexo-patens, subrotundum.*
 889. INDIGOFERA. *Carina utrinque denticulo.*
 875. CICER. *Calycis 4 laciniae superiores vexillo in-*
cumbentes.
 874. ERVUM. *Calyx 5-partitus, subaequalis, longitu-*
dine fere corollae.
 1319. LIPARIA. *Calycis lacinia infima elongata. Alae in-*
ferius bilobae.
 877. CYTISUS. *Legum. pedicellatum. Calyx bilabiatus.*
 1417. MÜLLERA. *Pericarpium elongatum, carnosum, mo-*
niliforme: Globulis monospermis.
 890. GALEGA. *Legum. lineare striis oblique transversis.*
 897. LOTUS. *Legum. teres, factum feminibus cylin-*
dricis.
 878. GEOFFROYA. *Drupa nucleo ligneo.*

PEN-

*) UMBELLATAE: *Lotus, Coronilla, Ornithopus, Hippocrepis, Scorpiurus.*

P E N T A N D R I A.

850. MONNIERIA. *Cal.* 5-partitus: lacinia superiore longa. *Cor.* ringens. *Stam.* 2: superiore Antheris 2, inferiore 3. *Capsulae* 5, monospermae.

trifolia. I. MONNIERIA. *Loesl. hisp.* 197.

H E X A N D R I A.

1267. SARACA. *Cal.* 0. *Cor.* infundibulif. 4-fida. *Filamenta* 3 utrinque faucis. *Legumen* pedicellatum.

indica. I. SARACA. *Mant.* 98 *Burm. ind.* 85. t. 25. f. 2.

849. FUMARIA. *Cal.* diphyllus. *Cor.* ringens. *Filamenta* 2, membranacea, singula *Antheris* 3.

* *Corollis bicalcaratis.*

Cucullaria. I. F. scapo nudo. *Mant* 437.

spectabilis. 2. F. floribus postice bilobis, caule folioso. *Amoen. acad.* 7. t. 7.

** *Corollis unicalcaratis.*

nobilis. 3. F. caulis simplicibus, bracteis flore brevioribus indivisis. *Fumaria* caule ramoso. *Gmel. fib.* 4. p. 66. t. 34. *Jacq. hort.* t. 116. *Habitat in Sibiria* 2. *Simillima F. bulbosae, sed multo major.* *Folia radicalia* 7-9. *spathamata, bipinnata.* *Scapi* 1. f. 2, obliqui, pentagoni. *Folia caulina* 4, sessilia, composita. *Racemus secundus, obtusissimus.* *Bractee ovato-lanceolatae, integrae.* *Flores Fum. bulbosae duplo majores, albi, limbo luteo, odore Primulae veris, labiis nec emarginatis, nec serratis.* *Faux apice nigra.* *Calyx minutus, dentatus.*

bulbosa. 4. F. caule simplici, bracteis longitudine florum. — *Fl. dan.* t. 605. M.

sens-

sempervirens. 5. F. filiquis linearibus paniculatis. caule erecto.
lutea. 6. F. filiquis teretibus, caulibus diffusis: angulis obtusis. *Mant.* 258. *Mill. dict* 4 *Fumaria lutea.* *Bauh. pin.* 143. *Fumaria lutea montana.* *Dalech. hist.* 1294. *Fumaria tingitana,* radice fibrosa perenni, flore albo flavescente, filiquis curtis. *Pluk. alm.* 262. t. 90. f. 2. bona. — *Mill. illustr. icon.* M. *Racemi absque bracteis.*

sibirica. 7. F. filiquis ovalibus, caulibus patulis, foliolis oblongis. *Suppl. p.* 314 *Fumaria tenuifolia,* floribus luteis. *Anm. rar.* 173. t. 20.

Capnoides. 8. F. filiquis linearibus terragonis, caulibus diffusis acutangulis. *Fumaria sempervirens* et *florens,* flore albo. *Herm bat.*

enneaphylla. 9. F. fol. triternatis: foliolis cordatis.

officinalis. 10. F. pericarpis monospermis racemosis, caule diffuso.

capreolata. 11. F. pericarp. monospermis racemosis, fol. scandentibus subcirrhosis. *Fl. dan t.* 340. *Varietas Fum. officinalis,* *Ger. At singulare, quod non occurrit in Sveciae agris s. frutetis, ubi F officinalis frequens.*

spicata. 12. F. pericarp. monospermis spicatis, caule erecto, foliolis filiformibus. *Fumaria minor tenuifolia,* caulibus procumbentibus et caducis. *Bauh. pin* 194. β . *Fumaria foliis tenuissimis,* floribus albis circa montpelium. *Bauh pin.* 143.

claviculata. 13. F. filiq. linearibus, fol. cirrhiferis. *Cirrhos foliorum terminalis.*

vesicaria. 14. F. filiq. globosis acutis inflatis, fol. cirrhosis.

OCTANDRIA.

851. POLYGALA. *Cal.* 5-phyllus: foliolis duobus alaeformibus, coloratis. *Legumen* obcordatum, biloculare.

* *Cristati (flor. appendice penicilliformi.)*

incarnata. 1. P. floribus cristatis spicatis, caule herbaceo ramoso erecto, foliis alternis subulatis.

aspalatha. 2. P. flor. cristatis capitatis, caul. simplicissimis, fol. fetaceis sparsis. *Mant.* 99.

brasi-

- brasiliensis.* 3. P. flor. cristatis subspicatis, caul. simplicissimis, fol. lanceolatis sparsis. *Mant.* 99.
- trichosperma.* 4. P. flor. cristatis spicatis, caulibus virgatis striatis, fol. linearibus. *Jacq. Syst. nat.* 3. p. 232. *Mant.* 259. Polygala floribus subcristatis spicatis, foliis subulatis sparsis, seminibus aristis circumvallatis. *Jacq. obs.* 3. p. 16. t. 67.
- amara.* 5. P. flor. cristatis racemosis, caulib. erectiusculis, fol. radicalibus obovatis majoribus. — *Jacq. Fl. austr.* v. 5. t. 412. M. *Amaritie mox distinguitur a vulgari simili.*
- vulgaris.* 6. P. flor. cristatis racemosis, caul. herbaceis simplicibus procumbentibus, fol. lineari-lanceolatis. *Fl. dan.* t. 516.
- major.* 7. P. flor. cristatis racemosis, caul. herbaceis simplicibus suberectis, fol. lineari-lanceolatis. *Jacq. in Litt. Fl. austr.* v. 5. t. 413. *Vulgari valde similis.* M.
- monspeiaca.* 8. P. flor. cristatis racemosis, caule erecto, fol. lanceolato-linearibus acutis. *Varictas P. vulgaris sec. Gerardum.*
- paniculata.* 9. P. flor. cristatis, racemis nudis, caul. herbaceis erectis superne ramosis, fol. linearibus.
- sibirica.* 10. P. flor. cristatis, racemo laterali nudo, caul. herbaceis, fol. lanceolatis. *Gmel. sib.* 4. p. 64. t. 32.
- bracteolata.* 11. P. flor. cristatis racemosis, bracteis triphyllis, fol. lineari-lanceolatis, caule fruticoso. *Berg. cap.* 182. *Buxb. cent.* 3. p. 41. t. 71.
- umbellata.* 12. P. flor. cristatis subumbellatis, fol. linearibus subciliatis. *Mant.* 259.
- myrtifolia.* 13. P. flor. cristatis carina lunulata, caule fruticoso, fol. laevibus oblongis obtusis. — *Mill. illustr. ic.* M.
- oppositifolia.* 14. P. flor. cristatis, caule fruticoso, fol. oppositis ovatis acutis. *Mant.* 259. *Folia Penaeae.*
- spinosa.* 15. P. flor. cristatis lateralibus, caule spinoso fruticoso: fol. ovalibus mucronatis. *Mant.* 437. *Fruktus bacca esculenta.*
- teretifolia.* 16. P. flor. cristatis lateralibus, caule fruticoso ramoso, fol. filiformibus falcatis. *Suppl.* p. 316.

** Imberbes (flores absque penicillo carinati)
frutescentes.

- theezans.* 17. P. flor. imberbibus, pedunculis unifloris, caule fruticoso, fol. alternis lanceolatis. *Mant.* 260. *Burm. ind.* 154. Polygala frutescens, lavedulae folio viridi, flore coeruleo. *Burm. zeyl.* 195. t. 85. *Caulis inferne albus, ut in Betula.*
- trinervia.* 18. P. flor. imberbibus, pedunc. unifloris, caule fruticoso angulato, fol. alternis cordatis cuspidatis trinerviis. *Suppl.* p. 315.
- Penaea.* 19. P. flor. imberbibus lateralibus solitariis, caule arboreo: fol. obtusis petiolatis.
- diversifolia.* 20. P. flor. imberbibus racemosis, caule arboreo, fol. senioribus oblongo-ovatis; recentibus subovatis.
- microphylla.* 21. P. flor. imberbibus racemosis, caul. fruticosis, fol. minutissimis ellipticis.
- aestivans.* 22. P. flor. imberbibus racemosis, caule fruticoso, fol. lanceolatis petiolatis. *Suppl.* p. 315.
- chinensis.* 23. P. flor. imberbibus spicatis axillaribus, caul. suffruticosis, fol. ovalibus.
- Chamaebuxus.* 24. P. flor. imberbibus sparsis: carina apice subrotundo, caule fruticoso, fol. lanceolatis. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 233. M. Caules diffusi.*
- alopeuroides.* 25. P. flor. imberbibus sessilibus, fol. confertis ovatis acutis carinatis pilosis. *Mant.* 263. *Calyx P. Heisteriae. Rami alopecuroidei.*
- mixta.* 26. P. flor. imberbibus sessilibus, caule fruticoso, fol. teretibus mucronatis confertissimis. *Suppl.* p. 316.
- squarrosa.* 27. P. flor. imberbibus, caule fruticoso, fol. aggregatis lanceolatis patulis. *Suppl.* p. 315.
- Heisteria.* 28. P. flor. imberbibus lateralibus, caule arboreo, fol. triquetris mucronato spinosis. *Heisteria pungens. Berg. cap.* 185. *Thymbra africana, foliis spinosis. Barth. att.* 1673. p. 57.
- stipulacea.* 29. P. flor. imberbibus lateralibus, caule suffruticoso, foliis ternis linearibus acutis. *Mant.* 260. *Burm. prodr.* 20. *Heisteria mitior. Berg. cap.* 187. *Spartium africanum frutescens, ericae folio. Comm. hort.* 2. p. 193. t. 97. *Suffrutex ericae forma, flore ruberrimo. Seb. mus.* 2. p. 63. t. 62. f. 2. *Folia P. Heisteriae.*

*** Im-

*** *Imberbes: herbaceae, caule simplicissimo.*

- Senega.* 30. P. flor. imberbibus spicatis, caule erecto herbaceo simplicissimo, fol. lato-lanceolatis.
- lutea.* 31. P. flor. imberbibus oblongo-capitatis, caule erecto herbaceo simplicissimo, fol. lanceolatis acutis.
- viridescens.* 32. P. flor. imberbibus globoso-capitatis, caule erecto herbaceo simplicissimo, fol. lanceolatis obtusiusculis.
- triflora.* 33. P. flor. imberbibus. pedunculis subtrifloris, caule herbaceo erecto, fol. linearibus alternis.
- glaucoides.* 34. P. flor. imberbibus, pedunculis multifloris lateralibus, caullibus diffusis herbaceis, fol. acutis.

**** *Imberbes: herbaceae, ramosae.*

- ciliata.* 25. P. flor. imberbibus, caps. ciliato-dentatis, caule herbaceo erecto.
- sanguinea.* 36. P. flor. imberbibus, pedunc. squarrosis, caule herbaceo ramoso erecto.
- verticillata.* 37. P. flor. imberbibus spatio remotis, fol. linearibus verticillatis, caule herbaceo ramoso. *Caulis tenuis.*
- crutiata.* 38. P. flor. imberbibus, fol. quaternis. *Capitulum viridi-rufescens.*

852. SECURIDACA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* papilionacea: vexillo diphylo intra alas. *Legumen* ovatum, uniloculare, monospermum, desinens in alam ligulatam.

- erecta.* 1. S. caule erecto. *Jacq. amer.* 197. t. 183. f. 93. — *Ed. 2. pict.* p. 97. t. 261. f. 56. *quoad fructif.* M.
- volubilis.* 2. S. caul. scandente. *Securidaca* foliis oblongis, spicis ramosis. *Brown. jam.* 241. *Securidaca* scandens. *Jacq. amer.* p. 97. t. 186. M. *Ramuli juniores in cirrhis mutantur.*

1416. DALBERGIA. *Staminum Filamenta* 2, apice 4-fida. *Fruct.* pedicellatus, non dehiscens, leguminosus, membranaceo-compressus, semiferus. *Suppl.* p. 52.

Lanceolaria. 1. D. foliis pinnatis: foliolis ellipticis subtus pilosis, fructibus lanceolatis. *Suppl.* p. 316.

Monetaria. 2. D. fol. ternatis: foliolis glabris ovatis, fructibus ovalibus aveniis. *Suppl.* p. 317.

D E C A N D R I A.

853. NISSOLIA. *Cal.* 5-dentatus. *Capsf.* monosperma, 992. desinens ala ligulata.

arborea. 1. N. caule arboreo erecto. — *Jacq. amer. pict.* p. 198. t. 261. f. 60. M. *Rami reclinati. Folia* quino-pinnata. *Jacq.*

fruticosa. 2. N. caul. fruticoso volubili. — *Jacq. hort. v. 2.* t. 167. *Amer. pict.* p. 97. t. 187. M.

1286. ABRUS. *Cal.* obsolete quadrilobus: lobo superiore latiore. *Filamenta* 9, basi infima connata, dorso hiantia. *Stigma* obtusum. *Sem.* sphaerica.

preparatorius. 1. ABRUS. *Glycine* foliis abrupto-pinnatis: pinnis numerosis obtusis. *Sp. pl.* 1025. *Variat seminibus sanguineis et albis. Statura et ipsa facies distincti generis plantam esse suadent, quibus accedunt Semina pulcherrima, maxime deleteria.*

854. PTEROCARPUS. *Cal.* 5-dentatus. *Capsf.* falcata, 1662. foliacea, varicosa. *Sem.* aliquot solitaria.

Draco. 1. P. foliis pinnatis. — *Jacq. amer. p. 98. t. 264. f. 91. quoad folium.* M. *Forte orientalis et occidentalis distinctae species. Confer Plum. ic. 246. f. 1. 2.*

lunatus. 2. P. fol. pinnatis, spinis stipularibus, fructibus lunatis. *Suppl.* p. 317.

- santalinus.* 3. P. fol. ternatis subrotundis retusis glaberrimis, petalis crenatis undulatis. *Suppl. p. 318. Verum Santalum rubrum erogat, succus speciem sanguinis Draconis fundit.*
- Ecastaphyllum.* 4. P. fol. simplicibus ovatis acuminatis subtus sericeis. *Hedyfarum Ecastaphyllum. Sp. plant. 1052. Ecastaphyllum frutescens reclinatum. Brown. jam. 299. t. 32. f. 1. Stamina Filamenta divisa in 2 corpora aequalia lateralia singulis, observante Browneo et Bergio in act. holm. 1769. p. 116. t. 4.*
- buxifolius.* 5. P. fol. simplicibus aggregatis obovatis aveniis. *Plum. ic. 243. t. 246. f. 1. — Nomen triviale ex synonymo Sloanei petri. M.*

855. ERYTHRINA. *Cal.* 2-lobatus: $\frac{1}{2}$. *Cor.* vexillum longissimum, lanceolatum.

992.

- herbacea.* 1. E. foliis ternatis, caulibus simplicissimis fruticosis annuis. *Mant. 438. Trew. ekret. t. 58. Stamen decimum distinctum.*
- Corollo-dendrum.* 2. E. fol. ternatis inermibus, caule arboreo aculeato. *Folia circa meridiem connivendo obdormiunt. — Var. β orientalis: Murr. in comm. gott. 1777. p. 35. t. 1. M.*
- picta.* 3. E. fol. ternatis aculeatis, caule arboreo aculeato.
- crista galli.* 4. E. fol. ternatis: petiolis subaculeatis glandulosis, caule arboreo inermi. *Mant. 99. Erythrina laurifolia. Jacq. obs. 3. p. 1. t. 51.*
- planisiliqua.* 5. E. fol. simplicibus oblongis.

856. PISCIDIA. *Stigma* acutum. *Legumen* quadrifariam alatum.

993.

- Erythrina.* 1. P. foliolis ovatis. — *Jacq. amer. pict. p. 103. M. Pisces inebriat. Jacq.*
- carthagenensis.* 2. P. foliolis obovatis. — *Jacq. l. c. M. An Varietas prioris?*

857. BORBONIA. *Stigma* emarginatum. *Cal.* acuminato-spinosus. *Legum.* mucronatum.

993.

- ericifolia.* 1. B. foliis sublinearibus acutis villosis, capitulis terminalibus.

- laevigata.* 2. B. fol. lanceolatis enerviis glabris, involucris calycibusque hirtis. *Mant.* 100.
- trinervia.* 3. B. fol. lanceolatis trinerviis integerrimis. *Berg. cap.* 188.
- lanceolata.* 4. B. fol. lanceolatis multinerviis integerrimis.
- cordata.* 5. B. fol. cordatis multinerviis integerrimis. *Mant.* 488.
- crenata.* 6. B. fol. cordatis multinerviis denticulatis.

858. SPARTIUM. *Stigma* longitudinale, supra villosum.
 995. *Filamenta* germini adhaerentia.
Cal. deorsum productus.

* *Foliis simplicibus.*

- contaminatum.* 1. S. ramis teretibus, foliis alternis filiformibus basi contaminatis. *Mant.* 268. Genista afr. frutescens, foliis linariae angustioribus glaucis, flore luteo. *Raj. dendr.* 104.
- sepiarium.* 2. S. ramis scabris, fol. superioribus confertis filiformibus. Spartium foliis sparsis filiformibus longissimis approximatis. *Berg. cap.* 196. Spartium capense luteum, foliis capillaceis. *Pet. gaz. t.* 83. f. 3. Genista afr. foliis linariae angustissimis glaucis, floribus spicatis luteis. *Raj. dendr.* 105. Lathyroides, linariae folio, aethiopicus. *Pluk. mant.* 114. t. 424. f. 1.
- junceum.* 3. S. ramis oppositis teretibus apice floriferis, fol. lanceolatis.
- monospermum.* 4. S. ramis striatis, racemis lateralibus, fol. lanceolatis (*Excluso Renealmo et altero C. B.*) Flores albi.
- Sphaerocarpon.* 5. S. ramis teretibus, fol. lanceolatis sessilibus subtus pubescentibus. *Mant.* 571. Spartium alterum monospermum, semine reni simili. *Bauh. pin.* 396. Spartium hyposphaerolobium. *Reneal. Spec.* 35. t. 33. Simile *S. monospermo.* Flores lutri.
- purgans.* 6. S. ramis teretibus striatis, fol. lanceolatis subsessilibus pubescentibus. *Ger. prov.* 480. *Gouan. monsp.* 474. Genista purgans. *Sp. pl.* 999. *Rami nermes.* Legumina ovata, pendula, hinc sinuata.

aphyllum. 7. S. ramis teretibus striatis glabris virgatis, foliis brevissimis linearibus suffultis. *Suppl. p. 320.* Spartium aphyllum. *Pall. it. vol. 3. p. 742. tab. V. f. 3.*

scorpius. 8. S. ramis spinosis patentibus, fol. ovatis.

** *Foliis ternatis.*

angulatum. 9. S. fol. solitariis ternatisque, ramis sexangularibus apice floriferis.

patens. 10. S. fol. ternatis, ramis virgatis, flor. lateralibus geminis cernuis. Cytisus lusitanicus. medicae folio. floribus in foliorum alis. *Tournef. inst. 648. Frutex Ramis virgatis. patentibus. striatis. Folia ternata, parva: foliolis obovatis, subaequalibus, subtus subpubescentibus. Flores laterales, magni, tumidi, flavissimi, penduli, deorsum bini: vexilli dorso macula fulva. Semen hirsutum.*

Supra-nulium. 11. S. fol. ternatis, flor. axillaribus pluribus pedunculatis, ramis virgatis sulcatis canis, leguminibus glabris. *Suppl. p. 319.*

complicatum. 12. S. fol. ternatis: foliolis conduplicatis, caul. inermibus prostratis glabris, leguminibus scabris. Cytisus foliis viridibus angustis quasi complicatis, monspeliensis. *Bauh. pin. 391. Pluk. alm. 129. t. 86. f. 1. Caules pubescentes. Legumina nigra, asperata setis truncatis, sparsis, obtusis, viscidis.*

scoparium. 13. S. fol. ternatis solitariisque, ramis inermibus angulatis. *Fl. dan. t. 313.*

radiatum. 14. S. fol. ternatis linearibus sessilibus, petiolatis persistens, ramis oppositis angulatis. *Mill. ic. t. 259. f. 1.*

Cytisoides. 15. S. fol. ternatis linearibus integerrimis petiolatis, ramis teretibus, racemis terminalibus. *Suppl. p. 320. Frutex sericeus. Ebenus capensis. Syst. ed. 13. p. 545.* Spartium foliis alternis petiolatis ternatis, foliolis linearibus obtusis villosis, floribus racemosis. *Berg. cap. 193. Trifolium africanum fruticans, folio angustiore, flore rubicante. Comm. hort. 2. p. 213. t. 107.*

spinosum. 16. S. fol. ternatis, ramis angulatis spinosis.

859. GENISTA. *Cal.* 2-labiatus: $\frac{2}{3}$. *Vexillum* oblongum,
 997. a pistillo staminibusque deorsum
 reflexum.

* *Inermes.*

- canariensis. 1. G. foliis ternatis utrinque pubescentibus, ramis angulatis. *Folia obovata, submucronata, utrinque pubescentia, at folia floralia subsessilia minuta. Calyx trifidus: infima tridentata. Corymbi 5-f. 6 flori. Legumina albo-villosa. Flores fragrantis.*
- candicans. 2. G. fol. ternatis subtus villosis, pedunc. laterali- bus subquinquefloris foliatis, legum. hirsutis. *Similis G. canariensi, sed foliola majora, ovalia, subtus pubescentia, utrinque acuta. Ramuli laterales breves. Calyces trifidi. Flores ino- dori. Folia floralia petiolata, vix minora.*
- linifolia. 3. G. fol. ternatis sessilibus linearibus subtus sericeis.
- sagittalis. 4. G. ramis ancipitibus membranaceis articulatis, fol. ovato-lanceolatis. *Mill. ic. t. 259. f. 2. — Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 209. M.*
- tridentata. 5. G. ramis triquetris membranaceis subarticulatis, fol. tricuspидatis. *Chamae-Genista peregrina. Dalech. hist. 177.*
- tinctoria. 6. G. fol. lanceolatis glabris, ramis striatis teretibus erectis. *Fl. dan. t. 526.*
- fibirica. 7. G. fol. lanceolatis glabris, ramis aequalibus tere- tibus erectis. *Mant. 571. — Jacq. hort. v. 2. t. 190. M.*
- florida. 8. G. fol. lanceolatis sericeis, ramis striatis tere- tibus, racemis secundis.
- pilosa. 9. G. fol. lanceolatis obtusis, caule tuberculato de- cumbente. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. p. 208. M.*
- humifusa. 10. G. fol. lanceolatis ciliatis, ramis prostratis striatis villosis.

** *Spinosae.*

- anglica. 11. G. spinis simplicibus, ramis floriferis inermibus. fol. lanceolatis. — *Fl. dan. t. 619. M.*
- germanica. 12. G. spinis compositis, ramis floriferis inermibus, fol. lanceolatis.

hispanica. 13. G. spinis decompositis, ramis floriferis inermibus, fol. linearibus pilosis. *Ger. prov.* 483. *G. germanicae affinis.*

lusitanica. 14. G. caule aphylo, spinis decussatis.

860. ASPALATHUS. *Cal.* 5-fidus: lacinia superiore majore. *Legum.* ovatum, muticum, subdispermum.

- spinosa*. 1. A. foliis fasciculatis linearibus nudis spinam gemmaceam circumstantibus. *Flores laterales, vix foliis longiores.* *Pluk. phyt.* 297. f. 6.
- verrucosa*. 2. A. fol. fascicularis filiformibus, gemmis verrucosis tomentosis nudis. *Frutex 2 pedalis lignosus, gemmis s. verrucis magnis. Folia carnosae, glabra, acutiuscula, pollicaria. Flores laterales, foliis breviores, subsessiles. Calyx subpubescens. Vexillis villosis.*
- capitata*. 3. A. fol. fasciculatis linearibus acutis, flor. capitatis, bracteis nudis. *Berg. cap.* 202. *Pluk. phyt.* 397. f. 6. *Seb. mes. 1. 1. 23. f. 6. Folia pubescentia. Flores spicato-capitati ferrugineo-pubescentes. Calyx laciniis subulatis.*
- glomerata*. 4. A. fol. fasciculatis linearibus acutis villosis incurvatis, flor. capitatis, calycinis laciniis ovatis, corollis glabris. *Suppl. p.* 321.
- astroites*. 5. A. fol. fasciculatis subulatis mucronatis glabris, caule villoso, flor. sparsis.
- chenopoda*. 6. A. fol. fasciculatis subulatis mucronatis hirtis, flor. capitatis hirsutissimis. *Berg. cap.* 200. *Folia juniperina pungentia.*
- albans*. 7. A. fol. fasciculatis subulatis sericeis apice patulis, fasciculis floreis sparsis. *Mant.* 261.
- thymifolia*. 8. A. fol. fascicularis subulatis inermibus glabris brevissimis, flor. alternis.
- ericifolia*. 9. A. fol. fasciculatis linearibus inermibus hirsutis, flor. alternis, calycibus linearibus. *Berg. cap.* 205. *Fruticulus pubescens aut hirsutissimus, ramosissimus. Folia minuta, linearia. Flores laterales, vix foliis longiores, vexillum villosum.*
- nigra*. 10. A. fol. fasciculatis linearibus obtusiusculis, flor. capitato-spicatis pubescentibus. *Mant.* 262.
- carnosa*. 11. A. fol. fasciculis teretiuseculis obtusis, cal. subpubescentibus acutis, cor. glabris. *Mant.* 261.

- ciliaris.* 12. A. fol. fasciculatis filiformibus scabris, flor. terminalibus sessilibus, vexillis pubescentibus. *Mant.* 262.
- genifloides.* 13. A. fol. fasciculatis filiformibus laevibus, cal. subracemosis pendulis corollisque glabris. *Mant.* 261.
- Hystrix.* 14. A. fol. fasciculatis filiformibus rigidis spinosis ferruceis, flor. lateralibus sessilibus solitariis, corollis villosis. *Suppl.* p. 322.
- galioides.* 15. A. fol. fasciculatis linearibus laevibus, pedunc. bifloris elongatis apice foliosis. *Mant.* 260. *Berg. cap.* 264.
- retroflexa.* 16. A. fol. fasciculatis subulatis glabris minimis, ramis filiformibus patentissimis, flor. solitariis terminalibus.
- uniflora.* 17. A. fol. fasciculatis linearibus inermibus glabris, stipulis acutis persistentibus, flor. solitariis, calycum laciniis cymbiformibus. *Flores terminales* 1. f. 2. *pubescentes. Distincta calycis laciniis ovatis concavis, longitudine calycis.*
- araneosa.* 18. A. fol. fasciculatis setaceis inermibus hispidis, flor. capitatis. *Folia, demum pilis longis helvolicis vagis, undique tuberculis scabra. Vexillum extus pilosum.*
- asparagoides.* 19. A. fol. fasciculatis setaceis pilosiusculis, calycibus foliiformibus longitudine corollae solitariis. *Suppl.* p. 321.
- sericea.* 20. A. fol. fasciculatis lanceolatis sericeis, pedunculis terminalibus bifloris, vexillo nudiusculo. *Suppl.* p. 321.
- canescens.* 21. A. fol. fasciculatis subulatis tomentoso-sericeis, flor. lateralibus, vexillis pubescentibus. *Mant.* 262.
- heterophylla.* 22. A. fol. ramorum fasciculatis, ramulorum ternatis linearibus hirtis, spicis terminalibus, calyce corollisque villosis. *Suppl.* p. 321.
- indica.* 23. A. fol. quinatis sessilibus, pedunc. unifloris.
- Ebenu.* 24. A. fol. aggregatis obovato-oblongis subtus tomentosis, pedunc. bifloris, legum. bilobis dispermibus. *An Comm. hort. 1. p. 161. t. 83? an genuina generis species? Stamina in unum corpora, dorso longitudinaliter fissum, nec in 2 corpora aequalia ut. Pterocarpi.*
- cretica.* 25. A. fol. trinis cuneiformibus glabris: lateralibus brevioribus, stipulis obsoletis, flor. congestis.

- quinquefolia.* 26. A. fol. quinis sessilibus, pedunc. spicatis.
- tridentata.* 27. A. fol. trinis lanceolatis glabris, stipulis tridentatis mucronatis, flor. capitatis.
- pilosa.* 28. A. fol. ternis linearibus villosis, capitulis terminalibus pilosissimis, coroll. pubescentibus. *Mant.* 262.
- anthylloides.* 29. A. fol. trinis lanceolatis aequalibus subpubescentibus. stipulis nullis, capitulis terminalibus. *Capitula oblonga.*
- laxata.* 30. A. fol. ternis linearibus villosis, flor. fasciculatis quinis, cal. lanatis, caul. prostratis teretibus. *Mant.* 262.
- argentea.* 31. A. fol. trinis linearibus sericeis, stipulis simplicibus mucronatis, flor. sparsis tomentosis. *Aspalathus sericea. Berg. cap. 212. Folia ternata aut fasciculata, lanceolata, sericea ut tota planta. Flores spicati, s. sparsi, laterales, villosi, Figura Cytisi.*
- callosa.* 32. A. fol. trinis subulatis aequalibus, stipulis subrotundis callosis, flor. spicatis glabris. *Berg. cap. 209. Fruticulus Ramis a casu foliorum adspersis Callis rotundatis, sinu villosis. Folia ternata, basi callosae insidentia, sessilia, subulato-linearia, juniperina, acuta, glabra, plana, subtus convexa. Spicae laxae, terminales. Bractae propriae monophyllae, subulatae. longitudine calycis, utrinque ad basin calycis solitariae. Calyces glabri dentibus subulatis. Corollae flavae, glabrae.*
- orientalis.* 33. A. fol. ternatis lanceolatis pubescentibus, flor. fasciculatis quinis, calyc. pubescentibus, caul. erectis angulatis. *Mant.* 269. *Cytisus orientalis, flor. amplis glomeratis. Tournef.*
- mucronata.* 34. A. fol. ternis laevibus, ramis acuminatis, flor. racemosis. *Suppl. p. 320.*
- pinnata.* 35. A. fol. pinnato-quinatis obcordatis, pedunc. capitatis.

881. ULEX. Cal. 2-phyllus. Legum. vix calyce longius.

1045.

europaeus. I. U. foliis villosis acutis, spinis sparsis, — *Fl. dan. t. 608. M.*

capen-

capensis. 2. U. fol. folitariis obtusis, spinis simplicibus terminalibus.

861. AMORPHA. *Corollae* vexillum ovatum, concavum. *Alae* o. *Carina* o.

1003.

fruticosa. I. AMORPHA. *Duhamel arb.* 1. t. 46.

862. CROTALARIA. *Legumen* turgidum, inflatum, pedicellatum. *Filamenta* conata cum fissura dorsali.

1003.

* *Foliis simplicibus.*

- perforata.* 1. C. fol. perfoliatis cordatis denticulatis. *Mant.* 439.
- perfoliata.* 2. C. fol. perfoliatis cordato-ovatis.
- amplexicaulis.* 3. C. fol. caulinis amplexicaulis cordatis alternis; floralibus oppositis reniformibus coloratis, flor. solitariis.
- sagittalis.* 4. C. simplicibus lanceolatis, petiolis decurrentibus solitariis bidentatis.
- chinensis.* 5. G. fol. simplicibus ovatis subpetiolatis, stipulis minutissimis.
- juncea.* 6. C. fol. simplicibus lanceolatis, petiolato-fessilibus, caule striato. *Mant.* 439.
- imbricata.* 7. C. fol. simplicibus ovatis acutis villosis sessilibus, flor. subsessilibus. *Berg. cap.* 192. *Cytiso* affinis. *Pluk. Mant.* 63. t. 388. f. 3.
- retusa.* 8. G. fol. simplicibus oblongis cuneiformibus retusis. *Stipulae* exstantes.
- sessiliflora.* 9. C. fol. simplicibus lanceolatis subsessilibus, flor. sessilibus lateralibus, caule aequali. *Caulis* striato-sulcatus.
- triflora.* 10. C. fol. simplicibus ovatis sessilibus glabris, ramis angulatis, pedunc. ternis lateralibus unifloris. *Mant.* 440. *Berg. cap.* 193.
- verrucosa.* 11. C. fol. simplicibus ovatis, stipul. lunatis declinatis, ramis tetragonis.
- biflora.* 12. C. fol. simplicibus obtusis, caulibus prostratis herbaceis, pedunc. bifloris. *Mant.* 516. 570. *Crotalaria* nana, foliis simplicibus oblongis sessilibus glabris, pedunc. lateralibus trifloris. *Burm. ind.* 156. t. 48. f. 2. *Crotalaria* maderasp. pilosellae folio. *Pet. gaz.* t. 30. f. 10. *Astragalus* biflorus. *Mant.* 273. *Crotalaria* nana.

- nana. *Burm. ind. 156. t. 48. f. 2. Fructus fere globosus, in hortis subcylindricus evadit.*
- opposita. 13. C. glabra exstipulata, fol. oblongis sessilibus, pedunculis axillaribus diphyllis. *Suppl. p. 322. Liparia opposita. Syst. ed. 13. p. 554. Spartium capense. Sp. pl. 995.*
- linifolia. 14. C. hirsuta, fol. linearibus obtusis hirsutis petiolatis exstipulatis, caule angulato, racemo terminali. *Suppl. p. 322.*
- bifaria. 15. C. pubescens diffusa, stipulata, foliis bifariis, inferioribus orbiculatis, superioribus oblongis, pedunculis unifloris. *Suppl. p. 322.*

** *Foliis compositis.*

- latifolia. 16. C. fol. ternatis obovatis, flor. lateralibus subracemosis.
- lunaris. 17. C. fol. ternatis ovatis acutis, stipul. femicordatis lunatis.
- laburnifolia. 18. C. fol. ternatis ovatis acuminatis, stipul. nullis, legum. pedicellatis. *Crotalaria arborescens trifoliata glabra viridis. Burm. zeyl. 82. t. 35. Corollae Carina lata compressa rostrata. Alae vexillo et carina dimidio breviores.*
- cordifolia. 19. L. fol. ternatis obcordatis mucronatis, flor. corymbosis, caule fruticoso. *Mant. 266. Spartium sopheroides. Berg. cap. 198.*
- incana. 20. C. fol. ternatis ovatis acuminatis, stipul. fetaceis, legum. hirsutis. *Mant. 440. Crotalaria trifolia. Riv. tetr. 138.*
- incanescens. 21. C. fol. ternatis obtusis, stipulis foliaceis, ramis incanis. *Suppl. p. 323. Crotalaria capensis. Jacq. hort. v. 4. t. 64.*
- heterophylla. 22. C. fol. ternatis ellipticis emarginatis: inferioribus simplicibus. *Suppl. p. 323.*
- quinquefolia. 23. C. fol. quinatis.

863. ONONIS. *Cal. 5-partitus: laciniis linearibus. Vexillum striatum. Legumen turgidum, sessile. Filamenta connata absque fissura.*

1006.

* *Floribus subsessilibus.*

antiquorum. I. O. floribus solitariis foliolo majoribus, fol. inferioribus ternatis, ramis laeviusculis spinosis. *spinosa.*

- spinosa. 2. O. flor. racemosis solitariis, fol. ternatis solitariisque, ramis spinosis. *Lin. Fl. suec. p. 249. Fl. dan. 783. Differre hanc ab arvensi (inermi), specie, non cultura, post Millerum Gouanum Retzius demonstravit in act. lund. v. 1. p. 128 item in Obs. bot. 2. p. 21. M.*
- arvensis. 3. O. flor. racemosis geminatis, fol. ternatis: superioribus solitariis, ramis inertibus subvillifis.
- repens. 4. O. caulibus diffusis, ramis erectis, fol. superioribus solitariis, stipul. ovatis.
- minutissima. 5. O. flor. subsessilibus lateralibus, fol. ternatis glabris, stipul. ensiformibus, cal. scariosis corolla longioribus. — *Jacq. Fl. austr. v. 3. t. 240. M. Caules filiformes, diffusi, glabri, suffruticulosi. Stipulae acuminatissimae, subbipartitae, integerrimae. Folia ternata, laevia, petiolata: Foliolis oblongiusculis, rigidulis, serratis, recurvatis, vix mucronatis. Petioli brevissimi. Flores axillares, solitarii. Calyces glabri, subscariosi, profunde quinquefidii, recti, subulati, corolla longiores. Corollae luteae. Legumen ovatum, fuscum, calyce brevius. Folia floralia superiora simplicia.*
- mitissima. 6. O. flor. sessilibus spicatis, bracteis stipularibus ovatis ventricosis scariosis imbricatis.
- alopeuroides. 7. O. spicis foliosis, fol. simplicibus obtusis, stipulis dilatatis.
- variegata. 8. O. stipulis bracteisque dentatis, fol. simplicibus striatis, flor. subpedunculatis. Anonis maritima mitis, folio lucido serrato. *Bocc. sic. 70. t. 38. f. 3.*
- ** *Floribus pedunculatis; pedunc. mutico.*
- pubescens. 9. O. pedunculis muticis brevissimis, fol. superioribus simplicibus, stipul. ovato-lanceolatis integerrimis. *Mant. 267. Anonis purpurea procumbens verna s. praecox fruticosa annua viscosa, filiquis crassioribus lentiformibus rarius dispositis. Moris. hist. 2. p. 168.*
- hircina. 10. O. flor. geminis brevissime pedicellatis, fol. superioribus simplicibus, stipulis serratis, caulibus villosis viscidis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 1. t. 93. M.*

- cernua.* 11. O. racemis strictis, fol. cuneiformibus, legumin. cernuis linearibus recurvatis. β . *Cytisus aethiopicus*. *Sp. plant.* 1042. *Frutex facie Genistae canariensis*. Rami teretes, purpurascentes, adpersi pilis albidis. Folia ternata, petiolata, parva, subtus purpurascens: Foliola sessilia, subcuneiformia, obtusa, vix emarginata. Racemi erecti, pilosi, uti Calyces. Corollae parvae, luteae. Stamina connata, supra rima dissecta. Legumen lineare, cernuum, resalcatum, compressum, torulosum.
- umbellata.* 12. O. pedunc. muticis umbellatis, fol. ternatis emarginatis, caul. prostratis. *Mant.* 266.
- argentea.* 13. O. volubilis, pedunc. muticis umbellatis, fol. ternatis: foliolis sessilibus argenteo-tomentosis. *Suppl.* p. 324.
- involutrata.* 14. O. hirsuta prostrata, pedunc. muticis involucre: involucre tetraphyllo, fol. ternatis cuneiformibus. *Suppl.* p. 324.
- filiformis.* 15. O. pedunc. muticis subtrifloris, fol. ternatis subsessilibus: foliolis ovatis mucronatis. *Mant.* 266. Lotus extipulatus, pedunc. axillaribus longissimis, foliolis ternis ovatis mucronatis. *Berg. cap* 266.
- capensis.* 16. O. racem. pedunculis longis, fol. ternatis suborbiculatis.
- prostrata.* 17. O. pedunc. muticis unifloris longissimis, fol. ternatis acutis, stipulis subulatis, caulibus prostratis. *Mant.* 266. Lotus prostratus. *Sp. pl.* 1090. *Pedunculi longissimi.*
- reclinata.* 18. O. pedunc. muticis unifloris, fol. ternatis subrotundis crenatis, leguminibus cernuis. *Planta tota pubescenti-viscosa*. Folia omnia ternata, crassiuscula. Calyces obtusi. Legumina arte sub pedunculo reflexa, fusca.
- cenisia.* 19. O. pedunc. muticis unifloris, fol. ternis cuneatis, stipulis ferratis, caul. prostratis. *Mant.* 267. Anonis inermis glabra, vaginis lanceolatis cristatis, petiolis longis unifloris. *Allion. pedem.* 47. t. 10. f. 3. Anonis luteo-purpurea minima angustifolia. *Barr. rar.* 833. t. 1104.

*** *Pedunculis aristatis.*

- Cherleri.* 20. O. pedunc. unifloris aristatis, fol. ternatis, stipul. ferratis. *Ger. prov. 487. Pusilla glabra fruticans lege minima hirsuta.*
- viscosa.* 21. O. pedunc. unifloris aristatis, fol. simplicibus; infimis ternatis. *Ger. prov. 486.*
- ornithopodioides.* 22. O. pedunc. bifloris aristatis, leguminibus linearibus cernuis. *Calycis foliola filiformia.*
- pinguis.* 23. O. pedunc. unifloris aristatis, fol. ternatis lanceolatis: stipul. integerrimis. *Varietas O. Natrix sec. Gerard.*
- Natrix.* 24. O. pedunc. unifloris aristatis, fol. ternatis viscosis, stipul. integerrimis, caule fruticoso. *Mant. 40.*

**** *Fruticosae.*

- tridentata.* 25. O. fruticosa, fol. ternatis carnosis sublinearibus tridentatis, pedunculis bifloris.
- crispa.* 26. O. fruticosa, fol. ternatis undulatis subrotundis dentatis viscoso-pubescentibus, pedunc. unifloris muticis. *Magnol pingit flores spicatos.*
- hispanica.* 27. O. (addo M. fruticosa,) pedunc. aristatis subunifloris, fol. omnibus ternatis canaliculatis recurvatis, totaliter ferratis. *Suppl. p. 324.*
- fruticosa.* 28. O. fruticosa, fol. sessilibus ternatis lauceolatis ferratis, stipulis vaginalibus, pedunc. subtrifloris. *Ger. prov. 486. Stipulae aridae.*
- rotundifolia.* 29. O. fruticosa, fol. ternatis ovatis dentatis, calyc. triphylo-bracteatis, pedunc. subtrifloris. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. app. t. 49. M. Ger. prov. 488. Stipulae virentes.*
- microphylla.* 30. O. fruticosa, spinosa, fol. minutis (addo M. ternatis) integerrimis, leguminibus recurvis. *Suppl. p. 324.*
- mauritaniaca.* 31. O. fruticosa, fol. quinatis obovatis mucronatis subtus sericeis, stipulis filiformibus, pedunc. racemosis. *Mant. 267. 453. Lotus mauritanicus. Sp. plant. 1091. Lotus fruticosus. Berg. cap. 226. Folia quinata praeter stipulas minutas, Foliola obovata mucrone reflexo.*

864. ANTHYLLIS. *Cal. ventricosus. Legumen subrotundum, tectum.*
1011.* *Herbaceae.*

- tetraphylla. 1. A. herbacea, foliis quaterno-pinnatis, floribus lateralibus.
- Vulneraria. 2. H. herbacea, fol. pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. *β Loto* affinis hirsuta, flore rubente. *Bauh pin.* 332. *γ Vulneraria rustica*, flore albo. *Tournef. inst.* 291
- montana. 3. A. herbacea, fol. pinnatis aequalibus, capitulo terminali secundo, flor. obliquatis — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 334.* M
- cornicina. 4. A. herbacea, fol. pinnatis inaequalibus, capitulis solitariis. *Caules basi. e radice. decussatim exeunt. Planta albo pilosa. Flores 7-9. albi, calyce longiores. Calyces ovati.*
- lotoides. 5. A. herbacea, fol. tripartitis, calyc. prismaticis fasciculatis longitudine leguminum.
- Gerardi. 6. A. herbacea, fol. pinnatis inaequalibus, pedunc. lateralibus folio longioribus, capitulis aphyllis. *Mant.* 100.
- quinqueflora. 7. A. herbacea, fol. ternatis linearibus, capitulo quinquefloro. *Suppl. p.* 325.
- involuta. 8. A. subherbacea, fol. ternatis petiolatis stipularis ensiformibus, flor. capitatis. *Mant.* 265. — *Ononis involuta. Berg. cap.* 213. — *Anne eadem, ac Ononis n.* 14? M.

** *Fruticosae.*

- linifolia. 9. A. fruticosa, fol. ternatis sessilibus ensiformibus, flor. capitatis. *Mant.* 265
- Barba jo- 10. A. fruticosa, fol. pinnatis aequalibus tomentosis, flor. capitatis.
vis.
- heterophyt- 11. A. fruticosa, fol. pinnatis: floralibus ternatis.
la.
- visiflora. 22. A. (addo M. fruticosa) fol. digitato-pinnatis, calycibus hirsutis *Suppl. p.* 325
- Cytifoides. 13. A. fruticosa, fol. ternatis inaequalibus, calyc. lanatis lateralibus. *Gouan. hort.* 362. *Folia summa simplicia, sessilia, e quorum alis Pedunculi solitarii, triflori: Bractea ovata, terminali.*

hermaniae. 14. A. fruticosa, fol. ternatis subpedunculatis, calyc. nudis.

Erinacea. 15. A. fruticosa spinosa, fol. simplicibus.

876. ARACHIS. *Cal.* 2-labiatus. *Coroll.* supinata. *Filamenta* connexa. *Legum.* gibbum. torulosum, venosum, coriaceum.

1040.

hypogaea. 1. ARACHIS. *Flores* monoici.

895. EBENUS. *Cal.* dentes longitudine corollae. *Cor.* alis subnullis. *Semen.* 1, hirtum.

1176.

cretica. 1. E. foliis quinatis, *Mant.* 451.

865. LUPINUS. *Cal.* 2-labiatus. *Antherae* 5 oblongae; 5 subrotundae. *Legumen.* coriaceum.

1014.

perennis. 1. L. calycibus alternis inappendiculatis: labio superiore emarginato; inferiore integro. *Mill. ic.* 170. f. 1. *Flores* coerulei.

albus. 2. L. calyc. alternis inappendiculatis: labio superiore integro; inferiore tridentato. *Flores* albi. *Semina* compressa, orbiculata.

varius. 3. L. calyc. semiverticillatis appendiculatis: labio superiore bifido; inferiore subtridentato. *Foliola* linearia. *Flores* rubri.

hirsutus. 4. L. calyc. alternis appendiculatis: labio superiore bipartito; inferiore tridentato. Lupinus lanuginosus latifolius humilis, flore coeruleo-purpurascente, itoloniferus. *Shaw. afr.* 393. *Totus ferrugineus, vix diversus. Flores* coerulei. *Foliola* spatulata.

pilosus. 5. L. cal. verticillatis appendiculatis, labio superiore bipartito, inferiore integro. Lupinus peregrinis major, flore vario. *Herm. Lugdb.* 386. *Statura* L. hirsuti. *Planta* pilosa. *Corollae* incarnato-albidae vexilli medio rubro. *Folia* lanceolata, obtusiuscula.

angustifolia, 6. L. calyc. alternis appendiculatis: labio superiore bipartito; inferiore integro. *Flores* coerulei. *Foliola* linearia.

lutens.

luteus. 7. L. calyc. verticillatis appendiculatis: labio superiore bipartito; inferiore tridentato. *Flores lutei.*

866. PHASEOLUS. *Carina* cum staminibus styloque spiraliter tortis.

1016.

* *Scandentes.*

vulgaris. 1. Ph. caule volubili, floribus racemosis geminis, bracteis calyce minoribus, leguminibus pendulis.

lunatus. 2. Ph. caule volubili, legum. acinaciformibus sublanatis laevibus.

bipunctatus. 3. Ph. caule volubili, legum. acinaciformibus pubescentibus, feminibus ad hilum bipunctatis. *Jacq. in Litt. hort. v. 1. t. 100. M.*

inamoenus. 4. Ph. caule volubili, florum vexillo revoluta calycibus concolore. *Jacq. hort. t. 66. Folia longiora: intermedio ovato-lanceolato. — Semina sanguinea inferiore et media parte alba cum punctis sanguineis M.*

farinosus. 5. Ph. caule volubili, pedunc. subcapitatis, sem. tetragono-cylindricis pulverulentis.

vexillatus. 6. Ph. caule volubili, pedunc. petiolo crassioribus capitatis, alis subfalcatis difformibus, legum. linearibus strictis. *Jacq. hort. t. 102.*

helvolus. 7. Ph. caule volubili, flor. capitatis, calyc. bracteatis, alis expansis maximis, foliol. deltoidibus oblongis.

semierectus. 8. Ph. caule semivolubili, flor. spicatis, calyc. ebracteatis, alis expansis majoribus, foliol. ovatis. *Mant. 100.*

alatus. 9. Ph. caule volubili, flor. laxe spicatis, alis longitudine vexilli.

Caracalla. 10. Ph. caule volubili, vexillis carinaque spiraliter convolutis. *Trew. var. 14. t. 10.*

aconitifolius. 11. Ph. caule volubili, fol. subquinquepartitis. *Suppl. p. 325.*

** *Erecti.*

nanus. 12. Ph. caule erecto laevi, bracteis calyce majoribus, legum. pendulis compressis rugosis.

radiatus. 13. Ph. caule erecto tereti, flor. capitatis, legum. cylindricis horizontalibus. *Phaseolus minimus. Rumph. amb. 6. p. 386. t. 139. f. 2.*

Max.

- Max. 14. Ph. caule recto anguloso hispido, legum. pendulis hirtis. *Legumina rostro incurvo.*
- Mungo. 15. Ph. caule flexuoso tereti hirsuto, legum. capitatis hirtis. *Mant. 101.*
- lathyroides. 16. Ph. caule erecto, foliolis lanceolatis.
- sphaerospermus. 17. Ph. caule erecto, sem. globosis hilo tinctis.

867. DOLICHOS. *Vexilli* basis callis 2, parallelis, oblongis, alas subtus comprimentibus.

* *Volubiles.*

- benghalensis. 1. D. volubilis frutescens, leguminibus longe mucronatis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 2 t. 124. M.*
- Lablab. 2. D. volubilis, legum. ovato-acinaciformibus, feminibus ovatis hilo arcuato versus alteram extremitatem.
- sinensis. 3. D. volubilis, legum. pendulis cylindricis torulosis, peduncul. erectis multifloris.
- uncinatus. 4. D. volubilis, legum. cylindricis hirsutis apice unguiculo subulato hamato, pedunc. multifloris, caule hirto.
- luteolus. 5. D. volubilis, legum. capitatis pluribus cylindricis, feminibus rotundatis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 1. t. 90.*
- unguiculatus. 6. D. volubilis, legum. capitatis subcylindricis apice recurvo concavo. *Jacq. hort. t. 23.*
- tranquebaricus. 7. D. volubilis, legum. capitatis paucis cylindricis apice mucronato recto. *Jacq. in Litt. Hort. v. 2. t. 70. M.*
- ensiformis. 8. D. volubilis, legum. gladiatis dorso tricarinatis, sem. arillatis.
- tetragonolobus. 9. D. volubilis, legum. membranaceo-quadrangulatis.
- sesquipedalis. 10. D. volubilis, legum. subcylindricis laevibus longissimis. *Jacq. hort. v. 1. t. 67.*
- altissimus. 11. D. volubilis, legum. racemosis hirtis aequalibus, sem. hilo cinctis. fol. utrinque glabris. *Mant. 101. — Jacq. amer. pict. p. 100. t. 190. M. hist. 202. t. 122. — Amer. pict. p. 99. t. 188. M.*
- pruriens. 12. D. volubilis, legum. racemosis: valvulis subcarinatis hirtis, pedunc. ternis. *Mant. 441 Jacq. hist. 202. t. 122. — Amer. pict. p. 99. t. 188. M.*

Phaseolus americanus, folio molli lanugine obsitis, siliquis pungentibus, semine fusco punctato. *Pluk. phyt. 214. f. 1.* *Phaseolus* utriusque indiae, lobis villosis pungentibus, minor. *Sloan.* (rectius) *Legumina literam s. flexura referunt.* *Strizolobium* spicis multis pendulis alaribus, floribus ternis. *Brown. jam. 290.* *Corollae vexillum ovatum, reliquis petalis triplo minus.*

- urens.* 13. D. volubilis, legum. racemosis: sulcis transversim lanceolatis, feminibus hilo cinctis. *Jacq. hist. 202. t. 182. f. 24.* — *Amer. pitt. p. 100. t. 189. M.* *Legumina magna, rugosa. Semina hilo cincta.* *Phaseolus* siliquis latis hispidis rugosis, fructu nigro. *Plum. ic. t. 107. Folia subtus tomentoso-nitida.*
- minimus.* 14. D. volubilis, legum. racemosis, compressis tetraspermis, fol. rhombeis. *Jacq. spec. t. 22.*
- lineatus.* 15. D. volubilis, legum. racemosis oblongis tricarinatis. *Thunb. japon. mspt. M.*
- capensis.* 16. D. volubilis, pedunc. subbifloris, legum. ellipticis compressis, fol. glabris.
- scarabaeoides.* 17. D. volubilis, fol. ovatis tomentosis, flor. solitariis, sem. bicornibus.
- incurvus.* 18. D. volubilis, legum. solitariis incurvis tricarinatis. *Thunb. jap. mspt. M.*
- bulbosus.* 19. D. volubilis, fol. glabris multangulis dentatis.
- trilobus.* 20. D. volubilis, fol. lateralibus extrorsum gibbis: intermedio trilobo.
- aristatus.* 21. D. volubilis, pedunc. bifloris axillaribus, legum. linearibus compressis: arista terminali recta.
- filiformis.* 22. D. volubilis, foliol. linearibus obtusis mucronatis glabris subtus pubescentibus.
- purpureus.* 23. D. volubilis, caule glabro, petiol. pubescentibus, corollae alis patentibus.
- regularis.* 24. D. volubilis, fol. ovatis obtusis, pedunc. multifloris; pet. aequalis magnitudinis figuraeque.
- lignosus.* 25. D. volubilis, caule perenni, pedunc. capitatis, legum. strictis linearibus. — *Jacq. amer. pitt. p. 100? M.*
- polystachios.* 26. D. volubilis, caule perenni, spicis longissimis, pedicellis geminis, legum. acuminatis compressis. *Flores purpurei.*

** *Erecti.*

- ensiformis.* 27. D. caule suberecto, legum. acinaciformibus tricar-
 rinatis, sem. arillatis.
- Soja.* 28. D. caule erecto flexuoso, racemis axillaribus ere-
 ctis, legum. pendulis hispidis subdispermis.
Corollae vix calyce majores. Flores subsessiles
 3-5. *Legumina disperma.*
- Catiang.* 29. D. caule erecto, legum. geminis linearibus ere-
 ctiusculis. *Burm. ind. 161. Phaseolus minor.*
Rumph. amb. 5. p. 383. t. 139. Peru. Rheed.
mal. 3. p. 75. t. 41.
- biflorus.* 30. D. caule perenni laevi, pedunc. bifloris, legumi-
 nibus erectis. *Phaseolus vulgaris* lablab effigie,
 flore parvo ochroleuco, filiquis falcatis gemel-
 lis. *Pluk. atm. 291. t. 213. f. 4.*
- repens.* 31. D. caule repente, fol. pubescentibus ovatis, flor.
 racemosis geminis, legum. linearibus teretibus.

868. GLYCINE. *Cal. 2-labiatus. Corollae carina apice*
 1023. *vexillum reflectens.*

- subterranea.* 1. G. foliis ternatis radicalibus, caulibus procum-
 bentibus flexuosis, pedunculis bifloris. *Linn.*
dec. 37. t. 17. Arachis africana *Burm. ind. 22.*
- monoica.* 2. G. fol. ternatis nudiusculis, caul. pilosis, racem.
 pendulis, flor. fructiferis apetalis. *Phaseolus*
americanus supra et infra terram fructus gerens.
Boerh. Lugb. 2. p. 28. Sub terra etiam fructi-
ficat, ut Lathyrus subterraneus.
- triloba.* 3. G. fol. ternatis foliolis lobatis, caule prostrato,
 pedunc. bifloris. *Mant. 516. Burm. ind. 162.*
t. 50 f. 1. Phaseolus aconitifolius, volubilis pe-
dunculis subracemosis, foliis profunde lobatis.
Jacq. obs. 3 p. 2. t. 52. Dolichos trilobatus.
Mant. 101. Pianta tota prostrata, nec scandens.
Flores lutei, parvi.
- villosa.* 4. G. fol. ternatis trilobis villosis, racemis axillari-
 bus. *Thunb jap. mspt. M.*
- javanica.* 5. G. fol. ternatis, caule villoso, petiol. hirsutis,
 bracteis lanceolatis minutis.
- comosa.* 6. G. fol. ternatis hirsutis, racemis lateralibus. *Flo-*
res coerulei. Semina maculis purpureis.
- tomentosa.* 7. G. fol. ternatis tomentosis, racem. brevissimis
 axillaribus, legum. dispermis. β . *Dolichos*
pubc-

pubescens. *Sp. pl.* 1021. u. 17. *Jacq. hort.* v. 2. t. 101. M. *Hic G. tomentosae forte mera varietas. Vexillum non est reflexum.*

bituminosa. 8. G. fol. ternatis, flor. racemosis, legum. tumidis villosis.

nummularia. 9. G. fol. ternatis obtusissimis, racemis floribus geminis, legum. sessilibus suborbiculatis compressis. *Mant.* 571.

labialis. 10. G. volubilis, fol. ternatis obovatis subcanis, flor. axillaribus congestis, corolla subbilabiata. *Suppl. p.* 325.

friata. 11. G. volubilis, fol. ternatis oblongis mollissime incanis, racemis axillaribus foliorum longitudine, leguminibus hirsutissimis. *Suppl. p.* 326. *Glycine friata. Jacq. hort. v. 1. p. 32. t. 76.*

suaveolens. 12. G. fruticosa erecta incana, fol. ternatis ovatis acutis, flor. axillaribus solitariis, leguminibus dispermis. *Suppl. p.* 326.

Apios. 13. G. fol. impari-pinnatis ovato-lanceolatis: foliolis septenis. *Flores atropurpurei; modo reliquis congener.*

frutescens. 14. G. fol. impari-pinnatis, caule perenni. *Legumen uti praecedentis biloculare.*

monophylla. 15. G. fol. simplicibus cordatis, caule pubescente triquetro. *Mant.* 101. *Crotalaria asarina. Berg. cap. 194. Lens elatines folio singulari, minor pilosa floribus luteis. Pluk. amalth. 131. t. 454. f. 8. Mea differt Caule triquetro erecto et foliis angustioribus.*

869. CLITORIA. *Cor. supinata: vexillo maximo patente alas obumbrante.*
1025.

Ternatea. 1. C. foliis pinnatis, *Flores hysterantheri.*

brasiliana. 2. C. fol. ternatis, calycibus solitariis campanulatis.

virginiana. 3. C. fol. ternatis, calyc. geminis campanulatis.

mariana. 4. C. fol. ternatis, calyc. cylindricis.

Galactia. 5. C. fol. ternatis, racemo erecto. flor. pendulis.

870. PISUM. *Stylus triangulus, supra carinatus pubescens. Calycis laciniae superiores 2 breviores.*
1026.

fativum. 1. P. petiolis teretibus, stipulis inferne rotundatis crenatis, pedunculis multifloris.

arvense.

- arvense. 2. P. petiol. tetraphyllis, stipul. crenatis, pedunc. unifloris.
- maritimum. 3. P. petiol. supra planiusculis, caule angulato, stipul. sagittatis, pedunc. multifloris. *Fl. dan. t. 338.*
- Ochrus. 4. P. petiol. decurrentibus membranaceis diphyllis, pedunc. unifloris.

871. OROBUS. *Stylus* linearis. *Cal.* basi obtusis: laciniis superioribus profundioribus, brevioribus.

1027.

- lathyroides 1. O. foliis conjugatis subseffilibus, stipulis dentatis.
- hirsutus. 2. O. fol. conjugatis petiolatis, stipul. integris.
- luteus. 3. O. fol. pinnatis ovato-oblongis, stipul. rotundato-lunatis dentatis. Orobus foliis ovato-lanceolatis, stipulis triangulis, caule ramoso herbaeo. *Gmel. sib. 4. p. 13. t. 4. Mant. 442.* Orobus foliis quinatis: foliolis ovato-oblongis, stipulis semisagittatis, pedunculis longissimis, caule simplici. *Ger. prov. 492. Folia subtus glauca. Stipulae semisagittatae, integerrimae, minime subrotundo-lunatae aut dentatae. Turra.*
- vernus. 4. O. fol. pinnatis ovatis, stipul. semisagittatis integerrimis, caule simplici.
- tuberosus. 5. O. fol. pinnatis lanceolatis, stipul. semisagittatis integerrimis, caule simplici. — *Fl. dan. t. 781. M. Mant. 67.*
- sylvaticus. 6. O. caulibus decumbentibus hirsutis ramosis.
- angustifolius. 7. O. fol. bijugis ensiformibus (*addo subseffilibus M.*), stipul. subulatis, caule simplici. *Gmel. sib 4. t. 14. f. 5.*
- albus. 8. O. fol. bijugis ensiformibus petiolatis, stipulis simplicibus, caule simplici. *Suppl. p. 327.* Orobus pannonicus. *Jacq. austr. vol. 1. p. 25. t. 39.*
- canescens. 9. O. caule ramoso, fol. bijugis linearibus, stipulis semisagittatis subulatis. *Suppl. p. 327.* Orobus angustifolius β . *Syst. ed. 13. p. 550.* Orobus caule ramoso, fol. quaterno-pinnatis linearibus, stipulis semisagittatis subulatis. *Ger. prov. 493.* Orobus orientalis, foliis angustissimis costae brevissimae. *Tournef. cor. 26.*

Araci f. Apios leguminosae species tossano ca-
rolo. *Bauh. hist. 2. p. 326.*

- niger. 10. O. caule ramoso, fol. sexjugis ovato-oblongis.
pyrenaicus. 11. O. caule ramoso, fol. bijugis lanceolatis nervo-
sis, stipul. subspinosis.
sylvaticus. 12. O. caule ramoso hirsuto decumbente, fol. sub-
septemjugis.

872. LATHYRUS. *Stylus* planus, supra villosus, super-
ne latior, *Cal.* laciniae superiores
1029. 2 breviores.

* *Pedunculis unifloris.*

- Aphaca. 1. L. pedunculis unifloris, cirrhis aphyllis, stipulis
fagittato-cordatis.
Nissolia. 2. L. pedunc. unifloris, fol. simplicibus, stip. subu-
latis. Nifolia parva, flore purpureo. *Buxb.*
cent. 3. p. 84. t. 45. f. 1.
amphicar- 3. L. pedunc. unifloris calyce longioribus, cirrhis
pos. diphyllis simplicissimis. Lathyrus amphicar-
pos f. supra infraque terram filiquas gerens.
Morif. hist. 2. p. 51. f. 2. t. 23. f. 1.
Cicera. 4. L. pedunc. unifloris, cirrhis diphyllis, legum.
ovatis compressis: dorso canaliculatis.
fativus. 5. L. pedunc. unifloris. cirrhis diphyllis tetraphyl-
lisque, legum. ovatis compressis dorso bimar-
ginatis.
inconspi- 6. L. pedunc. unifloris calyce brevioribus, cirrhis
cuus. diphyllis simplicibus, foliol. lanceolatis. *Jacq.*
hort. t. 86.
setifolius. 7. L. pedunc. unifloris, cirrhis diphyllis, foliol. se-
taceo-linearibus. *Ger. prov. 495. Caules*
subsolit. vii. Foliola subavenia. Stipulae ap-
pendiculatae. Petiolus trifidus, stipula 3- plo
longior. Legumen ovatum, turgidum. G.
angulatus. 8. L. pedunc. unifloris aristatis, cirrhis diphyllis sim-
plicissimis, foliol. linearibus. *Ger. prov. 495.*
Caules multi. Foliola nervosa. Stipulae lan-
ceolatae. Petiolus vix stipula longior. Legu-
men oblongum, compressum. G.
articulatus. 9. L. pedunc. subunifloris, cirrhis polyphyllis, foliol.
alternis.

** *Pedunculis bifloris.*

- odoratus. 10. L. pedunc. bifloris, cirrhis diphyllis, foliol. ovato oblongis, leguminibus hirsutis
- annuus. 11. L. pedunc. bifloris, cirrhis diphyllis, foliol. ensiformibus, legum. glabris, stipul. bipartitis. *Lathyrus hispanicus. Riv. tetr. 153.*
- tingitanus. 12. L. pedunc. bifloris, cirrhis diphyllis: foliol. alternis lanceolatis glabris, stipulis lunatis. *Jacq. hort. t. 46.*
- Clymenum. 13. L. pedunc. bifloris, cirrhis polyphyllis, stipul. dentatis.

*** *Pedunculis multifloris.*

- hirsutus. 14. L. pedunc. subtrifloris, cirrhis diphyllis, fol. lanceolatis, legum. hirsutis, sem. scabris. *Pedunculi saepius triflori sunt. Flores purpurei. ©*
- tuberosus. 15. L. pedunc. multifloris, cirrhis diphyllis: foliol. ovalibus, internodiis nudis.
- pratensis. 16. L. pedunc. multifloris, cirrhis diphyllis simplicissimis: foliol. lanceolatis. *Fl. dan. t. 527.*
- lucifera. 17. L. pedunc. multifloris, cirrhis diphyllis: foliol. ensiformibus, internodiis membranaceis. *Fl. dan. t. 525.*
- latifolius. 18. L. pedunc. multifloris, cirrhis diphyllis: foliol. lanceolatis, internodiis membranaceis. — *Mill. illustr. ic. M. Folia elliptica.*
- heterophyllus. 19. L. pedunc. multifloris, cirrhis diphyllis tetraphyllisque: foliol. lanceolatis, internodiis membranaceis.
- palustris. 20. L. pedunc. multifloris, cirrhis polyphyllis, stip. lanceolatis. *Fl. dan. t. 399.*
- pisiformis. 21. L. pedunc. multifloris, cirrhis polyphyllis, stipulis ovatis foliolo latioribus. *Lin. dec. 39. t. 20. Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis heterophyllis, stipulis maximis. Gmel. sib. 4. p. 7. t. 1.*

873. VICIA. *Stigma latere inferiore transverse barbatum.*
1034.

* *Pedunculis elongatis.*

- pisiformis. I. V. pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis, foliolis ovatis: infimis sessilibus. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 364. M. Flores ochroleuci.*

- dumetorum.* 2. V. pedunc. multifloris. foliol. reflexis ovatis mucronatis, stip. subdentatis.
- sylvatica.* 3. V. pedunc. multifloris, foliol. ovalibus, stip. denticulatis. *Fl. dan. t. 277.*
- cassubica.* 4. V. pedunc. subsexfloris, foliol. denis ovatis acutis, stip. integris. *Fl. dan. t. 98.*
- Cracca.* 5. V. pedunc. multifloris, flor. imbricatis, foliol. lanceolatis pubescentibus, stip. integris. — *Fl. dan. t. 804. M.*
- Gerardi.* 6. V. pedunc. multifloris, foliolis oblongis, subpubescentibus, stipulis integris, caule erecto. *Jacq. in Litt. Fl. austr. vol. 3. t. 229. M.*
- onobrychioides.* 7. V. pedunc. multifloris, flor. distantibus, foliol. linearibus, stip. inferne denticulatis. *Legumina latissima.*
- nissoliqna.* 8. V. pedunc. multifloris, foliol. oblongis, stip. integris, legum. villis ovato oblongis.
- biennis.* 9. V. pedunc. multifloris, petiol. fulcatis subdodecaphyllis: foliol. lanceolatis glabris. *Gmel. sib. 4. p. 10. f. 2. Plana biennis: maxima ultra 12 pedes alta.*
- benghalensis.* 10. V. pedunc. multifloris, foliol. integerrimis, stip. integris, legum. erectiusculis. *Ger. prov. 498.*
** *Floribus axillaribus, subsessilibus.*
- fativa.* 11. V. legum. sessilibus subbinatis erectis, fol. retusis, stip. notatis. *Fl. dan. t. 522.*
- lathyroides.* 12. V. legum. sessilibus solitariis erectis glabris, foliol. senis: inferioribus obcordatis. *Gouan. hort. 371. Fl. dan. t. 58. Vicia minima. Riv. tetr. 169.*
- lutea.* 13. V. legum. sessilibus reflexis pilosis solitariis pentaspermis. corollae vexillis glabris.
- hybrida.* 14. V. legum. sessilibus reflexis pilosis pentaspermis, corollae vexillis villosis. *Jacq. austr. t. 34.*
- peregrina.* 15. V. legum. subsessilibus pendulis glabris tetraspermis, foliol. linearibus emarginatis.
- sepium.* 16. V. legum. pedicellatis subquaternis erectis, foliol. ovatis integerrimis: exterioribus decrescentibus. — *Fl. dan. t. 699. M. Racemi foliis breviores, subquadriflori.*
- bithynica.* 17. V. legum. pedunculatis solitariis erectis, foliol. quaternis ovali-lanceolatis, stip. dentatis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 147. M. Lathyrus bithynicus. Sp. pl. 9. Cracca floribus albis foliis circa radicem denticulatis. Buxb. cent. 3 p. 25. t. 45 f. 2.*
narbo-

- narbonensis.* 18. V. legum. subfessilibus subternis erectis, foliol. senis subovatis, stip. denticulatis.
- Faba.* 19. V. caule erecto, petiol. absque cirrhis. *Habitat non procul a Mari Caspio in confiniis Persiae. D. Lerche.*
- ferratifolia.* 20. V. caule erecto, petiolis absque cirrho, foliolis ferratis. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 5. app. t. 8. M.*

874. ERVUM. *Cal.* 5 - partitus, longitudine corollae.
1040.

- Lens.* 1. E. pedunculis subbifloris, seminibus compressis convexis. *Fl. dan. t. 95.*
- tetraspermum.* 2. E. pedunc. subbifloris, sem. globosis quaternis. *Cracca minor, siliquis gemellis. Riv. tetr. 167.*
- hirsutum.* 3. E. pedunc. multifloris, semin. globosis binis. — *Fl. dan. t. 639 M.*
- solonienae.* 4. E. pedunc. subbifloris aristatis, petiol. acuminatis, foliol. obtusis. *Affinis Lathyro angulato?*
- monanthos.* 5. E. pedunc. unifloris.
- Ervilia.* 6. E. germinibus nudato-plicatis: fol. impari-pinnatis.

875. CICER. *Cal.* 5 - partitus, longitudine corollae: laciniiis quatuor superioribus vexillo incumbentibus. *Legumen rhombeum, turgidum, dispernum.*

1040.

arietinum. 1. CICER foliolis ferratis.

1319. LIPARIA. *Cal.* 5 - fidus: lacinia infima elongata. *Cor.* alae inferius bilobae. *Staminis* majoris dentes tres breviores. *Legum.* ovatum.

sphaerica. 1. L. floribus capitatis, foliis lanceolatis nervosis glabris. *Mant. 268.* Genista afr. rusci foliis longioribus, floribus luteis in globum congestis. *Raj. dend. 107.* *Frutex floribus speciosissimis. Haec dedit characterem. Aestivatio singularis.*

graminifolia. 2. L. flor. capitatis, fol. linearibus alternis acutis fessilibus, calyc. villosis. *Mant. 268.* Genista afr. foliis pinastri. *Raj. dendr. 105.*

umbellata. 3. L. flor. umbellatis, fol. lanceolatis laevibus. *Borbonia umbellata aliis.*

- villosa*. 4. L. flor. fasciculatis, fol. ovatis villosa tomentosis. *Borbonia tomentosa*. *Sp. plant.* 994. *Similis Indig. sericeae*.
- sericea*. 5. L. flor. subspicatis, fol. ovatis villosis tomentosis.

876. CYTISUS. *Cal.* 2-labiatus: $\frac{2}{3}$. *Legumen* basi attenuatum.

- Laburnum*. 1. C. racemis simplicibus pendulis, foliolis ovato-oblongis. — *Jacq Fl. austr. v. 4. t. 306. M.*
- nigricans*. 2. C. racem simplicibus erectis, foliol. ovato-oblongis. — *Jacq. Fl. austr. v. 4. t. 387. M.* *Folia subtus pilis canescentia, supra glabra: impari majore.*
- wolgaricus*. 3. C. canus, racem. simplicibus erectis, flor. secundis, fol. pinnatis: foliolis subrotundis, stipulis subulatis. *Suppl. p. 327. Cytisus nigricans. Pall. it. v. 3. p. 754. tab. G. g. f. 3.*
- sessilifolius*. 4. C. racem. erectis, calyc. bractea triplici, fol. floralibus sessilibus. *Folia longius petiolata, at in Ramulis sessilia. Legumina nigricantia.*
- Cajan*. 5. C. racem. axillaribus erectis, foliol. sublanceolatis tomentosis: intermedio longius petiolato. *Jacq. spec. 1. Hugh. barb. 199. t. 19. Thora paeru. Rheed. mal. 6. t. 13. Burm. Folia mollissima, certo respectu alba. Racemus erectus. Calyx subpubescens. Corolla flava: Vexillum erectum; Alae horizontaliter planae; Carina obtusa. Stamina diadelpa. Legumen striis oblique transversis interceptum. — Cytisus Pseudocajan. Jacq. hort. v. 2. t. 119. forsitan Cytisi Cajan sola varietas, ad mentem ipsius Jacq. in Litt. M.*
- patens*. 6. C. floribus pedunculatis subbinatis lateralibus ntantibus. *Cytisus lusitanicus. medicae folio, floribus in foliorum alis. Tournesf. instit. 648. Vandelli. Rami patentissimi virgati. Pedunculi gemini, uniflori. Flores penduli, lutei.*
- hirsutus*. 7. C. pedunculis simplicibus lateralibus, calyc. hirsutis trifidis obtusis ventricoso-oblongis. *Folia subtus hirsuta. Calyces pilosissimi.*
- capitatus*. 8. C. flor. umbellatis terminalibus, ramis erectis, foliol. ovatis. *Jacq. austr. t. 37. — Cytisus supinus. Syst. ed. 13. p. 555. M. Caulis Petioli*

tiolique pubescentes. Folia laeviuscula. Calyx tubulosus, ventricosus, pubescens, bilabiatus.

- austriacus. 9. C. flor. umbellatis terminalibus, caul. erectis, foliol. lanceolatis. *Jacq. austr. t. 21.*
- supinus. 10. C. flor. pedunculatis subbinatis, fol. villosis, caulibus decumbentibus frutescentibus. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 1. t. 20.* Cytisus supinus, foliis incana lanugine inferne pubescentibus. *Bauh. pin. 390. M.*
- prolifer.* 11. C. umbellis axillaribus sessilibus proliferis, fol. ternatis petiolatis: foliolis lanceolatis sericeis, bracteis filiformibus *Suppl. p. 328.*
- argenteus. 12. C. flor. subbinatis subsessilibus, fol. tomentosis, caul. decumbentibus, stipul. minutis. *Ger. prov. 784. n. 4. Gouan. hort. 37.* *Planta incana nitida. Bractee 2. f. 3. calycis basi adnatae. Calycis laciniae longiores, quam in congeneribus.*
- pendulinus.* 13. C. flor. subbinatis pedunculatis lateralibus nutantibus secundis. *Suppl. p. 328.*
- purpureus.* 14. C. flor. pedunculatis solitariis, fol. glabris, caul. decumbentibus frutescentibus, leguminibus superne falcatis. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 5. t. 48. M.*
- glaber.* 15. C. flor. solitariis lateralibus subsessilibus pendulis, fol. ternatis. *Suppl. p. 328.*
- graecus. 16. C. fol. simplicibus lanceolato-linearibus, ramis angulatis.
- tener.* 17. C. fol. simplicibus lanceolatis, ramis teretibus. *Jacq. in Litt. Misc. v. 3. Icon. rar. Frutex erectus ramosissimus. M.*

1417. MÜLLERA. *Pericarpium elongatum, carnosum, moniliforme: Globulis monospermis. Suppl. p. 53.*

moniliformis. I. MÜLLERA. *Suppl. p. 329.*

878. GEOFFROYA. *Cal. 5-fidus, Drupa ovata. Nucleus compressus.*

1043.

spinosa. I. GEOFFROYA. *Jacq. amer. 207. t. 180. f. 2. — Ed. 2. pict. p. 102. t. 262. f. 58. quoad fructif. partes M.*

879. ROBINIA. *Cal.* 4-fidus. *Legumen* gibbum, elongatum.

1043.

- Pseud-Acacia. 1. R. racemis pedicellis unifloris, foliis impari-pinnatis, stipulis spinosis. *Racemi penduli albi.*
- violacea. 2. R. racem. pedicellis unifloris, fol. impari-pinnatis, caule inermi, *Jacq. amer. 210. t. 177. f. 49. Ed. 2. pist. p. 103. t. 262. f. 61. quoad pedunculum floriferum. M. Pseudacacia flor. violaceis. Plum. spec. 19.*
- hispida. 3. R. racem. axillaribus, fol. impari-pinnatis, caul. inermi hispido. *Mant 101.*
- onitis. 4. R. racem. pedicellis ternis, fol. impari-pinnatis, caul. inermi. *Legumen ovali-oblongum, compressum, acuminatum. Pluk. t. 310. f. 3. Calyx subtruncatus.*
- Holodendron. 5. R. racem. axillaribus trifloris, petiolis spinescentibus, fol. ternatis petiolatis: foliolis cuneiformibus spinosis cuspidatis. *Suppl. p. 330. Robinia Holodendron. Pall. it. v. 2. p. 741. t. W.*
- Caragana. 6. R. pedunculis simplicibus, fol. abrupte pinnatis, petiolis inermibus.
- spinosa. 7. R. pedunc. simplicibus, fol. abrupte pinnatis, stipulis petiolisque spinescentibus. *Mant. 259. Similis R. Caraganae, sed stipulis petiolisque rigentibus s. spinosis. Robinia spinosissima Laxm. Act. Petrop. 1770. p. 558. t. 30. f. 4.*
- frutescens. 8. R. pedunc. simplicibus, fol. quaternatis subpetiolatis, terminatis spina inermi.
- pygmaea. 9. R. pedunc. simplicibus, fol. quaternatis sessilibus. *Stipulae in foliis primordialibus foliaceae lanceolatae in hac tantum specie; in omnibus sibiricis folia primordialia terna sunt.*

880. COLUTEA. *Cal.* 5-fidus. *Legumen* inflatum, basi superiore dehiscens.

1047.

- arborescens. 1. C. arborea, foliolis obcordatis.
- frutescens. 2. C. fruticosa, foliol. ovato-oblongis. *Alae minutae. Vexillum breve.*
- perennans. 3. C. herbacea, racemis approximatis, fol. ovalibus. *Murr. in comm goit. 1774. p. 38. t. 7. Colutea perennans herbacea, foliis ovato-oblongis. Jacq. App. enum. stirp. vind. p. 311.*

p. 311. Colutea caulibus herbaceis radice perenni. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 3. M.*

- herbacea. 4. C. herbacea, foliol. linearibus glabris. *Syst. ed. 13. p. 556.* — Colutea annua, herbacea, racemis distantibus, foliis linearibus. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 40. M.*

882. GLYCYRRHIZA. Cal. 2 - labiatus: $\frac{1}{3}$. Legumen
1046, ovatum, compressum.

- echinata. 1. G. leguminibus echinatis, foliis stipulatis, foliolo impari sessili. *Jacq. hort. t. 95.*
- glabra. 2. G. legum. glabris, stipul. nullis, foliol. impari petiolato.
- hirsuta. 3. G. legum. hirsutis, foliol. impari petiolato.
- asperrima. 4. G. leguminibus glabris? foliolis ellipticis cuspidatis, caule hispido scabro. *Suppl. p. 330.* Glycyrrhiza aspera. *Pall. it. v. 1. p. 499. t. M. f. 3.* Glycyrrhiza hispida. *Pall. it. v. 3. p. 754. tab. G. g. f. 1. 2.*

883. CORONILLA. Cal. 2 - labiatus: $\frac{2}{3}$: dentibus superioribus connatis. Vexillum vix alis longius. Legumen isthmis interceptum.

- Emerus. 1. C. fruticosa, pedunculis subtrifloris, corollarum unguibus calyce triplo longioribus, caule angulato.
- junceae. 2. C. fruticosa, foliolis quinatis ternatisque linearilanceolatis subcarnosis obtusis.
- valentina. 3. C. fruticosa, foliol. subnovenis, stip. suborbiculatis. *Riv. tetr. 206. Florum odor gravis. Color primo vere foliorum Rutae.*
- glauca. 4. C. fruticosa, foliol. septenis, obtusissimis, stipul. lanceolatis. Coronilla fruticosa, leguminibus crassioribus. *Mant. 444. Mill. ic. t. 289. f. 1. Foliola cuneiformia, obtusa cum mucrone. Stipulae lanceolatae; noctu inodora.*
- coronata. 5. C. fruticosa, foliol. novenis obovatis: internis cauli approximatis, stipula oppositifolia bipartita. — *Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 95. M.* Coronilla montana. *Riv. tetr. 207. Caulis fruticosus sesquipedalis, erectus.*

minima.

- minima. 6. C. suffruticosa procumbens, foliol. novenis ovatis, stipula oppositifolia emarginata, legum. angulatis nodosis. *Mant.* 444. — *Jacq. Fl. austr.* v. 3 t. 271. M. *Foliola infima loco stipularum, ut in C. coronata, sed haec non frutex, vix suffrutex dicenda; magnitudine Lotti corniculatae.*
- argentea. 7. C. fruticosa, foliol. undenis sericeis: extimo majore.
- Securidaca. 8. C. herbacea, legum. falcato - gladiatis, foliol. plurimis. *Domit. Foliolis supra petiolum conniventibus, versusque petioli basin flexis.*
- varia. 9. C. herbacea, legum. erectis teretibus toosis numerosis, foliol. plurimis glabris. *Foliola in petiolo communi infima cauli, uti stipulae, approximata saepius sunt, quemadmodum in C. coronata, aut C. minima. Caules prostrati. Pedunculi longitudine foliorum.*
- cretica. 10. C. herbacea, legum. quinis erectis teretibus articulatis, foliol. undenis. *Mant.* 445. *Jacq. hort.* t. 25.
- scandens. 11. C. caule scandente flaccido.

884. ORNITHOPUS. Legumen articulatum, teres, arcuatatum.
1049.

- perpusillus. 1. O. foliis pinnatis, leguminibus incurvatis. *Pl. glabra, procumbens. — Fl. dan.* t. 730. M. *Folia petiolata. Pedunculi longitudine foliorum. Flores 3 f. 4 lutei vexillo rubro reticulato.*
- compressus. 2. O. fol. pinnatis, legum. recurvatis compressis rugosis, bractea pinnata. *Pl. tomentosa. Folia sessilia. Pedunculi folio breviores: Bractea pinnata. Flores saepius 2 flavi. Legumina recurva.*
- scorpioides. 3. O. fol. ternatis subsessilibus: impari maximo. *Scorpioides. Riv. tetr.* 210. *Pl. erecta. Pedunculi aphylli, subquadrisfiori.*
- 4-phyllus. 4. O. fol. quaternis, flor. solitariis.

885. HIPPOCREPIS. Legumen compressum, altera futura pluries emarginatum, curvum.
1049.

- unifiliquosa. 1. H. leguminibus sessilibus solitariis rectis.

multi-

- multifiliquo- 2. H. legum. pedunculatis confertis circularibus: margine altero lobatis.
~~sa.~~
comosa. 3. H. legum. pedunculatis confertis arcuatis: margine exteriore repandis. *Mant.* 445. 4.
balearica. 4. H. legum. pedunculatis confertis subarcuatis lanceolato-oblongis margine exteriore repandis. *Jacq. in Litt. Misc. v. 2. p. 305. Icon. rar. t. 5. H. comosae tam similis, ut vix limites inveniam.* M.

886. SCORPIURUS. *Legumen isthmis interceptum, revolutum, teres.*
 1050.

- vermiculata. 1. S. pedunculis unifloris, leguminibus tectis undique squamis obtusis. *Riv. tetr.* 210.
muricata. 2. S. pedunc. bifloris, legum. extrorsum obtuse aculeatis.
fulcata. 3. S. pedunc. subbifloris, legum. extrorsum spinis distinctis acutis.
subvillosa. 4. S. pedunc. subquadrifloris, legum. extrorsum spinis confertis acutis.

888. ÆSCHYNOMENE. *Cal. bilabiatus. Legum. articulis truncatis, monospermis.*
 1060.

- grandiflora. 1. Æ. caule arboreo, floribus maximis, leguminibus filiformibus.
arborea. 2. Æ. caule arboreo laevi, legum. articulis femicordatis glabris.
coccinea. 3. Æ. caul. arboreo, fol. pinnatis: foliolis numerosis linearibus obtusis pulverulentis, legum. compressis aequalibus. *Suppl. p. 330.*
aspera. 4. Æ. caule herbaceo scabro, legum. articulis medio scabris.
americana. 5. Æ. caule herbaceo hispido, legum. articulis femicordatis, foliol. acuminatis, bracteis ciliatis. *Ad. petr.* 1763. p. 321. t. 12.
indica. 6. Æ. caule herbaceo laevi, legum. laevibus hinc torosis obtusis, foliol. obtusis.
Sesban. 7. Æ. caule herbaceo laevi, legum. cylindricis aequalibus, foliol. obtusis. Emerus filiquis 2 longissimis. *Burm. Zeyl.* 93. t. 41.

pumila. 8. Æ. caule herbaceo laevi, legum. hinc ferratis medio scabris, foliol. acuminatis.

887. HEDYSARUM. Cor. carina transverse obtusa. Legumen articulis 1 - spermis.

1051.

* Foliis simplicibus.

- Alhagi. 1. H. fol. simplicibus lanceolatis obtusis, caule fruticoso spinoso.
- bupleurifolium. 2. H. foliis simplicibus lanceolatis acutis, caule inermi, stipulis scariosis. Legumina laevia, articulata, aequalia, erecta. Variat Foliis lanceolatis et cordato-oblongis.
- linifolium. 3. H. fol. simplicibus linearibus canis, caule prostrato, leguminibus globosis. Suppl. p. 331.
- nummularifolium. 4. H. fol. simplicibus cuneiformibus. Burm. ind. 64.
- moniliferum. 5. H. fol. simplicibus orbiculatis, legum. moniliformibus globo-articulatis. Mant. 102.
- styracifolium. 6. H. fol. simplicibus cordato-orbiculatis retusis supra glabris, subtus tomentosus.
- reniforme. 7. H. fol. simplicibus reniformibus, caule tereti. Burm. ind. t. 52. f. 1. Legumina laevia articulata articulis plurimis.
- sororium. 8. H. fol. simplicibus reniformibus emarginatis, caule triquetro. Mant. 270. Glycine monophylla caule volubili, floribus paniculatis linearibus. Burm. ind. 101. t. 50. f. 2. Lens maderasp. nummulariae folio. Pet. gaz. t. 32. f. 1. Simile H. reniformi. Legumina articulis 2. Folia maculata. Caulis sarmentosus.
- vespertilionis. 9. H. fol. simplicibus lunatis: lobis retrofalcatis, racemo terminali, leguminibus retrofractis in calyce inflato inclusis. Suppl p 331.
- gangeticum. 10. H. fol. simplicibus ovatis acutis stipulatis. Folia palmaria, oblongo-ovata. Caulis suffruticosus, inclinatus, ramosus. Legumina articulata, serrata. Flores minuti, luteoli. Affinis H. styracifolio, sed majus.
- maculatum. 11. H. fol. simplicibus ovatis obtusis. Folia maculata.
- latebrosum. 12. H. fol. simplicibus ovatis ferrulatis, legum. occultatis | bractea fornicata supina scariosa. Mant.

Mant. 270. *Lens maderasp. elatines folio.*
Pet. gaz. t. 30. f. 11.

- vaginale. 13. H. fol. simplicibus cordato-lanceolatis, petiol. simplicibus, stip. vaginalibus. *Affine H. bu-pleurifolio. Variat foliis lanceolatis.*
- imbricatum. 14. H. fol. simplicibus cordatis sessilibus stipulatis: superioribus imbricatis floriferis. *Suppl. p. 331.*
- triquetrum. 15. H. fol. simplicibus oblongis, petiol. alatis, ramis triquetris *Burm. ind. t. 49. f. 2. Legumina articulata, non ferrata.*
- strobiliferum. 16. H. fol. simplicibus, bracteis strobilorum inflatis cordatis obtusis.

** *Foliis conjugatis.*

- diphyllum. 17. H. fol. binatis petiolatis, bracteis geminis ovatis acutis sessilibus. *Legumina occultata inter bracteas.*

*** *Foliis ternatis.*

- pulchellum. 18. H. fol. ternatis, bracteis geminis conjugatis orbiculatis lineatis. *Legumina occultata inter bracteas orbiculares*
- spartium. 19. H. fol. ternatis simplicibusque subtomentosis, caule dichotomo, flor. geminis, legum articulatis hispidis. *Burm. ind. 166. t. 51. f. 2. †*
- lineatum. 20. H. fol. ternatis oblongis lineatis, racem. axillaribus pendulis. *Burm. ind. t. 53. f. 1. Legumina monosperma.*
- retroflexum. 21. H. fol. ternatis, racemis erectis, legum. pendulis multiarticulatis. *Mant. 103. Simillimum H. lineato, sed Legumina multi articulata.*
- umbellatum. 22. H. fol. ternatis pedunc. umbelliferis, caule fruticoso. *Umbellae foliis breviores, axillares.*
- biarticulatum. 23. H. fol. ternatis, caule suffruticoso, legum. biarticulatis.
- heterocarpon. 24. H. fol. ternatis, flor. paniculato-spicatis, legum. articulatis: infimo monospermo, stipulis setaceis.
- viscidum. 25. H. fol. ternatis, legum. membranaceis laevibus integris, caule ramisque hispidis.
- canadense. 26. H. fol. simplicibus ternatisque, caule laevi, flor. racemosis. *Planta erecta fere laevis. Foliola lanceolata. Stipulae subulatae. Caulis striato-angulatus.*

- canescens*. 27. H. fol. ternatis subtus scabris, caule hispido, flor. racemosis conjugatis. *Simillima H. canadensi. Planta erecta, pilosa. Foliola ovata. Stipulae subulatae.*
- marilandicum*. 28. H. fol. ternatis: foliol. subrotundis, caule frutescente ramosissimo, legum. articulatis laevibus.
- frutescens*. 29. H. fol. ternatis subovatis subtus villosis, caule frutescente. — *Jacq. hort. v. 3. t. 89. M.*
- viridiflorum*. 30. H. fol. ternatis acutiusculis, caule erecto, racem. longissimis erectis. *Onobrychis americana, floribus spicatis, foliis ternis canescentibus. filiquis asperis. Pluk. alm. 276. t. 308. fig. 5. Burm.*
- hirtum*. 31. H. fol. ternatis ovalibus, caule fruticoso, spicis oblongis, calyc. fructibus hirsutis monospermis. *In hortis floret primo anno floribus mutilatis, tamen frugiferum; altero anno profert corollas albas.*
- junceum*. 32. H. fol. ternatis lanceolatis, leguminibus uniarticulatis rhombeis, pedunculis subumbellatis lateralibus. *Hedysarum triphyllum, flosculis albis, polyanthos. Ann. ruth. 154. Cytisus saxatilis, meliloti folio ad caulem appresso, floribus in foliorum alis. Ann. ruth. 281. Simile H. violaceo. Umbellae foliis breviores. Legumina monosperma. Flores albi.*
- violaceum*. 33. H. fol. ternatis ovatis, flor. geminatis, legum. nudis venosis articulatis rhombeis.
- paniculatum*. 34. H. fol. ternatis lineari lanceolatis, flor. paniculatis, legum. rhombeis. *Flores purpurei.*
- nudiflorum*. 35. H. fol. ternatis, scapo florifero nudo, caule folioso angulato. *Flores purpurei.*
- repens*. 36. H. fol. ternatis obcordatis, caulib. procumbentibus, racem. lateralibus. *Flores variegati albo et rubro.*
- hamatum*. 37. H. fol. ternatis nervosis nudis, spicis sessilibus, legum. dispermis obtectis acumine uncinatis.
- triflorum*. 38. H. fol. ternatis obcordatis, caul. procumbentibus, pedunc. unifloris ternis.
- barbatum*. 39. H. fol. ternatis, racem. oblongis subramosis, legum. inflexis, cal. pilosis.
- lagopodioides*. 40. H. fol. ternatis, racem. oblongis, legum. inflexis, cal. hirsutis. *Burm. ind. 68. t. 53. f. 2. Affinis*

finis H. barbaro. Commune huic cum barbaro, quod quivis pedicellus defloratus inflectatur armatus calycis laciniis 3 majoribus pilosis reflexis, sic occultans Legumen laeve, 3-f. 4-articulatum.

- microphyl- lum.* 41. H. fol. ternatis ovatis villosis, caule frutescente erecto glabro, flor. terminalibus paniculatis. *Thunb. japon. mspt. M.*
- racemosum.* 42. H. fol. ternatis oblongis stipulatis glabris, caule frutescente erecto, racemis axillaribus erectis longissimis, leguminibus glabris. *Thunb. l. c. M.*
- caudatum.* 43. H. fol. ternatis oblongis glabris, caule herbaceo, panicula terminali, leguminibus tomentosis. *Thunb. l. c. M.*
- tomento- sum.* 44. H. fol. ternatis subtus tomentosis, caule angulato tomentoso, racemis axillaribus. *Thunb. l. c. M.*
- sericeum.* 45. H. fol. ternatis emarginatis villosis, caule frutescente erecto, flor. axillaribus solitariis. *Thunb. l. c. M.*
- virgatum.* 46. H. fol. ternatis obtusis cum acumine, caule angulato piloso, pedunculis capillaribus trifloris. *Thunb. l. c. M.*
- pilosum.* 47. H. fol. ternatis ovatis acuminatis, caule decumbente hirto, racemis axillaribus. *Thunb. l. c. M.*
- striatum.* 48. H. fol. ternatis oblongis stipulatis, caule herbaceo, flor. axillaribus solitariis. *Thunb. l. c. M.*
- volubile.* 49. H. fol. ternatis ovato-oblongis, caule volubili.
- gyrans.* 50. H. fol. ternatis. . . . *Suppl. p. 332. Miraculosa planta motu suo quasi arbitrario — Cfr. Pohl in Samml. z. Phys. u. Naturg. P. 4. p. 477. M.*

**** *Foliis pinnatis.*

- argenta- lum.* 51. H. fol. pinnatis subtus sericeis lucidis, legum. articulatis, scapo aphylo. *Suppl. p. 333. Astragalus grandiflorus. Sp. plant. 1071. Hedyfarum argenteum. Syst. ed. 13. p. 562. Hedyfarum grandiflorum. Pall. it. v. 2. p. 743. tab. y.*

- alpinum. 52. H. fol. pinnatis, legum. articulatis glabris pendulis, caule erecto. *Gmel. fib. 4. p. 26. t. 10. Caulis rectus. Stipulae breves. Folia 17, ovato-lanceolata.*
- obscurum. 53. H. fol. pinnatis, stip. vaginalibus, caule erecto flexuoso, flor. pendulis. *Mant. 447. - Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 168. M.*
- coronarium. 54. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis nudis rectis, caule diffuso.
- flexuosum. 55. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis flexuosis, caule diffuso. Hedyfarum filiqua undulata. *Riv. tetr. 213.*
- humile. 56. H. fol. pinnatis, legum. articulatis asperis, corollae alis obsolete, spicis hirsutis, caulib. depressis. *Mant. 447. Radix perennis. Spica pubescens.*
- spinosissimum. 57. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis tomentosis, caule diffuso. *Legum. sarpis articulatis 2, orbiculatis, aequaliter aculeatis.*
- virginicum. 58. H. fol. pinnatis, caule fruticoso, legum. articulatis glabris pedunculatis erectis.
- fruticosum. 59. H. fol. pinnatis: foliolis alternis oblongis molli-
bus, stipulis subulatis, ramis axillaribus legu-
minum articulatis reticulatis. *Suppl. p. 333. Hedyfarum fruticosum. Pall. it. v. 3. p. 753. tab. F.*
- pumilum. 60. H. fol. pinnatis, caule suffruticoso, corollarum alis vexillo vexilloque carina brevioribus, legum. monospermis. *Mant. 448. Corollae carina latior longiorque.*
- Onobrychis. 61. H. fol. pinnatis, legum. monospermis aculeatis, corollarum alis calycem aequantibus, caule elongato. *Jacq. austr. t. 38.*
- saxatile. 62. H. fol. pinnatis, legum. monospermis sulcatis muticis, corollarum alis brevissimis, scapis subradicatis. Hedyfarum foliis pinnatis, foliolis linearibus, leguminibus monospermis sulcatis laevibus, petalis inaequalibus. *Ger. prov. 504. Corollae alae calyce vix longiores, f. vexillo carinaque breviores. Folia linearia.*
- Caput galli. 63. H. fol. pinnatis, legum. monospermis: cristae dentibus subulatis, alis brevissimis, caule diffuso.
- Crista galli. 64. H. fol. pinnatis, legum. monospermis aculeatis: cristae laciniis lanceolatis denticulatis. Onobrychis s. Caput galli minus, fructu maximo insigniter echinato. *Triumph. obs. 65. Annua. Petala longitudine aequalia. cri-*

- erinitum.* 65. H. fol. pinnatis, racemis longis, leguminib. inflexis, caule fruticoso. *Mant.* 102. *Affinitas flemma H. Lagopod. et barbati.*
- cornutum.* 66. H. fol. pinnatis linearibus, legum. monospermis laevibus, caule fruticoso: pedunculis persistenti spinosis. *Figura refert Onobrychiden 2. Clus. hist. 2. p. 239.*
- incanum.* 67. H. fol. pinnatis exstipulatis subtus incanis, caule erecto, flor. racemosis cernuis. *Thunb. japon. mspt. M.*

889. INDIGOFERA. *Cal.* patens. *Corollae* carina utrinque calcari subulato patulo!
1061.
Legumen lineare.

- sericea.* 1. I. foliis simplicibus lanceolatis sericeis, spic. sessilibus, caule fruticoso. *Mant.* 271.
- ovata.* 2. I. fol. simpl. ovatis, caule herbaceo. *Suppl. p. 335.*
- trifoliata.* 3. I. fol. ternatis, flor. sessilibus lateralibus. *Legumina linearia, reflexa, tetragona lateribus oppositis latioribus.*
- psoraloides.* 4. I. fol. ternatis lanceolatis, racem. longissimis, legum. cernuis. Indigofera racemosa, legum. cernuis, racem. elongatis, fol. ternatis. *Syst. nat.* 496. *Cytisus psoraloides. Sp. pl.* 1043. *Cytisus africanus. Riv. tetr.* 71. f. 135 *Trifolium aethiopicum ex alis spicatum. Pluk. phyt.* 320. f. 3. *Caulis perennans, angulatus a petiolis decurrentibus costis 3, subscaber. Pedunculus angulatus, foliis longior racemo multifloro; Pedicelli brevissimi. Bractee propriae caducae. Calycis dentes superiores magis quam in aliis divaricati. Corollae rubrae: Alae horizontales, conniventes margine superiore; Carina utrinque, in medio, dehiscite subulato concavo reflexo Stamina diadelphia. Antherae luteae. Germen canaliculatum. Stylus purpureus. Stigma obtusum. Semina multa.*
- procumbens.* 5. I. fol. ternatis obovatis, caule herbaceo prostrato, spic. pedunculatis. *Mant.* 271.
- sarmentosa.* 6. I. fol. ternatis ovatis subsessilibus, pedunculis axillaribus subbifloris, caule prostrato filiformi. *Suppl. p. 334.*
- denudata.* 7. I. fol. ternatis ovatis glabris, racemis pedunculatis folio longioribus, caule fruticoso erecto. *Suppl. p. 334.*

678 DIADELPHIA. DECANDRIA. Indigofera.

- mexicana.* 8. I. fol. ternatis, panicula ramosa, in spicas, caule fruticoso. *Suppl. p. 335.*
- trita.* 9. I. fol. ternatis ovatis acutis, racemis brevibus caule erecto. *Suppl. p. 335.*
- filiformis.* 10. I. fol. quinatis oblongis villosis, flor. spicatis pedunculatis, pedunculis ramisque filiformibus, caule erecto. *Suppl. p. 334.*
- digitata.* 11. I. fol. digitatis, racemis pedunculatis, caule fruticoso. *Suppl. p. 335.*
- stricta.* 12. I. fol. pinnatis glabris oblongis, racemis axillaribus vix pedunculatis, caule fruticoso erecto. *Suppl. p. 334.*
- frutescens.* 13. I. fol. pinnatis ovatis glabris, racemis axillaribus pedunculatis, caule fruticoso erecto. *Suppl. p. 334.*
- enneaphylla.* 14. I. fol. pinnatis cuneatis septenis, caul. prostratis, spic. lateralibus. *Mant. 272, 571.* *Hedyсарum prostratum. Mant. 102.*
- pentaphylla.* 15. I. fol. pinnatis ovalibus quinis, caul. prostratis, pedunc. bifloris. *Simillima J. enneaphyllae. Herba depressa, divaricatissima. Folio-
la quina. Flores rubri. Petioli biflori. Planta duplo major.*
- glabra.* 16. I. fol. pinnatis ternatisque obovatis, racem. brevissimis, legum. horizontalibus teretibus. *Folia glabra: impari majore.*
- cytisoides.* 17. I. fol. quinato-pinnatis ternatisque, racem. axillaribus, caule fruticoso. *Pforalea cytisoides. Sp. plant. 1076.*
- hirsuta.* 18. I. fol. pinnatis hirsuta, caule erecto, flor. spicatis, legum. pendulis lanatis. *Stipulae setaceae, pollicares. Spicae valde hirsutae. Petala caduca.*
- angustifolia.* 19. I. fol. pinnatis linearibus, racem. elongatis, caule fruticoso. *Mant. 272.*
- Anil.* 20. I. fol. pinnatis lanceolatis, racem. brevibus, caule suffruticoso. *Mant. 272.*
- tinctoria.* 21. I. fol. pinnatis obovatis, racem. brevibus, caule suffruticoso.
- disperma.* 22. I. fol. pinnatis ovalibus, racem. elongatis, legum. dispermis. *Syst. nat. 3. p. 232.*
- argentea.* 23. I. fol. pinnatis tomentosis obovatis, caule fruticoso. *Mant. 273.* *Anil leguminibus arcuatis incanis, racemis folio brevioribus, caule fruti-*

fruticoso. *Mill. dict. 1.* Colutea fruticosa argentea, floribus spicatis, e viridi-purpureis, filiquis falcatis. *Sloan, jam. 142. hist. 2. p. 37. t. 176. f. 3.*

890. GALEGA. *Cal. dentibus subulatis, subaequalibus.*

1062.

*Legumen striis obliquis, femi-
bus interjectis.*

- officinalis.* 1. G. leguminibus strictis erectis, foliolis lanceolatis striatis nudis.
- cinerea.* 2. G. legum. strictis patentibus pedunculatis, racem. oppositifoliis, fol. mucronatis subtus villosis.
- littoralis.* 3. G. legum. racemosis, tota villoso-tomentosa. *Vicia littoralis* pedunculis multifloris, foliolis oblongis tomentosis, stipulis integris, leguminibus sublinearibus. *Jacq. amer. 206. t. 124. — Ed. 2. pist. p. 101. t. 192. Habitat in Carthagenae littoribus arenosis marinis. 2 Flores carnei.*
- virginiana.* 4. G. legum. retrofalcatis compressis villosis spicatis, calyc. laevatis, foliol. ovali-oblongis acuminatis. *Flores 3-f. 4 rubri.*
- villosa.* 5. G. legum. retrofalcatis villosis pendulis racemosis lateralibus, foliol. glabris lanceolatis.
- spinosa.* 6. G. legum. solitariis retrofalcatis compressis, stipulis spinulentibus, fol. cuneiformibus canis, caule diffuso. *Suppl. p. 335.*
- maxima.* 7. G. legum. strictis ascendentibus glabris, stipulis lanceolatis, foliol. oblongis glabris striatis. *Vicia foliis glabris venosis oblongis, floribus gemellis. Burm. zeyl. 228. t. 108. f. 2.*
- purpurea.* 8. G. legum. strictis ascendentibus glabris racemosis terminalibus, stp. subulatis, foliol. oblongis glabris.
- caribaea.* 9. G. legum. strictis glabris pendulis racemosis, foliol. glabris mucronatis, caule fruticoso. *Jacq. amer. 212. t. 125. — Ed. 2. pist. p. 101. t. 193. M. Habitat in Caribaeis. Racemi foliis longiores.*
- coerulea.* 10. G. racemis terminalibus multifloris coarctatis, fol. octo ad decemjugis, foliolis ellipticis, caule scabro. *Suppl. p. 335.*

- tinctoria.* 11. G. spic. lateralibus pedunculatis, legum. strictis pendulis, foliol. emarginatis subtus villosis.
senticoza. 12. G. legum. binis lateralibus glabris, foliol. emarginatis subtus sericeis, caule fruticoso.

891. PHACA. *Legumen semibiloculare.*

1064.
baetica. 1. P. caulescens erecta pilosa, legum. tereti-cymbiformibus.
alpina. 2. P. caulescens erecta glabra, legum. oblongis inflatis subpilosis. — *Jacq. Icon. plant. rar. Fl. dan. t. 856. M. Phaca leguminibus pendulis semiovatis. Gmel. sib. 4. p. 35. t. 14. bona. Sibirica Gmelini et Lapponica nostra omnino eadem. (Excluso Tilli synonymo.)*
falsula. 3. P. caulescens erecta, canescens. fol. pinnatis, leguminibus pedunculatis globosis cernuis. *Suppl. p. 336. Phaca falsula. Pall. it. vol. 3. p. 747. tab. B. b. f. 12.*
sibirica. 4. P. caulescens, foliolis quaternis lanceolatis, obtusis sericeis, calyce villosa: dentibus setaceis. *Suppl. p. 336. Phaca sibirica. Syst. ed. 13. p. 566. Phaca lanata. Pall. it. vol. 3. p. 746. tab. A. a. f. 2.*
australis. 5. P. caule ramoso prostrato, foliol. lanceolatis florum alis semibifidis. *Mant. 123. Junior hirsuta, adultior glabra evadit, quasi distincta planta.*
trifoliata. 6. P. fol. ternatis ovalibus obtusis, legum. semiorbiculatis. *Mant. 270.*
vesicaria. 7. P. acaulis, calycibus fructiferis ovalibus inflatis glabris. *Mant. 123.*
prostrata. 8. P. acaulis, foliolis binatis linearibus sericeis, scapo procumbente, calyce villosa: dentibus lanceolatis brevibus. *Suppl. p. 336. Phaca prostrata. Pall. it. vol. 3. p. 744. tab. T. f. 2.*
microphylla. 9. P. acaulis, foliolis binatis ovatis obtusis villosis, calyce muricato et piloso: dentibus undique hispidis. *Suppl. p. 337. Phaca microphylla. Pall. it. vol. 3. p. 744. tab. X. f. 1.*
muricata. 10. P. acaulis, foliolis ternis s. quaternis lineari-subulatis subtus muricatis, calyce glabro: dentibus ciliatis. *Suppl. p. 337. Pall. it. vol. 3. p. 746. tab. A. a. f. 1.*

892. ASTRAGALUS. *Legumen biloculare, gibbum.*

1064.

* *Caulibus foliosis erectis; nec prostratis.*

- alopecuroides. 1. A. caulescens, spicis cylindricis subfessilibus, calycibus leguminibusque lanatis.
- christianus. 2. A. caulescens erectus, floribus glomeratis subfessilibus ex omnibus axillis foliaceis.
- capitatus. 3. A. caulescens, capitulis globosis, pedunc. longissimis, foliol. emarginatis.
- pilosus. 4. A. caulescens erectus pilosus, flor. spicatis, legum. subulatis pilosis. — *Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 51. M.*
- fulcatus. 5. A. caulescens erectus glaber striatus strictus, foliolis lineari-lanceolatis acutis, legum. triquetris. *Murr. Astragalus fulcatus. Spec. pl. p. 1065. Jacq. hort. v. 3. t. 40. Perperam in Syst. ed. 13. p. 566. praefigitur stirpi nomen A. austriaci, speciei vere diversae. M.*
- galegiformis. 6. A. caulescens strictus glaber, flor. racemosis pendulis, legum. triquetris utrinque mucronatis.
- chinensis. 7. A. caulescens strictus glaber, flor. racemosis pendulis, legum. ovatis inflatis utrinque mucronatis.
- Onobrychis. 8. A. caulescens erectus pubescens, flor. spicatis, vexillis duplo longioribus, stipulis solitariis. — *Jacq. Fl. austr. v. 1. t. 38. M. Phaca caulescens erecta subhirsuta, leguminibus cordato-oblongis inflatis subpilosis. Willich. obs. 115. β. 6. Astragalus tenuifolius. Sp. plant. 1065.*
- uliginosus. 9. A. caulescens erectiusculus, flor. spicatis, legum. erectiusculis nudistumidis tereti-depressis: mucrone reflexo. *Gmel. Sibir. 4. p. 40. t. 17. 18. Similis A. Ciceri dentis Leguminibus.*
- carolinianus. 10. A. caulescens erectus laevis, pedunc. spicatis, legum. ovato-cylindricis stylo acuminatis. *Folia subtus subtomentosa.*
- asper. 11. A. caulescens strictus laevis subasper, flor. spicatis in pedunculis elongatis, legum. oblongis. *Jacq. in. Litt. Misc. v. 2. p. 335. Icon. rar. t. 33. M.*

Caulibus foliosis; diffusis.

- canadensis.* 12. A. caulescens diffusus, legum. subcylindricis mucronatis, foliol. nudiusculis. *Mant.* 449. *Dodart ment.* 2. 65.
- Cicer.* 13. A. caulescens prostratus, legum. subglobosis inflatis mucronatis pilosis. — *Jacq. Fl. austr.* v 3. t 251. M.
- microphyl-* 14. A. caulescens erecto-patulus, foliolis ovalibus, calyc. tumidiusculis; legum. subrotundis. *Astragalus caulis* prostratis, pedunculis longioribus, spicis ovatis glaberrimis. *Gmel. sib.* 4. p. 41. t. 19.
- glycyphyl-* 15. A. caulescens prostratus, legum. subtriquetris arcuatis, foliol. ovalibus pedunculo longioribus.
- hamosus.* 16. A. caulescens procumbens, legum. subulatis recurvatis glabris, foliol. obcordatis subtus villosis. *Mant.* 449. *Astragalus* filiqua curva. *Riv. tetr.* 221. *Flores leucophaei*, 4 f. 5 in spica.
- contortupli-* 17. A. caulescens procumbens, legum. contortuplicatis canaliculatis villosis.
- baeticus.* 18. A. caulescens procumbens, spic. pedunculatis, legum. prismaticis rectis triquetris apice uncinatis.
- Laxmanni.* 19. A. caulescens procumbens, spicis elongatis: leguminibus oblongis trigonis sulco exaratis mucronatis villosis. *Suppl.* p. 337. *Astragalus Laxmanni.* *Jacq. hort.* v. 3. p. 22. t. 37.
- Stella.* 20. A. caulescens diffusus, capitulis pedunculatis lateralibus, legum. rectis subulatis mucronatis. *Astragalus annuus maritimus* procumbens latifolius, floribus pediculo infidentibus. *Tournef. inst.* 416. *Astragalus hirsutus*, corniculis plurimis uno pediculo stelliformiter insertis. *Pluk. phyt.* 79. f. 4. *Glauci leguminosae* affinis. *Bauh. prodr.* 150. *Stella leguminosa.* *Bauh. hist.* 2. p. 350. *Distinguendus ab A. Sesameo Pedunculis elongatis Leguminibusque plurimis.*
- sesameus.* 21. A. caulescens diffusus, capitul. subsessilibus lateralibus, legum. erectis tubulatis acumine reflexis. *Flores minuti, coculescentes, axillares, sessiles, calycem non longiores. Legumina subterna, erecta, incurva, hispida, apice patula.* *austra-*

- austriacus*. 22. A. caulescens prostratus glaber striatus debilis, foliolis sublinearibus emarginatis, legum. teretibus. *Murr. Astragalus austriacus Jacq. Fl. vind. p. 263. Fl. austr. v. 2. t. 195. Conf. supra A. sulcatus. M.*
- leontinus*. 23. A. caulescens prostratus, legum. ovatis villosis. flor. spicatis erectis. *Jacq. in Litt. Misc. v. 2. p. 59. Icon. rar. t. 37. M.*
- pentaglot-* 24. A. caulescens procumbens, legum. capitatis re-
tis. plicatis compressis conniventibus cristatis acumine reflexo. *Mant. 274. Astragalus echinatus. Murr. Fl. gott. 222. Astragalus hispanicus, siliqua epiglottidi simili, flore purpureo, majore. Herm. lugdb. 74. t. 75. Glaux hispanica. Riv. tetr. 223. f. 2. Legumina squamoso-cristata.*
- epiglottis.* 25. A. caulescens procumbens, legum. capitatis sessilibus cernuis cordatis mucronatis replicatis nudis. *Mant. 274. Astragalus siliquis cordatis acutis pendulis, lateribus conniventibus. Hort. cliff. 362. Astragalus hispanicus, siliqua epiglottidi simili, flore albo, minor. Herm. lugdb. 76. t. 77. Glaux minima. Riv. tetr. 223. f. 1.*
- hypoglot-* 26. A. caulescens prostratus, legum. capitatis ovatis
tis. replicatis compressis pilosis acumine reflexo. *Mant. 474. Astragalus villosus procumbens, floribus pallide purpureis oblongis. Raf. suppl. 454. Legumina pilis albis mollibus testia.*
- syriacus.* 27. A. caulescens procumbens, capitulis pedunculatis, flor. reflexis, legum. tomentosis ovato-oblongis. (*Excluso Morifono.*)
- arenarius.* 28. A. subcaulescens procumbens, flor. subracemosis erectis. fol. tomentosis. — *Fl. dan. t. 614 M.*
- Glaux.* 29. A. caulescens diffusus, capitulis pedunculatis imbricatis ovatis, flor. erectis, legum. ovatis callosis inflatis.
- sinicus.* 30. A. caulescens prostratus, umbellis pedunculatis, legum. prismaticis triquetris erectis apice subulatis. *Mant. 103.*
- alpinus.* 31. A. caulescens procumbens, flor. pendulis racemosis, legum. utrinque acutis pilosis. *Fl. dan. t. 51.*

- Ammody-* 32. *A.* caulescens, (addo *M. prostratus*), suffruticosus, flor. geminis, legum. ovatis didymis lanatis. *Suppl. p. 338.* *Astragalus Ammodytes.* *Pall. it. vol. 2 p. 742. tab. X.*
- trimestris.* 33. *A.* subcaulescens, scapis subbifloris, legum. hamatis subulatis bicarinatis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 174. M. Caules depressi, ad terram rigentes spithamaei, rubri pilis appressis albis. Folia radicalia inter caules. Caulina bisaria. Foliola emarginata. Flores flavi apice subfulvi. Legumina subulata, subscabra, recurva, apice ipsam basin tangente.*
- *** *Scapo nudo; absque caule folioso.*
- verticilla-* 34. *A.* acaulis, foliolis aggregato - semiverticillatis. *Mant. 275.* *Astragalus pedunculis radicatis, foliol. linearibus, quaternis s. quinis radiatim (caulem) amplectentibus. Gmel. sib. 4. p. 63. Astragaloides incana non ramosa, floribus carneis. Ann. ruth. 149. t. 19. f. 1. et 150. t. 19. f. 2.*
- montanus.* 35. *A.* subcaulis, scapis folio longioribus, flor. laxe spicatis erectis, legum. ovatis acumine inflexo. — *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 167. M.*
- vesicarius.* 36. *A.* acaulis, scap. folio longioribus, flor. laxe spicatis, calycibus leguminibusque inflatis hirsutis.
- physodes.* 37. *A.* acaulis, scap. folia aequantibus, legum. inflatis subglobosis nudis. *Flores purpurascens.*
- caprinus.* 38. *A.* acaulis scapo erecto, foliol. ciliatis, legum. ovatis tumidis villosis. †
- uralensis.* 39. *A.* acaulis, scapo erecto foliis longiore, legum. subulatis inflatis villosis erectis.
- monspessu-* 40. *A.* acaulis, scap. declinatis longitudine foliorum, legum. subulatis teretibus subarcuatis glabris. *Mant. 450. Vexillum longissimum.*
- lanus*
- incanus.* 41. *A.* acaulis, scap. declinatis, foliol. tomentosis, legum. subulatis subarcuatis incanis apice incurvis. *Mant. 450. Ger. prov. 522. Scapi scabri. Differt ab A. monspess. foliis rotundiori-*

dioribus, incanis, leguminibus rectiusculis turgidioribus.

- campestris. 42. A. acaulis, calyc. leguminibusque villosis, foliol. lanceolatis acutis, scapo decumbente.
- depressus. 43. A. acaulis, scapis folio brevioribus, legum. cernuis, foliol. subemarginatis nudis.
- uncatus. 44. A. acaulis exscapus, legum. subulatis hamatis folio longioribus, foliolis obcordatis. Similes A. trimestri.
- exscapus. 45. A. acaulis exscapus, legum. lanatis, fol. villosis. *Mant.* 275 *Astragalus perennis supinus, foliis et filiquis hispidis. Buxb. hal. 32. Glaux montana acaulon. Bauh. pin. 347. prodr. 147. Rupp. jen. 2. p. 270.*

**** *Caule lignoso.*

- tragoides. 46. A. subacaulis, flor. radicalibus numerosis subsessilibus. *Gmel. sib. 4. p. 52.*
- Tragacantha. 47. A. caudice arborecente, petiolis spinescentibus.

893. BISERRULA. *Legumen biloculare, planum: dissepimento contrario.*

1073.

Pelecinus. I. BISERRULA.

894. PSORALEA. *Calyx punctis callosis adpersus, longitudine Leguminis isopermi.*

1074.

- rotundifolia. I. P. foliis simplicibus ovatis integerrimis, capitulis bracteisque villosis, *Suppl. p. 338.*
- pinnata. 2. P. fol. pinnatis linearibus, flor. axillaribus. *Berg. cap. 218. Habitat ad rivulos.*
- aculeata. 3. P. fol. ternatis: foliol. cuneiformibus recurvo-mucronatis, capitulis terminalibus. *Mant. 450. (Excluso Plukenetio.)*
- bracteata. 4. P. fol. ternatis obovatis recurvato mucronatis, spic. ovatis. *Mant. 264. Berg. cap. 224. Trifolium fruticans. Sp. plant. 1085. Fabr. helm. 2. p. 305. Comm. hort. 2. p. 211. t. 106. Folia sessilia. Syciae pedunculatae, subvillosae. Corolla violacea: Carina alba antice macula violacea.*
- spicata. 5. P. foliis ternatis oblongis obtusis, spicis cylindricis. *Amoen. 264. Bracteae inter flores lineares. axilla-*

- axillaris.* 6. P. fol. ternatis: foliolis lanceolatis, pedunculis axillaribus unifloris. *Suppl. p. 338.*
- Stachydis.* 7. P. fol. ternatis petiolatis: foliolis oblongis mucronatis, spicis terminalibus interruptis, calycibus villosis. *Suppl. p. 338.*
- aphylla.* 8. P. fol. nullis, stipulis mucronatis brevissimis versus flores subimbricatis.
- tenuifolia.* 9. P. fol. inferioribus ternatis: superioribus simplicibus lanceolato-subulatis. *Mant. 450. In alis Pedunculi laterales conferti capillaris, longitudine foliorum. Bracteae in medio pedunculo.*
- capitata.* 10. P. fol. ternatis simplicibusque linearibus, capitulo terminali, *Suppl. p. 339.*
- hirta.* 11. P. fol. ternatis, foliol. obovatis recurvato-mucronatis, flor. ternis sessilibus. *Calyces pubescentes.*
- repens.* 12. P. fol. ternatis obovatis emarginatis, caule repente, flor. subumbellatis. *Mant. 265. Berg. cap. 223.*
- bituminosa.* 13. P. fol. omnibus ternatis, foliol. lanceolatis, petiolis laevibus, flor. capitatis. *Suffruticosa.*
- glandulosa.* 14. P. fol. omnibus ternatis: foliol. lanceolatis petiolis scabris, flor. spicatis. *Odor Rutae. Caulis suffruticosus.*
- palaeestina.* 15. P. fol. omnibus ternatis: foliol. ovatis, petiolis pubescentibus, flor. capitatis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 184. M. Folia pilosa. Petioli multis striis. Stipulae patulae. Capitula depressa. Bracteae cinereae. Flores violacei, magni. Caulis herbaceus. Cfr. Suppl. p. 339.*
- americana.* 16. P. fol. ternatis: foliol. ovatis dentato-angulatis, spic. lateralibus. *Caulis herbaceus.*
- tetragnoloba.* 17. P. fol. ternatis dentatis, caul. flexuoso, spicis lateralibus, legum. strictis quadrangularibus. *Mant. 104. An Indigoferae species?*
- corylifolia.* 18. P. fol. simplicibus ovatis, subdentatis: spicis ovatis.
- pentaphylla.* 19. P. fol. digitato-quinatis: foliol. inaequalibus. *An Ebeni species?*
- prostrata.* 20. P. fol. supradecompositis digitatis linearibus.
- Dalea.* 21. P. fol. pinnatis, spicis cylindricis terminalibus.
- enneaphylla.* 22. P. fol. pinnatis, spic. axillaribus, *Mant. 450. — Jacq. amer. pict. p. 101. M. Stamina omnia connata Ebeni. Planta luteo-tinctoria. (Excluso Plukenetio.) A me non visa.*

laevigata. 23. P. fol. pinnatis, stipulis solidis subacutis minutissimis. *Suppl. p. 339.*

896. TRIFOLIUM. Flores subcapitati. Legumen vix calyce longius, non dehiscens, deciduum.

* Meliloti, leguminibus nudis polyspermis.

M. coerulea. 1. T. racemis ovatis, leguminibus feminudis mucronatis, caule erecto, spicis oblongis.

M. indica. 2. T. leguminibus racemosis nudis monospermis, caule erecto.

messanense. 3. T. leguminibus racemosis nudis monospermis arcuato-striatis semiovatis acutis, caule erecto. *Suppl. p. 339.* Trifolium messanense. *Mant. pl. v. 275.*

M. polonica. 4. T. leguminibus racemosis nudis dispermis lanceolatis, caule erecto.

M. officinalis. 5. T. leguminibus racemosis nudis dispermis rugosis acutis, caule erecto.

- Hex.* 8. Q. fol. ovato-oblongis indivisis ferratisque subtus incanis, cortice integro. *β. Quercus gramuntia. Sp. pl. 1418. Gerard. grov. 531.*
- Suber.* 9. Q. fol. ovato-oblongis indivisis ferratis subtus tomentosis, cortice rimoso fungoso.
- coccifera.* 10. Q. fol. ovatis indivisis spinoso-dentatis utrinque glabris.
- Prinus.* 11. Q. fol. ovatis utrinque acuminatis sinuato-ferratis: denticulatis rotundatis uniformibus.
- dentata.* 12. Q. fol. obovato-oblongis obtusis inciso-dentatis subtus tomentosis. *Thunb. jap. mspt. M.*
- nigra.* 13. Q. fol. cuneiformibus obsolete trilobis.
- rubra.* 14. Q. fol. obtuse sinuatis setaceo-mucronatis.
- alba.* 15. Q. fol. oblique pinnatifidis: sinuatis angulisque obtusis.
- Esculus.* 16. Q. fol. pinnatifidis: laciniis lanceolatis remotis acutis, postice angulatis. *Mant. 496.*
- Robur.* 17. Q. fol. deciduis oblongis superne latioribus: sinibus acutioribus, angulis obtusis. *β. Quercus latifolia foemina. Bauh. pin. 419. It. wgoth. 214. Mant. 496.*
- Ægilops.* 18. Q. fol. ovato-oblongis glabris ferrato-repandis.
- Cerris.* 19. Q. fol. oblongis lyrato-pinnatifidis: laciniis transversis acutis; subtus subtomentosis.

1071. JUGLANS. MASC. *Cal.* 1-phyllus, squamiformis.

1415. *Cor.* 6-partita. *Filamenta* 18.

FOEM. *Cal.* 4-fidus, superus. *Cor.* 4-partita. *Styli* 2. *Drupa* nucleo fulcato.

regia.

I. J. foliolis ovalibus glabris subferratis subaequalibus. — *Mill. illustr. ic. M. Habitat in Persia. D. Lerche. Mant. 496.*

alba.

- alba. 2. J. foliol. septenis lanceolatis ferratis : impari
sessili.
nigra. 3. J. foliol. quindenis lanceolatis : exterioribus mi-
noribus, geminis superaxillaribus
cinerea. 4. J. foliol. undenis lanceolatis basi altera breviorē.
baccata. 5. J. foliol. ternis.

1072. FAGUS. MASC. *Cal.* 5 - fidus, campanulatus.
1416. *Cor.* 0. *Stam.* 12.

FOEM. *Cal.* 4 - dentatus. *Cor.* 0. *Styli* 3.
Capsula (Calyx antea) muricata,
4 - valvis. *Sem.* 2.

Castanea. 1. F. foliis lanceolatis acuminato - ferratis subtus
nudis.

pumila. 2. F. fol. lanceolato - ovatis acute ferratis subtus to-
mentosis, amentis filiformibus nodosis.

sylvatica. 3. F. fol. ovatis obsolete ferratis.

1073. CARPINUS. MASC. *Cal.* 1 - phyllus: squama cili-
ata. *Cor.* 0. *Stam.* 20.
1416.

FOEM. *Cal.* 1 - phyllus: squama cili-
ata. *Cor.* 0. *Germina* 2. *Styli*
singulis 2. *Nux* ovata.

Betulus. 1. C. squamis strobilorum planis.

Ostrya. 2. C. squam. strobilorum inflatis. *Mant.* 496.

1074. CORYLUS. MASC. *Cal.* 1 - phyllus: 3 - fidus, squa-
miformis, 1 - florus. *Cor.* 0. *Stam.* 8.
1417.

FOEM. *Cal.* 2 - phyllus: lacerus. *Cor.*
0. *Styli* 2. *Nux* ovata.

Avellana. 1. C. stipulis ovatis obtusis.

Colurna. 2. C. stipul. linearibus acutis.

1075. PLATANUS. MASC. *Cal.* Amentum globosum.
1417. *Cor.* vix manifesta. *Antherae*
filamentum circumnatae.

FOEM. *Cal.* Amentum globosum.
Cor. polypetala. *Styli* stigmatē
recurvo. *Sem.* subrotunda, sty-
lo mucronata, basi papposa.

orientalis. 1. P. foliis palmatis.

occidentalis. 2. P. fol. lobatis.

1076. LIQUIDAMBAR. MASC. *Cal.* communis 4-phyllus. *Cor.* o. *Filam.* numerosa.

FOEM. *Cal.* in globum, 4-phylli. *Cor.* o. *Styli* 2. *Capsf.* multae in globum, bivalves, polyspermae.

Styraciflua. 1. L. foliis palmato-angulatis: lobis indivisis acutis.
peregrinum. 2. L. fol. oblongis alternatim sinuatis.

M O N A D E L P H I A.

1077. PINUS. MASC. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* plurima. *Antherae* nudae.

FOEM. *Cal.* strobili: squama 2-flora. *Cor.* o. *Pist.* 1. *Nux* ala membranacea excepta.

* *Foliis pluribus ex eadem basi vaginali.*

sylvestris. 1. P. foliis geminis: primordialibus solitariis glabris. — *Mill. illustr. ic. M.*

Pinea. 2. P. fol. geminis: primordialibus solitariis ciliatis.

Taeda. 3. P. fol. trinis. *Obs.* Pinus fol. trinis longissimis et Pinus fol. trinis, strobilis longioribus: squamis rigidioribus *Milleri diversa species a Taeda; sed qua nota, praeter foliorum longitudinem.?*

Cembra 4. P. fol. quinis laevibus. *Scop. ann. 2. p. 65.*

Strobus. 5. P. fol. quinis margine scabris, cortice laevi. —

Cedrus. 6. P. fol. fasciculatis acutis.

Larix. 7. P. fol. fasciculatis obtusis.

** *Foliis solitariis et basi distinctis.*

Picea. 8. P. fol. solitariis emarginatis.

Balsamea. 9. P. fol. solitariis subemarginatis: subtus linea duplici punctata.

canadensis. 10. P. fol. solitariis linearibus obtusiusculis submembranaceis.

Abies.

- Abies.* 11. P. fol. solitariis subulatis mucronatis laevibus bifariam versis.
orientalis. 12. P. fol. solitariis tetragonis.

1078. THUJA. MASC. *Cal.* Amenti squama. *Cor.* o.
 1421. *Stam.* 4.

FOEM. *Cal.* strobili: squama 2-flora. *Cor.*
 o. *Pist.* 1. *Nux* 1, cincta ala emarginata.

occidentalis. 1. T. strobilis laevibus: squamis obtusis. *Rami patuli.*

orientalis. 2. S. strobilis squarrosis: squamis acutis. *Rami erecti.*

aphylla. 3. T. strobilis quadrivalvibus, fol. turbinatis vaginantibus, hinc mucronatis. β . Thuja cupressifoides. *Mant.* 125.

dolabrata. 4. T. strobilis squarrosis, fol. trifariam imbricatis subtus excavatis niveis. *Thunb. jap. mspt.* Thuja *dolabrata*, frondibus ancipitibus, fol. trifarie incumbentibus proliferis convexis viridibus, subtus excavatis albis. *Suppl.* p. 420. M.

1079. CUPRESSUS. MASC. *Cal.* Amenti squama. *Cor.*
 1422. o. *Antherae* 4, sessiles absque filamentis.

FOEM. *Cal.* strobili: squama 1-flora. *Cor.* o. *Styli?* puncta concava. *Nux* angulata.

sempervirens. 1. C. foliis imbricatis, frondibus quadrangulis.

d. sutchua. 2. C. fol. distichis patentibus.

Thyoides. 3. C. fol. imbricatis, frondibus ancipitibus.

juniperoides. 4. C. fol. oppositis decussatis subulatis patulis.

pendula. 5. C. fol. oppositis ovatis, ramulis dichotomis pendulis. *Thunb. jap. mspt.* M.

japonica. 6. C. fol. quadrifariis falcatis compressis fulcatis decurrentibus. *Thunb. jap. mspt.* Cupressus *japonica*, fol. tri-f. quadrifariis acerosis falcatis quadrifulcatis compressis carina decurrentibus confluentibus. *Suppl.* p. 421. M.

1080. PLUKENETIA. MASC. Cal. 0. Petala 4. Stam.
1423. 8. Nectaria 4, barbata.

FOEM. Cal. 0. Petala 4. Stylus
longissimus stigmatate peltato
4-lobo. Caps. 4-cocca.

volubilis. I. PLUKENETIA fructibus angulis verrucosis. *Suppl.*
p. 421. — *Syst. ed. 13. p. 720.*

1081. DALECHAMPIA. *Involucrum* commune exterius
1423. foliolis 4, interius foliis 2
trifidis.

MASC. *umbellula* 10-flora: *in-*
volucello 2-phylo: paleis
numerosis. *Perianth* pro-
prium 5-phyllum. Cor.
nulla. *Filam.* plurima, con-
nata.

FOEM. *Flosculi* 3. *Involucello* 3-
phylo. *Perianth.* proprium
foliolis 11. Cor. 0. *Stylus*
filiformis. *Caps.* 3-cocca.
Mant. 169.

colorata. I. D. foliis integerrimis. *Suppl.* p. 421.
scandens. 2. D. fol. trifidis serratis. *Suppl.* p. 421. *Dalecham-*
pia scandens. *Syst. ed. 13. p. 720. Mant. 496.* —
Jacq. amer. pict. p. 123. t. 239. M.

1082. ACALYPHA. MASC. Cal. 3 f. 4-phyllus. Cor. 0.
1423. Stam. 8-16.

FOEM. Cal. 3-phyllus. Cor. 0. *Sty-*
li 3. *Caps.* 3-cocca, 3-locula-
ris. *Sem.* 1.

virginica. I. A. involucris foemineis-cordatis incisif, foliis
ovato-lanceolatis petiolo longioribus.

virgata. 2. A. spicis foemineis involucris cordatis serratis;
masculis distinctis aphyllis, fol. lanceolato-
ovatis.

indica. 3. A. involucris foemineis cordatis subcrenatis, fol.
ovatis petiolo brevioribus.

villosa.

- villosa.* 4. A. involucri foemineis minimis dentatis villosissimis, spicis elongatis, fol. ovatis acuminatis ferratis petiolo longioribus. *Suppl. p. 422.* *Acalypha villosa. Jacq. amer. p. 254. Jacq. hort. v. 3. p. 26. t. 47.*
- australis.* 5. A. involucri foemineis integerrimis, fol. lanceolatis obtusis.

1083. CROTON. MASC. *Cal. cylindricus*, 5 dentatus.
1424. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 10-15.

FOEM. *Cal. polyphyllus. Cor.* 0, *Styli* 3, bifidi. *Capf.* 3-ocularis. *Sem.* 1.

- variegatum.* I. C. foliis lanceolatis integerrimis glabris pictis petiolatis.
- Cascarilla.* 2. C. fol. lanceolatis acutis integerrimis petiolatis subtus tomentosis, caule arboreo.
- castaneifolium.* 3. C. fol. lanceolatis obtusis ferratis petiolatis glabris.
- palustre.* 4. C. fol. ovato-lanceolatis plicatis ferratis scabris.
- glabellum.* 5. C. fol. ovatis obtusiusculis integerrimis laevibus, fructibus pedunculatis.
- tinctorium.* 6. C. fol. rhombeis repandis, capsulis pendulis, caule herbaceo. *Burm. ind. t. 62. f. 1. Cal. 5-phyllus. Petala 5, lanceolata. Stam. 8, monadelphia.*
- glandulosum.* 7. C. fol. oblongis ferratis basi biglandulosis, fructibus sessilibus.
- argenteum.* 8. C. fol. cordato-ovatis subtus tomentosis integris ferratis. *Fructus capitulum Bracteis 3, ovalibus, hirsutis, dentatis.* — *Croton argenteum. Murr. in comm. gott. 1781. p. 41. t. 4. M.*
- sebiferum.* 9. C. fol. rhombico-ovatis acuminatis integerrimis glabris. *Foliola latiora quam longa, involuta: basis folii glandulis 2.*
- japonicum.* 10. C. fol. indivisis trilobisque ovatis acuminatis integris glabris. *Thunb. jap. mspt. M. Croton japonicum, foliis rhombico-ovatis acuminatis glabris quinquenerviis, panicula terminali villosa. Suppl. p. 422.*
- acutum.* 11. C. fol. ovatis ferratis acuminatis biglandulosis caule herbaceo. *Thunb. jap. mspt. M.*
- Tiglium.* 12. C. fol. ovatis glabris acuminatis ferratis, caule arboreo.

- lucidum.* 13. C. fol. ovatis glabris. flor. spicatis, stylis multifidis depresso-pubescentibus frutescens. *Loefl. it.* 234. *Mant.* 497. Croton foliis ovatis glabris, ramis nudis, racemis spicatis. *Berg. act. lond.* 58 (1768). p. 132 t. 7. *Masculi Calyx 10-phyllus, Cor. 0, Stam. 12. Foeminei calyx 5-phyllus, Germen hirsutum, Styli 3 sexpartiti.*
- lacciferum.* 14. C. fol. ovatis tomentosis ferrulatis petiolatis, calycibus tomentosis. *Halecus terrestris. Rumph. amb.* 3. p. 197. t. 127.
- balsamiferum.* 15. C. fol. ovato-lanceolatis scabris integerrimis subtus tomentosis. *Mant.* 125. — *Jacq hort. v.* 3. t. 46. *Amer. pict.* p. 124. t. 242. M.
- aromaticum.* 16. C. fol. cordatis scabris subserratis petiolatis, caule arboreo. *Rumph. amb.* 3. p. 196. t. 126.
- humile.* 17. C. fol. cordatis integerrimis scabris subciliatis subtus tomentosis, caule fruticoso.
- Ricinocarpus.* 18. C. fol. subcordatis crenatis, pedunc. racemosis oppositifoliis, caule herbaceo.
- moluccanum.* 19. C. fol. cordatis angulatis scabris subtus tomentosis. *Ricinus dulcis arboreus foliis populi nigrae argenteis. Pluk. alm.* 320. t. 220 f. 5.
- flavens.* 20. C. fol. cordatis oblongis integerrimis utrinque tomentosis, ramulis densius tomentosis. *Brown. jam.* 347 n. 3.
- capense.* 21. C. fol. hastatis indivisis lanceolatis integerrimis glaberrimis. *Suppl.* p. 433.
- lobatum.* 22. C. fol. inermi-ferratis: inferioribus quinquelobis; superioribus trilobis.
- spinosum.* 23. C. fol. palmatis quinquelobis trilobisque spinosiferratis, floribus cauli adspersis subsessilibus.

279. CUPANIA. MASC. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-petala.
290. *Stam.* 5.

FOEM. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala.
Styl. 3-fidus. *Capsf.* 3-locularis. *Sem.* bina.

americana. I. CUPANIA. *Flores non vidi: e figuris Plumieri monoicos esse judico. Stamina non novi.*

1084. **JATROPHA**. MASC. *Cal.* 0. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis. *Stam.* 10: alterna breviora.

FOEM. *Cal.* 0. *Cor.* 5-petala, patens. *Styli* 3, bifidi. *Capsf.* 3-locularis. *Sem.* 1.

- gossypifolia.* 1. *J.* foliis quinquepartitis: lobis ovatis integris: fetis glandulosis ramosis.
- moluccana.* 2. *J.* fol. ovatis integerrimis subdentatis.
- Curcas.* 3. *J.* fol. cordatis angulatis. *Stamina* 10. — *Jacq. hort. v. 3. t. 63. M.*
- multifida.* 4. *J.* fol. multipartitis laevibus, stipulis fetacels multifidis.
- Manihot.* 5. *J.* fol. palmatis: lobis lanceolatis integerrimis laevibus *Stam.* 10.
- Janipha.* 6. *J.* fol. palmatis: lobis integerrimis: intermediis utrinque sinu lobatis. *Mant.* 126. — *Jatropha carthagenensis. Jacq. hort. v. 3. t. 77. Amer. pict. p. 125. t. 244. M.*
- urens.* 7. *J.* fol. palmatis dentatis aculeatis. *Jacq. hort. t. 21. Stamina* 10.
- herbacea.* 8. *J.* aculeata, fol. trilobis: caule herbaceo.
- elastica.* 9. *J.* fol. ternatis ellipticis integerrimis subtus canis longe petiolatis. *Suppl. p. 422. Hevea guianensis. Asplet guian. p. 871. t. 335. Genus nondum rite definitum. Succus hujus arboris lacteus evadit Resina illa elastica, Gomme elastique, licet et Ficus indica, Cecropia peltata aliaeque arbores similis naturae, succum erogent.*

1085. **RICINUS**. MASC. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 1430. numerosa.

FOEM. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0. *Styli* 3, bifidi. *Capsf.* 3-ocularis. *Sem.* 1.

- inermis.* 1. *R.* foliis peltatis subpalmatis ferratis, petiolis glandulosis, fructibus inermibus. *Jacq. in Litt. Misc. v. 2. p. 362. Icon. rar. M.*
- communis.* 2. *R.* fol. peltatis subpalmatis ferratis. — *Ricinus lividus. Jacq. Misc. v. 2. p. 360. Icon. rar. An alia nota constante, quam colore, a R. communi distinctus? M.*

Tanarius. 3. R. fol. peltatis repandis.

Mappa. 4. R. fol. peltatis indivisis.

1086. STERCULIA. MASC. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o.
1430. *Filamenta* 15.

FOEM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Ger-*
men columnae insidens. *Capsf.* 5-
locularis, polysperma.

Balanghas. 1. *S.* foliis ovatis integerrimis petiolatis, floribus
paniculatis.

foetida. 2. *S.* fol. digitatis,

platanifoli- 3. *S.* hermaphrodita, fol. cordatis lobatis, flori-
um. bus paniculatis. *Suppl.* p. 423. — *Pertinet*
ad Polygamiam, nam flores mares cum her-
maphroditis mixtos habet. Jacq. in Litt. Jacq.
jun. in att. helv. v. 9. c. tab. M

1088. HIPPOMANE. MASC. *Amentum.* *Perianth.* 2-fi-
1431. dum. *Cor.* o.

FOEM. *Perianth.* 3-fidum. *Cor.* o.
Stigma 3-partitum. *Drupa* f.
Capsf. 3-cocc.

Mancinella. 1. *H.* foliis ovatis ferratis basi biglandulosis. *Jacq.*
amer. 250. t. 159. — Ed. 2. pict. p. 122.
t. 238. M. Fructus Drupa Semine carioso.
Editur a Cancris ruricolis inde veneratis Jacq.

biglandulo- 2. *H.* fol. ovato-oblongis basi biglandulosis. —
sa. *Sapium aucuparium. Jacq. amer. pict. p. 121.*
t. 237. M. Capsula 3-cocca.

spinosa. 3. *H.* fol. subovatis dentato-spinosis.

1279. STILLINGIA. MASC. *Cal.* hemisphaericus, mul-
tiflorus. *Cor.* tubulosa, erosa.

FOEM. *Cal.* 1-florus, inferus. *Cor.*
supera. *Styl.* 3-fidus. *Capsf.*
3-cocca.

sylvatica. 1. STILLINGIA. *Mant.* 126.

1278. GNETUM. MASC. *Amenti squama. Cor. o. Filament. 1. antheris binis.*

FOEM. *Amenti ejusdem. Cor. o Stylus stigmatē 2-fido. Drupa monosperma.*

Gnemon. I. GNETUM. *Mant. 125.*

1087. HURA. MASC. *Amentum imbricatum. Perianth. truncatum. Cor. o. Filam. cylindrica, apice peltata, cincta Anth. plurimis geminatis.*

FOEM. *Cal. o. Cor. o. Stylus infundibuliformis. Stigma 12-fidum. Caps. 12-ocularis. Sem. 1.*

crepitans. I. HURA. *Amentum masculinum e divaricatura ramorum, oblongum, cernuum Squamis oblongis: intra singulas Perianthium cylindricum, truncatum, brevissimum. Cor. o. Filamentum sanguineum, longum, truncatum, rigidum, sub apice bis terve verticillatum tuberculis. Antherae 2, singulo tuberculo immersae, ovales, bifidae.*

SYNGENESIA.

1089. TRICHOSANTHES. MASC. *Cal. 5-dentatus. Cor. 5-partita, ciliata. Filam. 3.*

FOEM. *Cal. 5-dentatus. Cor. 5-partita, ciliata. Stylus 3-fidus. Pomum oblongum.*

Anguina. I. T. *pomis teretibus oblongis incurvis. Mant. 497. Semina Momordicae. Corollae niveae, maxime ciliatae.*

nervifolia. 2. T. *pomis ovatis acutis, fol. cordatis oblongis trinerviis dentatis.*

cucumerina. 3. T. pomis ovatis acutis, fol. cordatis angulatis.
amara. 4. T. pomis turbinato-ovatis.

1090. MOMORDICA. MASC. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-partita. *Filamenta* 3.
 1433.

FOEM. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-partita.
Stylus 3-fidus. *Pomum* elasticè diffiliens.

- Balsamina*. 1. M. pomis angulatis tuberculatis, foliis glabris patenti-palmatis. *Seb. musf. 2. t. 3. f. 1.*
Charantia. 2. M. pomis angulatis tuberculatis, fol. villosis longitudinaliter palmatis. — *Mill. illustr. ic M.*
operculata. 3. M. pomis angulato-tuberculatis apice deciduo operculatis, fol. lobatis.
Luffa. 4. M. pomis oblongis: sulcis catenulatis, fol. incisifis.
cylindrica. 5. M. pomis cylindricis longissimis, fol. angulis acutis.
trifolia. 6. M. pomis ovatis muricatis, foliis ternatis dentatis.
pedata. 7. M. pomis striatis, fol. pedatis ferratis.
Elaterium. 8. M. pomis hispidis, cirrhis nullis.

1091. CUCURBITA. MASC. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Filamenta* 3.
 1434.

FOEM. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Pist.* 5-fidum. *Pomi* semina margine tumido.

- lagenaria*. 1. C. fol. subangulatis tomentosis basi subtus biglandulosis, pomis lignosis.
hispida. 2. C. fol. angulatis, caule petiolisque hispidis. *Thunb. jap. mspt. M.*
ovifera. 3. C. fol. lobatis, pomis obovatis, cirrhis septendigitatis. *Mant. 126.*
Pepo. 4. G. fol. lobatis, pomis laevibus.
verrucosa. 5. C. fol. lobatis, pomis nodoso-verrucosis.
Melopepo. 6. C. fol. lobatis, caule erecto, pomis depressis nodosis.
Citrullus. 7. C. fol. multipartitis.

1092. CUCUMIS. MASC. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Filamenta* 3.

1435.

FOEM. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Pist.* 3-fidum. *Pomi* semina arguta.

- Colocynthis. 1. C. foliis multifidis, pomis globosis glabris.
- propheta-
rum. 2. C. fol. cordatis quinquelobis denticulatis obtusis, pomis globosis spinoso-muricatis. *Jacq. hort. v. 1. t. 9. M.*
- Anguria. 3. C. fol. palmato-sinuatis, pomis globosis echinatis. Cucumis echinatus, colocynthis folio. *Herm. part. 134. sed fructus minor.*
- africanus. 4. C. fol. palmato-sinuatis, caule angulato, pomis ovalibus echinatis. *Suppl. p. 423.*
- acutangulus. 5. C. fol. rotundato-angulatis, pomis angulis decem acutis. — *Jacq. hort. v. 3. t. 73 M. Fructus operculatus; angulis decem integris acutis, unilocularis. Semina nigra, quasi masticata ut in Anguria.*
- Melo. 6. C. foliorum angulis rotundatis, pomis torulosis. *Habitat in Calmucchia.*
- Dudaim. 7. C. foliorum angulis rotundatis, pomis sphaericis umbilico retuso.
- Chate. 8. C. hirsutus, foliorum angulis integris rotundatis, pomis fusiformibus utrinque attenuatis hirtis.
- fativus. 9. C. foliorum angulis rectis, pomis oblongis scabris.
- anguinus. 10. C. foliis lobatis, pomis cylindricis longissimis laevibus contortuplicatis.
- flexuosus. 11. C. foliis angulato-sublobatis, pomis cylindricis fulcatis curvatis.
- conomon. 12. C. fol. angulato-sublobatis dentatis, pomis fusiformibus decemfulcatis glabris. *Thunb. jap. mspt. M.*
- maderaspatanus. 13. C. fol. cordatis integris denticulatis, pomis globosis glabris. *Berg. cap. 351.*

1098. BRYONIA. MASC. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Filamenta* 3.

1438.

FOEM. *Cal.* dentatus. *Cor.* 5-partita. *Stylus* 4-fidus. *Bacca* subglobosa, polysperma.

- alba. 1. B. foliis palmatis utrinque calloso-scabris. — *addo M. floribus monoicis — Fl. dan. t. 813. M.*

- dioica.* 2. B. fol. palmatis utrinque calloso - scabris, floribus dioicis. *Jacq. in Litt. Fl. austr. t. 199. M.*
- palmata.* 3. B. fol. palmatis laevibus quinquepartitis: laciniis lanceolatis repando - ferratis.
- grandis.* 4. B. fol. cordatis angulatis basi subtus glandulosis. *Mant. 126.*
- cordifolia.* 5. B. fol. cordatis oblongis quinquelobis dentatis scabris, petiolis bidentatis. (*Excluso Rumphio*).
- laciniosa.* 6. B. fol. palmatis: laciniis lanceolatis ferratis, petiolis muricatis. *Fructus sessiles lineis 6 tactis.* (*Exclusis synonymis*)
- africana.* 7. B. fol. palmatis quinquepartitis utrinque laevibus: laciniis pinnatifidis.
- cretica.* 8. B. fol. palmatis supra calloso - punctatis.
- scabra.* 9. B. fol. cordatis angulatis dentatis, supra callose punctatis infra pilosis, utrinque scabris, flor. umbellatis. *Suppl. p. 423.*
- scabrella.* 10. B. fol. cordatis quinquangulatis dentatis scaberimis eglandulatis. *Suppl. p. 424.*
- japonica.* 11. B. fol. cordatis indivisis angulatisque dentatis inermi - hispidis. *Thunb. jap. mspt. M.*

1024. SICYOS. MASC. Cal. 5 - dentatus. Cor. 5 - partita.
1439. Filamenta 3.

FOEM. Cal. 5 - dentatus. Cor. 5 - partita.
Stylus 3 - fidus. Drupa 1 - sperma.

- angulata.* 1. S. foliis angulatis.
- laciniata.* 2. S. fol. laciniatis.
- Garcini.* 3. S. fol. quinquepartitis eroso - dentatis, fructibus ciliatis. *Mant. 297.* Sicyos foliis quinquepartitis: laciniis cuneiformibus quinquefidis cum acumine. *Burm. ind. 311. t. 57. f. 3. Mihi non visa.*

GYNANDRIA.

1095. ANDRACHNE. MASC. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5, *Styli* rudimento inferta.

1439.

FOEM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* 3. *Capsula* 3-locularis. *Sem.* 2.

~~*Telephiodes.*~~ 1. *A. procumbens* herbacea. — *Mill. illustr. ic. M.*


fruticosa. 2. *A. erecta* herbacea. β . *Clusia androgyna.* *Mant.* 128.


1320. AGYNEJA. MASC. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla. *Antherae* 3, *styli* rudimento adnatae.

FOEM. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla. *Ger- men* apice perforatum absque *stilo* stigmativo.

impubes. 1. *A. foliis* utrinque glabris. *Mant.* 296.

pubera. 2. *A. fol.* subtus tomentosis. *Mant.* 296.





CLASSIS XXII.

D I O E C I A.

M O N A N D R I A.

1430. PANDANUS. ♂ *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Anthera* fessilis, rami-
ficationibus thyrsi inserta.
♀ *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Stigmata* 2.
Fruſt. compositus.
1096. NAJAS. ♂ *Cal.* 2 - fidus. *Cor.* 4 - fida.
Filam. nullum.
♀ *Cal.* nullus. *Cor.* 0. *Pist.* 3.
Capsf. 1 - locularis.

D I A N D R I A.

1097. VALLISNERIA. ♂ *Spath.* multiflora, 2-part. *Cor.* 3-partita.
♀ *Spath.* 1 flora. *Cal.* 3-part. *C.* 3-pet. *Pist.* 1.
Capsf. 1 - locularis.
1099. CECROPIA. ♂ *Spath.* recept. comm. *Cor.* nulla.
♀ *Spath.* recept. comm. *Cor.* 0. *Pist.* 1.
Bacca 1 - sperma.
1098. SALIX. ♂ *Ament.* squama. *Cor.* nulla.
Stam. 2, raro 5.
♀ *Ament.* squama. *Cor.* 0. *Stigm.* 2.
Capsf. 2 - valvis. *Sem.* papposa.

T R I A N D R I A.

* *Phoenix.* (Cfr. App.)

1100. EMPETRUM. ♂ *Cal.* 3 - partitus. *Cor.* 3 - petala.
♀ *Cal.* 3 - partitus. *Cor.* 3-pet. *Styl.* 9.
Bacca 9 - sperma.
1101. OSYRIS. ♂ *Cal.* 3 - fidus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 3 - fidus. *Cor.* 0. *Styl.* 0.
Drupa 1 - locularis.
1280. CATURUS. ♂ *Cal.* 0. *Cor.* 3 - fida.
♀ *Cal.* 3 - partitus. *Cor.* 0. *Styl.* 3.
Capsf. 3 - cocca.

1102. EXCOECARIA. ♂ *Ament. squama.* Cor. nulla.
 ♀ *Ament. squama.* Cor. o. Styl. 3.
Capsf. 3 - cocca.
1131. RESTIO. ♂ *Ament. squama.* Cor. 6 - petala.
 ♀ *Ament. squama.* Cor. 6 - petala. Styl. 3.
Capsf. 3 locularis, plicata, polysperma.
1141. MABA. ♂ *Cal. 3 - fidus.* Cor. 3 - fida.
 ♀ *Cal. ut in mare.* *Drupa supera, 2 - lo-*
cularis.

TETRANDRIA.

1106. HIPPOPHAE. ♂ *Cal. 2 - partitus.* Cor. nulla.
 ♀ *Cal. 2 - fidus.* Cor. o. Pist. I.
Bacca 1 - sperma: arillo truncato.
1103. TROPHIS. ♂ *Cal. nullus.* Cor. 4 - petala.
 ♀ *Cal. nullus.* Cor. o. Styl. bifid.
Bacca 1 - sperma.
1105. VISCUM. ♂ *Cal. 4 - partitus.* Cor. nulla.
 ♀ *Cal. 4 phyllus.* Cor. o. Stigm. obtuf.
Bacca 1 - sperma, infera.
1142. MONTINIA. ♂ *Cal. 4 - dentatus, superus.* Petala 4.
 ♀ *Cal. et Cor. ut in mare.* Filamenta ste-
 rilia. Styl. 2 - fidus. Capsula ob-
 longa, 2 - locularis.
1104. BATIS. ♂ *Amentum.* Cor. nulla.
 ♀ *Invol. 2 - phyllum.* Cor. o. Stigm. 2 - fid.
Bacca 2 - sperma.
1107. MYRICA. ♂ *Ament. squama.* Cor. nulla.
 ♀ *Ament. squama.* Cor. o. Styl. 2.
Bacca 1 - sperma.

* *Urticae variae.* * *Morus nigra.* * *Rhamnus.*

PENTANDRIA.

1113. IRESINE. ♂ *Cal. 2 - phyllus.* Cor. 5 - petala.
Nectar. 5 - phyllum.
 ♀ *Cal. 2 - phyllus.* Cor. 5 - pet. Styl. 2.
Capsf. polysperma.
1115. CANNABIS. ♂ *Cal. 5 - partitus.* Cor. nulla.
 ♀ *Cal. 1 - phyllus.* Cor. o. Styl. 2.
Nux.

III6. HUMULUS.	♂	Cal. 5 - phyllus.	Cor. nulla.
	♀	Cal. 1 - phyllus.	Cor. o. Styl. 2.
		Sem. calyce alatum.	
III8. PISTACIA.	♂	Cal. 5 - fidus.	Cor. nulla.
	♀	Cal. 3 - fidus.	Cor. o. Styl. 3.
		Drupa ficca.	
III7. ZANONIA.	♂	Cal. 3 - phyllus.	Cor. 5 - partita.
	♀	Cal. 3 - phyllus.	Cor. 5 - part. Styl. 3.
		Bacca infera, 3 - loc.	
III2. SPINACIA.	♂	Cal. 5 - partitus.	Cor. nulla.
	♀	Cal. 4 fidus.	Cor. o. Styl. 4.
		Sem. 1, calycinum.	
III4. ACNIDA.	♂	Cal. 5 - phyllus.	Cor. nulla.
	♀	Cal. 2 - phyllus.	Cor. o. Styl. 5.
		Sem. 1, calyce vesicario.	
III0. ANTIDESMA.	♂	Cal. 5 - phyllus.	Cor. nulla.
	♀	Cal. 5 - phyllus.	Cor. o. Stigm. 5.
		Bacca 1 - sperma.	
III3. ASTRONIUM.	♂	Cal. 5 phyllus.	Cor. 5 - petala.
		Nectar. glandulis 5.	
	♀	Cal. 5 phyllus.	Cor. 5 - petala.
		Styli 5.	Sem. 1.
I281. CANARIUM.	♂	Cal. 2 - phyllus.	Cor. 3 - petala.
	♀	Cal. 2 - phyllus.	Cor. 3 - petala.
		Stigma sessile. Drupa.	
III9. ZANTHOXYLON.	♂	Cal. 5 - partitus.	Cor. nulla.
	♀	Cal. 5 - partitus.	Cor. o. Pist. 5.
		Caps. 1 - sperma.	
III8. FEWILLEA.	♂	5 - partitus.	Cor. 5 - fida.
		Nectarium. Filamentis 5.	
	♀	Cal. 5 - fidus.	Cor. 5 - fid. Styl. 5.
		Bacca infera.	

* *Phytica dioica.* * *Rhamnus Alaternus.*

* *Salix pentandra.*

HEXANDRIA.

* *Borassus* (Cfr. App.) * *Elais* (Cfr. App.)

III20. SMILAX.	♂	Cal. 6 - phyllus.	Cor. nulla.
	♀	Cal. 6 - phyllus.	Cor. o. Styl. 3.
		Bacca supera, 3 - loc.	

1119. TAMUS. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla.
 ♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3.fid.
Bacca infera, 3-loc.
1122. DIOSCOREA. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla.
 ♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Capsf. supera, 3-loc.
1121. RAJANIA. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla.
 ♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Sem. inferum ala aurita.

* *Rumex Acetosa, Acetofella, aculeatus.*

OCTANDRIA.

1123. POPULUS. ♂ *Ament.* lacerum. *Cor.* o. *Nest.* ovat.
Stam. 8-16.
 ♀ *Ament.* lacerum. *Cor.* o. *Stigm.* 4-fid.
Capsf. 2-valvis. *Sem.* papposa.
1124. RHODIOLA. ♂ *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala.
 ♀ *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. *Pist.* 4.
Capsf. 4, polyspermae.
1433. MAGARITARIA. ♂ *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala.
 ♀ *Cal.* et *Cor.* ut in mare. *Styl.* 4. s. 5.
Bacca cartilaginea, 4-5-cocca.

* *Laurus nobilis.* * *Acer rubrum.*

* *Loranthus europaeus.*

ENNEANDRIA.

1125. MERCURIALIS. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla.
Stam. 9-12.
 ♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2.
Capsf. 2-cocca.
1126. HYDROCHARIS. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala.
 ♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-pet. *Styl.* 6.
Capsf. infera, 6-locul.

* *Laurus, an omnis?*

DECANDRIA.

1127. CARICA. ♂ *Cal.* subnullus. *Cor.* 5-fida.
 ♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-pet. *Stigm.* 8.
Bacca polysperma.

1128.

1128. KIGGELARIA. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala.
Nectar. glandulae 5.
 ♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-pet. *Styl.* 5.
Caps. 5-valvis.
1129. CORIARIA. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
 ♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-pet. *Styl.* 5.
Bacca 5-sperma: petalina.
1130. SCHINUS. ♂ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 5-petala.
 ♀ *Cal.* 5-fidus, *Cor.* 5-petala.
Bacca 3-cocca.
- * *Lychuis dioica.* * *Cucubalus otites.*
 * *Guilandina dioica.* * *Phytolacca dioica.*

D O D E C A N D R I A.

- EUCLEA. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 15.
 ♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Styl.* 2.
1131. MENISPERMUM. ♂ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 12-petala.
 ♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-petala.
Bacca 3-cocca.
1132. DATISCA. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla.
Antherae sessiles, 15.
 ♀ *Cal.* 2-dentatus. superus. *Cor.* 0.
Caps. 1-locularis, polysperma.

I C O S A N D R I A.

- * *Spiraea Aruncus.* *Rubus chamaemorus.*

P O L Y A N D R I A.

- * *Cycas* (Cfr. App) * *Zamia* (Cfr. App.)

1133. CLIFFORTIA. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla.
 ♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 0. *Styl.* 2.
Caps. 2-cocca, infera.
1134. HEDYCARIA. ♂ *Cal.* 8-f. 10-fidus. *Cor.* 0. Filamenta
 0. *Antherae* in fundo calycis, 4-ful-
 cae, apice barbatae.
 ♀ *Cal.* et *Cor.* maris. *Germina* pedicel-
 lata. *Nuces* pedicellatae, mono-
 spermae.
- * *Clematis dioica.* * *Thalictrum dioicum.*
 * *Stratiotes aloioides*, rectius heic quam in Polyandr.
 Hexagynia. *Murr.*

MONADELPHIA.

1134. JUNIPERUS. ♂ *Ament.* *Cor.* nulla.
Stam. 3.
 ♀ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-pet. *Styl.* 3.
Bacca infera, 3-sperma, calycina.
1135. TAXUS. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
Anther. 8-fidae.
1136. EPHEDRA. ♂ *Ament.* 2-fidum. *Cor.* nulla.
Stam. 7.
 ♀ *Cal.* imbricatus. *Cor.* o. *Pist.* 2.
Bacc. 2-sperma, recutita.
1138. CISSAMPELOS. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* 4-petala.
Stam. 4.
 ♀ *Cal.* nullus. *Cor.* o. *Stigm.* 3.
Bacc. 1-sperma.
838. NAPAEA. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala.
Stam. plurima. *Styli* plures.
 ♀ *Cal.* 5-fidus: *Cor.* 5-petala.
Stam. plur. effoeta. *Styli* plures.
Arilli 10 in orbem.
1137. ADELIA. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* nulla.
Stam. 20.
 ♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Capsf. 3-cocca.

* *Napaea dioica.*

SYNGENESIA.

1139. RUSCUS. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla. *Stam.* 5.
 ♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Pist.* 1.
Bacc. 3-loc. 2-sperma.
- * *Gnaphalium dioicum.* * *Bryonia dioica.*

GYNANDRIA.

1140. CLUTIA. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
Stam. 5.
 ♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-pet. *Styl.* 3.
Capsf. 3-cocca.

MONAN-

M O N A N D R I A.

1430. PANDANUS. MASC. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Anthera*
fessilis, ramificationibus thyrsi
inserta.

FOEM. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Stigmata* 2.
Fruct. compositus. *Suppl.* p. 64.
Cfr. KEURA. *Thunb. Diss. nov. pl.*
gen. p. 26.

odoratissima. I. PANDANUS. *Suppl.* p. 424. *Odoris praestantissimi*
causa colitur.

1096. NAJAS. MASC. *Cal.* cylindricus, 2-fidus. *Cor.*
1441. 4-fida. *Filamentum* nullum.

FOEM. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Pist.* 1. *Caps.*
ovata, unilocularis.

marina. I. NAJAS.

D I A N D R I A.

1097. VALLISNERIA. MASC. *Spatha* 2-partita. *Spa-*
1441. *dix* tectus flosculis. *Cor.* 3-
partitae.

FOEM. *Spatha* 2-fida, 1-flora.
Cal. 3-partitus, superus. *Cor.*
3-petala. *Styli* 3. *Caps.* 1-
locularis, polysperma.

spiralis. I. VALLISNERIA. *Habitat vulgaris in India orient.*

1099. CECROPIA. MASC. *Spatha* caduca. *Amenta* im-
1449. *bricata* squamis turbinatis, subte-
ragonis. *Cor.* 0.

FOEM. utin mare. *Germina* imbri-
cata. *Styl.* 1. *Stigm.* lacerum.
Bacca monosperma.

peitata. I. CECROPIA. *Nacq. obs.* 2. t. 46. f. 4. *Amer. pist.* p. 126.
t. 262. f. 66. quoad *spatham clausam.* M. *Mant.* 499.

1098. SALIX. MASC. *Amenti squamae. Cor. o. Glandula*
 1442.. *bafeos nectarifera.*

FOEM. *Amenti squamae. Cor. o. Stylus*
 2-fidus. *Capf. 1-ocularis; 2-valvis.*
Sem. papposa.

* *Foliis glabris serratis.*

- hermaphroditica.* 1. S. foliis serratis glabris, floribus hermaphroditis diandris.
- triandra.* 2. S. fol. serratis glabris, flor. triandris.
- pentandra.* 3. S. fol. serratis glabris, flor. pentandris.
- phylicifolia.* 4. S. fol. serratis glabris lanceolatis: crenis undatis.
- japonica.* 5. S. fol. serratis glabris lanceolatis subtus glaucis rarioribus villosis. *Thunb. jap. msp. M.*
- vitellina.* 6. S. fol. serratis ovatis acutis glabris: serraturis cartilagineis, petiolis calloso-punctatis.
- amygdalina.* 7. S. fol. serratis glabris lanceolatis petiolatis, stipulis trapeziformibus.
- hastata.* 8. S. fol. serratis glabris subovatis acutis sessilibus, stipulis subcordatis.
- aegyptiaca.* 9. S. fol. subserratis lanceolato-ovatis nudis venosis, petiolis simplicibus extipulatis. *Biedmusk. Brun. it. 191. t. 72.*
- fragilis.* 10. S. fol. serratis glabris ovato-lanceolatis, petiolis dentato-glandulosis.
- babylonica.* 11. S. fol. serratis glabris lineari-lanceolatis, ramis pendulis.
- purpurea.* 12. S. fol. serratis glabris lanceolatis: inferioribus oppositis. *Flores monandri secundum Arduinum.*
- Helix.* 13. S. fol. serratis glabris lanceolato-linearibus: superioribus oppositis obliquis.
- myrsinites.* 14. S. fol. serratis glabris ovatis venosis.
- arbuscula.* 15. S. fol. subserratis glabris subdiaphanis subtus glaucis, caule suffruticoso. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 408. M.*
- herbacea.* 16. S. fol. serratis glabris orbiculatis. *Fl. dan. t. 117.*
- retusa.* 17. S. fol. subserratis glabris obovatis obtusissimis. *Folia venis parallelis.*

** *Foliis glabris integerrimis.*

- reticulata.* 18. S. fol. integerrimis glabris ovatis obtusis. *Fl. dan. t. 212.*

myrtil-

- myrtilloides.* 19. S. fol. integris glabris ovatis acutis.
- integra.* 20. S. fol. integris glabris lineari-oblongis obtusis. *Thunb. j. p. mspt. M.*
- glauca.* 21. S. fol. integerrimis subtus tenuissime villosis ovato-oblongis.
*** *Foliis integerrimis, villosis.*
- aurita.* 22. S. fol. integerrimis utrinque villosis obovatis appendiculatis.
- lanata.* 23. S. fol. utrinque lanatis subrotundis acutis.
- lapponum.* 24. S. fol. integerrimis hirsutis lanceolatis.
- arenaria.* 25. S. fol. integris ovatis acutis supra subvillosis, subtus tomentosus. (*Excluso Halleri synonymo.*)
- incubacea.* 26. S. fol. integerrimis lanceolatis: subtus villosis nitidis, stipulis ovatis acutis.
- repens.* 27. S. fol. integerrimis lanceolatis utrinque nudiusculis, caule repente.
- fusca.* 28. S. fol. integerrimis ovatis subtus pubescens. — *Jacq. Fl. austr. v. 5. t. 409. M. Affines sunt S. arenaria, incubacea, repens, fusca.*
- rosmarinifolia.* 29. S. fol. integerrimis lanceolato-linearibus strictis sessilibus subtus tomentosus.
**** *Foliis subserratis, villosis.*
- caprea.* 30. S. fol. ovatis rugosis subtus tomentosus undatis superne denticulatis.
- viminalis.* 31. S. fol. subintegerrimis lanceolato-linearibus longissimis acutis subtus sericeis, ramis virgatis.
- cinerea.* 32. S. fol. subserratis oblongo-ovatis subtus subvillosis, stipulis dimidiato-cordatis.
- alba.* 33. S. fol. lanceolatis acuminatis serratis utrinque pubescentibus: ferraturis infimis glandulosis.

T R I A N D R I A.

1101. EMPETRUM. MASC. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* longa.

1350.

FOEM. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Styli* 9. *Bacca* 9-sperma.

- album.* 1. E. erectum. *Differt a sequenti ramulis pubescentibus, foliis longioribus supra scabriusculis, subtus canaliculatis.*
- nigrum.* 2. E. procumbens. — *Mill. illustr. ic. M.*

1101. OSYRIS. MASC. Cal. 3-fidus. Cor. o.

1450. FOEM. Cal. 3-fidus. Cor. o. Stylus o.
Stigma subrotundum. Drupa 1-locularis.

alba. 1. O. foliis linearibus. M. — *Syst. ed. 13. p. 737.*
japonica. 2. O. fol. ovatis floriferis. *Thumb. jap. m/jpt. M.*

1431. MABA. MASC. Cal. 3-fidus. Cor. 3-fida.
FOEM. Cal. ut in mare. Drupa supera,
2-ocularis. *Suppl. p. 65.*

elliptica. 1. MABA. *Suppl. p. 426.*

1331. RESTIO. *Syst. nat. 12. p. 735.*

MASC. CAL. Spica ovata, imbricata squamis unifloris,
ovatis membranaceis.

COR. Petala 6, oblongiuscula, membranacea,
persistencia.

STAM. Filamenta 3, capillaria. Antherae ob-
longae, erectae.

FOEM. CAL. ut in Mare.

COR. ut in mare.

PIST. Germen inferum. Styl. 3, subulati, per-
sistentes. Stigmata filiformia.

PER. Capsula 3-ocularis, subrotunda, 6-pli-
cata: plicis paribus approximatis, sty-
lis convergentibus.

SEM. nonnulla oblongo-cylindrica, obtusa.

paniculatus. 1. R. caule frondoso, spicis paniculatis. Restio pa-
nicula sesquipedali multiflora, spicis oblongis
ovatis. *Fris. descr. 1772. p. 10. n. 4.*

verticillaris. 2. R. ramis verticillatis articulatis, panicula com-
posita coarctata. *Suppl. p. 425.*

dichotomus. 3. R. culmis dichotomis, spicis solitariis. Restio cul-
mo prostrato, ramis filiformibus secundis ad-
scendentibus, spicis terminalibus pluribus.
Fris. descr. 1772. p. 10. n. 3.

vimineus. 4. R. culmis simplicibus, spicis corymbosis. Restio
scapis floriferis longissimis, panicula filiformi
nutante laxa, spicis oblongis squarrosis. *Fris.
descr. 1772. p. 10. n. 1. Spicae plurimae colle-
ctae pedicellis capillaribus laxis. Spicarum squa-
mae acuminatissimae.*

- triflorus.* 5. R. culmis simplicibus, spicis alternis sessilibus simplicibus. Restio culmis teretibus erectis, vaginis membranaceis bifidis, spicis cylindricis terminalibus subternis. *Fris. descr. 1772. p. 10. n. 2.*
- simplex.* 6. R. culmis simplicibus spica terminali. Restio spica simplici terminali oblonga disticha. *Fris. descr. 1772. p. 11 n. 10.*
- Elegia.* 7. R. culmis simplicibus, spica glomerata, spathis partialibus vagis simplicibus. Restio thyrsifer thyrso oblongo terminali, spathis alternis maximis in lobos divisis. *Fris. descr. 1772. p. 11. n. 9. Elegia juncea. Mant alt. 297.*
- cernuus.* 8. R. culmo simplici aphylo, spicis turbinatis pendulis. *Suppl. p. 425.*
- tectorum.* 9. R. culmo simplici aphylo, racemo composito erecto. *Suppl. p. 425.*

1102. EXCOECARIA. MASC. *Amentum nudum. Cal. o. 1451. Cor. o.*

FOEM. *Amentum nudum. Cal. o. Cor. o. Styli 3. Caps. tri-cocca.*

Agallocha. I. EXCOECARIA.

1280. CATURUS. MASC. *Cal. o. Cor. 3-fida.*

FOEM. *Cal. 3-partitus. Cor. o. Styli 3. Caps. 3-cocca.*

spiciflorus. 1. B. spicis axillaribus pendulis. *Mant. 127. Acalypha hispida. Burm. ind. 303. t. 61. f. 1. Watta-Taly. Rheed. mal. 5. t. 62.*

ramiflorus. 2. B. floribus lateralibus sessilibus. *Mant. 127. — Boehmeria ramiflora. Jacq. amer. pict. p. 120. t. 236. Sed in foemina calyx nullus est, et stylus unicus. Jacq. M.*

TETRANDRIA.

1103. TROPHIS. MASC. *Cal. o. Cor. 4-petala.*

1451. FOEM. *Cal. o. Cor. o. Stylus 2-partitus. Bacca 1-sperma.*

americana. I. TROPHIS. Obs. Bucephalon racemosum. Sp. plant. 1661. hujus generis; an species?

1104. BATHS. MASC. *Amentum* 4-fariam imbricatum.
1451. Cal. o. Cor. o.

FOEM. *Amentum* ovatum: involucre 2-
phylo. Cal. o. Cor. o. *Stigma* bi-
lobum, sessile. *Baccae* coadunatae, 4-
spermae.

maritima. I. BATHS. *Jacq. amer. piss. p. 127. t. 246. M. An*
a Bucephalo Plum. distincta?

1105. VISCUM. MASC. Cal. 4-partitus. Cor. o. *Fila-*
1451. *menta* o. *Antherae* calyci adnatae.

FOEM. Cal. 4-phyllus, superus. *Styl-*
lus o. Cor. o. *Bacca* 1-sperma. *Sem.*
cordatum.

album.

1. V. foliis lanceolatis obtusis, caule dichotomo,
spicis axillaribus. — *Mill. illustr. ic. M.*

rubrum.

2. V. fol. lanceolatis obtusis, spicis lateralibus.

purpureum.

3. V. fol. obovatis, racemis lateralibus.

opuntioides.

4. V. caule prolifero ramosissimo aphylo compresso.

capense.

5. V. aphyllum, ramis brachiatis. *Suppl. 426.*

verticilla-
tum.

6. V. caule verticillato, fol. ovatis trinerviis obtusis.

pauciflorum.

7. V. fol. ovatis obtusis enerviis, floribus sparsis
solitariis, caule fruticoso, ramis alternis.
Suppl. p. 426.

terrestre.

8. V. caule herbaceo tetragono brachiato, fol. lan-
ceolatis.

rotundifo-
lium.

9. V. fol. orbiculatis, flor. verticillatis. *Suppl.*
p. 426.

1432. MONTINIA. MASC. Cal. 4-dentatus, superus,
Petala 4.

FOEM. Cal. et Cor. ut in mare. *Fi-*
lamenta sterilia. *Styl.* 2-fidus.
Caps. oblonga, 2-locularis. *Suppl.*
p. 65. Cfr. Thunb. Diff. nov. pl.
gen. p. 27. M.

acris. I. MONTINIA. *Suppl. p. 427. — Montinia caryophyllacea.*
Thunb. in act. lund. P. 1. p. 108. M.

1106. HIPPOPHAE MASC. *Cal.* 2-partitus. *Cor.* o.
 1452. FOEM. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* o. *Styl.* 1.
Bacca monosperma.

Rhamnoides. 1. H. foliis lanceolatis. *Fl. dan. t.* 265.
canadensis. 2. H. fol. ovatis.

1107. MYRICA. MASC. *Amenti squama lunata.* *Cor.* o.
 1453. FOEM. *Amenti squama lunata.* *Cor.* o.
Styli 2. *Bacca* 1-sperma.

Gale. 1. M. foliis lanceolatis subferratis, caule suffruticoso. *Fl. dan. t.* 327.

cerifera. 2. M. fol. lanceolatis subferratis, caule arborecente.

aethiopica. 3. M. fol. lanceolatis dentatis: infimis integerrimis. *Mant.* 298. *Myrtus brabanticae* accedens africana conifera. *Pluk alm.* 250. t. 48. f. 8. Arbor conifera odorata, foliis salicis rigidis leviter ferratis. *Raj. hist.* 1800.

nagi. 4. M. fol. lanceolatis integris aveniis. *Thunb. jap. mspt.* M.

quercifolia. 5. M. fol. oblongis opposite sinuatis.

cordifolia. 6. M. fol. subcordatis ferratis sessilibus.

trifoliata. 7. M. fol. ternatis dentatis.

P E N T A N D R I A.

1108. PISTACIA. MASC. *Amenti.* *Cal.* 5-fidus. *Cor.* o.
 1454. FOEM. distincta. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* o.
Styl. 2. *Drupa monosperma.*

trifolia. 1. P. foliis subternatis simplicibusque.

narbonensis. 2. P. fol. pinnatis ternatisque suborbiculatis.

vera. 3. P. fol. impari-pinnatis: foliolis subovatis recurvis. *E Syria in Italiam intulit L. Vitellius, postea Caesar factus, cum Legatus in ea provincia esset. Pin. XIII.* 5.

Terebinthus. 4. P. fol. impari-pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis.

Lentiscus. 5. P. fol. abrupte pinnatis: foliolis lanceolatis.

1109. ZANTHOXYLUM. MASC. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o.
 1455. FOEM. *Cal.* 5-partitus, *Cor.* o. *Pist.* 5. *Caps.* 5, monospermae.

Clava Her- culis. 1. Z. foliis pinnatis. *Pluk. phyt.* t. 328. f. 6. *Brown- neo Cal.* 5-dentatus; *Cor.* 5-partita luciniis conchatis;

chatis; Stam. 5; Styli 0; Stigmata 5; Capsula
5 cocca; aliter alii. Uterius commendanda
autoptis. — In horto bot. gott omnes flores
hermaphroditi, alternatim congesti ad latera ram-
orum: Pedunculis brevibus; Calyce infero,
5-, rarius 4 vel 6-partito; Corolla 0; Stami-
nibus divaricatis 5, rarius 4 vel 6; Stylo 1 brevi;
Stigmatibus globoso ovatis 3, subinde 2 vel 4.
absque ratione reliquorum floris partium. Fru-
ctum apud nos non maturat. M.

trifoliatum. 2. Z. fol. ternatis. Sp. pl. t. 270.

1111. ASTRONIUM. MASC. Cal. 5-phyllus. Cor. 5-pe-
tala. 1456.

FOEM. Cal. 5-phyllus. Cor. 5-pe-
tala. Styli 3. Sem. unicum.

graveolens. I. ASTRONIUM. — Jacq. amer. pict. p. 127. t. 262.
f. 65. quoad calycem et folia. M. Arbor foliis
pinnatis.

1281. CANARIUM. MASC. Cal. 2-phyllus. Cor. 3-petala.
FOEM. Cal. 2-phyllus. Cor. 3-pe-
tala. Stigma sessile. Drupa nuce
trigona.

commune. I. CANARIUM. Mant. 127.

1110. ANTIDESMA. MASC. Cal. 5-phyllus. Cor. 0.
1455. Antherae 2-fidae.

FOEM. Cal. 5-phyllus. Cor. 0.
Stigmata 5. Bacca cylindrica.
1-sperma.

alexiteria. I. ANTIDESMA.

1113. IRESINE. MASC. Cal. 2-phyllus. Cor. 5-petala.
1456. Nectaria 7.

FOEM. Cal. 2-phyllus. Cor. 5-petala.
Stigmata 2, sessilia. Caps. semini-
bus tomentosis.

Celofia. I. IRESINE.

1112. SPINACIA. MASC. Cal. 5-partitus. Cor. o.
 1456. FOEM. Cal. 4-fidus. Cor. o. Styli
 4. Sem. 1, intra calycem indu-
 ratum.

oleracea. I. S. fructibus sessilibus.
fera. 2. S. fructibus pedunculatis.

1114. ACNIDA. MASC. Cal. 5-phyllus. Cor. nulla.
 1457. FOEM. Cal. 2-phyllus. Cor. o. Styli 5.
 Sem. 1, calyce succulento tectum.

cannabin. I. ACNIDA.

1115. CANNABIS. MASC. Cal. 5-partitus. Cor. o.
 1457. FOEM. Cal. 1-phyllus, integer, la-
 tere hians. Cor. o. Styli 2. Nux
 2-valvis, intra calycem clausum.

fativa. I. CANNABIS. Rumph. amb. 5. t. 180.

1116. HUMULUS. MASC. Cal. 5-phyllus. Cor. o.
 1457. FOEM. Cal. 1-phyllus, oblique pa-
 tens, integer. Cor. o. Styli 2.
 Sem. 1, intra calycem foliatum.

Lupulus. I. HUMULUS. — Mill. illustr. ic. M.

1117. ZANONIA. MASC. Cal. 3-phyllus. Cor. 5-partita.
 1457. FOEM. Cal. 3-phyllus. Cor. 5-partita.
 Styli 3. Bacca 3-ocularis, infera.
 Sem. 2.

indica. I. ZANONIA.

1118. FEVILLEA. MASC. Cal. 5-fidus. Cor. 5-fida.
 1457. Stam. 5. Nectar. filamenta 5, conni-
 ventia.
 FOEM. Cal. 5-fidus. Styli 3. Po-
 mum durum, 3-loculare, corti-
 cofum.

trilobata. I. F. foliis lobatis subtus punctatis. Trichofanthes
 punctata, fol. quinquelobis obtusis incisis, sub-
 tus

tns glanduloso-punctatis. *Sp. plant. 1432.*
Dioicam statuit D. Browne.

cordifolia. 2. F. fol. cordatis angulatis. *An specie distincta?*

H E X A N D R I A.

1119. TAMUS. MASC. *Cal. 6-partitus. Cor. o.*

1458. FOEM. *Cal. 6-partitus. Cor. o. Stylus*
3-fidus. Bacca 3-locularis, infera.
Sem. 2.

communis. 1. T. foliis cordatis indivisis. — *Mill. illustr. ic. M.*
cretica. 2. T. fol. trilobis. *Varietas praecedentis. Ger. 136.*

1120. SMILAX. MASC. *Cal. 6-phyllus. Cor. o.*

1458. FOEM. *Cal. 6-phyllus. Cor. o. Styli 3.*
Bacca 3-locularis. Sem. 2.

* *Caule aculeato, angulato.*

aspera. 1. S. caule aculeato angulato, foliis dentato-aculeatis cordatis novemnerviis.

excelsa. 2. S. caule aculeato angulato, fol. inermibus cordatis novemnerviis.

zeilanica. 3. S. caule aculeato angulato, fol. inermibus: caulinis cordatis; ramis ovato-oblongis. China amboinensis. *Rumph. amb. 5. p. 457. t. 161.* *Petiolis bidentatis, non cirrhosi. Cirrhi ex alis s. pedunculi rudimento.*

Sarsaparilla. 4. S. caule aculeato angulato, fol. inermibus ovatis retuso-mucronatis trinerviis.

** *Caule aculeato, tereti.*

China. 5. S. caule aculeato teretiusculo, fol. inermibus ovato-cordatis quinquenerviis.

rotundifolia. 6. S. caule aculeato tereti, fol. inermibus cordatis acuminatis septemnerviis.

laurifolia. 7. S. caule aculeato tereti, fol. inermibus ovato-lanceolatis trinerviis.

tamnoides. 8. S. caule aculeato tereti, fol. inermibus cordatis oblongis septemnerviis.

caduca. 9. S. caule aculeato tereti, fol. inermibus ovatis trinerviis.

*** *Caule inermi, angulato.*

- bona nox.* 10. S. caule inermi angulato, fol. ciliato-aculeatis.
herbacea. 11. S. caule inermi angulato, fol. inermibus ovatis septemnerviis.
tetragona. 12. S. caule inermi tetragono, fol. cordatis quinque-
 nerviis acuminatis inermibus. *Suppl. p. 427.*

*** *Caule inermi, tereti.*

- lanceolata.* 13. S. caule inermi tereti, fol. inermibus lanceolatis.
Pseudo- 14. S. caule inermi tereti, fol. inermibus: caulinis
China. cordatis; rameis ovato-oblongis quinque-
 nerviis.

1121. RAJANIA. MASC. *Cal. 6-partitus. Cor. o.*

1461. FOEM. *Cal. 6-partitus. Cor. o. Styli 3.*
Fruetus subrotundus, ala obliqua,
 inferus.

- hastata.* 1. R. foliis hastato-cordatis.
cordata. 2. R. fol. cordatis septemnerviis.
quinquefolia. 3. R. fol. quinis ovato-oblongis.
quinata. 4. R. fol. quinatis: foliolis emarginatis, floribus
 umbellaribus axillaribus. *Thunb. jap. mspt. M.*
hexaphylla. 5. S. fol. senariis: foliolis oblongis acutis, flor.
 racemosis. *Thunb. l. c. M.*

1122. DIOSCOREA. MASC. *Cal. 6-partitus. Cor. o.*

1462. FOEM. *Cal. 6-partitus. Cor. o. Sty-*
li 3. Caps. 3-locularis, com-
pressa. Sem. 2, membranacea.

- pentaphylla.* 1. D. foliis digitatis. *Rumph. amb. 5. t. 127.*
triphylla. 2. D. fol. ternatis. *Rumph. amb. 5. t. 128.*
trifida. 3. D. fol. cordatis trifidis. *Suppl. p. 427.*
aculeata. 4. D. fol. cordatis, caule aculeato bulbifero. *Rumph.*
amb. 5. t. 126.
alata. 5. D. fol. cordatis, caule alato bulbifero.
bulbifera. 6. D. fol. cordatis, caule laevi bulbifero. *Rumph.*
amb. 5. t. 124.
fativa. 7. D. fol. cordatis alternis, caule laevi tereti. *Rumph.*
amb. 5. t. 180.
villosa. 8. D. fol. cordatis alternis oppositisque: caule laevi.
Rumph. amb. 5. t. 162?

- oppositifolia*. 9. D. fol. oppositis ovatis acuminatis. *Rumph. amb.* 5. t. 120
- septemloba*. 10. D. fol. cordatis septemlobis septemnerviis. *Thunb. jap. nsp.* M.
- quinquelobata*. 11. D. fol. cordatis quinquelobis novemnerviis. *Thunb. l. c.* M.
- japonica*. 12. D. fol. cordatis acuminatis novemnerviis. *Thunb. l. c.* M.

OCTANDRIA.

1123. POPULUS. MASC. Amenti *Cal.* lamina lacera. 1463. *Cor.* turbinata, obliqua, integra.

FOEM. Amenti *Cal.* et *Cor.* maris. *Stigma* 4. fidum. *Capf.* 2. locularis. *Sem.* multa, papposa.

- alba*. 1. P. foliis subrotundis dentato-angulatis subtus tomentosis.
- tremula*. 2. P. fol. subrotundis dentato-angulatis utrinque glabris. *Petoli apice compressi, unde Folia tremula. Gouan.*
- nigra*. 3. P. fol. deltoidibus acuminatis ferratis. — *Mill. illustr. ic.* M.
- balsamifera*. 4. P. fol. ovatis ferratis subtus albidis, stipulis resinosis. Populus foliis subcordatis inferne incanis, superne atroviridibus. *Mill. dist.* 7. *Tacamahaca foliis crenatis. Pluk. alm.* 360. t. 281. f. 3. *Mill. dist. app. Trev. Ehret.* t. 46. *Folia ovato-oblonga, subtus alba superficie vix conspicue tomentosa veris nudis reticulata. Stipulae resiniferae, subspinescentes.*
- heterophylla*. 5. P. fol. cordatis: junioribus villosis. *Ramuli truncati repraesentant feliā pentagonam Angl.*

1124. RHODIOLA. MASC. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala. 1465.

FOEM. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. *Ne-ctaria* 4. *Pist.* 4. *Capf.* 4, polyspermae.

- rosea*. 1. RHODIOLA. *Fl. dan.* t. 483.

1433. MARGARITARIA. MASC. Cal. 4-dentatus. Cor. 4-petala.

FOEM. Cal. et Cor. ut in mare.
Styli 4. f. 5. *Bacca* cartilaginea, 4-f. 5-cocca. *Suppl.* p. 66.

nobilis. I. MARGARITARIA. *Suppl.* p. 428.

ENNEANDRIA.

1125. MERCURIALIS. MASC. Cal. 3-partitus. Cor. 0.
 1465. *Stam.* 9-f. 12. *Antherae* globosae, didymae.

FOEM. Cal. 3-partitus. Cor. 0.
Styli 2. *Capsf.* dicocca, 2-locularis, 1-sperma.

perennis. I. M. caule simplicissimo, foliis scabris. *Fl. dan.* t. 400. — *Mill. illustr. ic.* M.

ambigua. 2. M. caule brachiato, fol. glabriusculis, floribus verticillatis: foemineo masculisque.

annua. 2. M. caule brachiato, fol. glabris, flor. spicatis.

tomentosa. 3. M. caule suffruticoso, fol. tomentosis.

1126. HYDROCHARIS. MASC. *Spatha* 2-phylla. Cal. 3-fidus. Cor. 3-petala.
 1466. *Filamenta* 3 interiora stylifera.

FOEM. Cal. 3-fidus. Cor. 3-petala. *Styli* 6. *Capsf.* 6-locularis, polysperma, infera.

Morsus. I. HYDROCHARIS. — *Fl. dan.* t. 878. M.

vanae.

D E C A N D R I A.

1127. CARICA. MASC. *Cal.* subnullus. *Cor.* 5 - fida, infundibuliformis. *Filamenta* in tubo corollae: alterna breviora,

1466.

FOEM. *Cal.* 5-dentatus *Cor.* 5 - petala. *Stigmata* 5. *Bacca* 1 - locularis, polysperma.

- microcarpa.* 17. F. fol. oblongis breve petiolatis trinerviis venosis glaberrimis, fructu globoso parvo sessili. *Suppl. p. 442.*





CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA.

FILICES.

* *Frustrificationes spicatae.*

1169. EQUISETUM. *Spica* sparsa. Fructif. peltatae, basi valvulatae.
1222. CYCAS. ♂ *Ament* imbricatum. *Pollen* squamam tegens.
♀ *Spadix* ensiformis. *Drupa* nucleo lignoso.
1227. ZAMIA. ♂ *Strobilus* squamis subtus polline testis.
♀ *Strobilus* squamis in utroque margine *Drupa* solitaria.
1170. ONOCLEA. *Spica* disticha. Fructif. 5-valves.
1171. OPHIOGLOSSUM. *Spica* articulata. Fructif. circumscissae.
1172. OSMUNDA. *Spica* racemosa. Fructif. 2-valves.

** *Frustrificationes frondosae, in pagina inferiore.*

1173. ACROSTICHUM. *Macula* Discum totum occupans.
1179. POLYPODIUM. *Puncta* Disci distincta.
1176. HEMIONITIS. *Lineae* Disci decussantes.
1178. ASPLENIUM. *Lineae* Disci subparallelae, variae.
1175. BLECHNUM. *Lineae* Disci costae utrinque adjacentes.
1177. LONCHITIS. *Lineae* Marginis ad sinus.
1174. PTERIS. *Lineae* Marginis ad peripheriam.
1180. ADIANTHUM. *Maculae* apicum margine reflexo obtectae.
1181. TRICHOMANES. *Fr.* solitariae Margini ipsi insertae.

*** *Frustrificationes radicales.*

1182. MARSILEA. *Frustr.* 4-capsularis.
1183. PILULARIA. *Frustr.* 4-ocularis.
1184. ISOETES. *Frustr.* 2-ocularis.

MUSCI.

* *Acalyptrati.*

1185. LYCOPODIUM. *Anthera* 2-valvis. sessilis.
 1186. PORELLA. *Anthera* pertusa poris.
 1187. SPHAGNUM. *Anthera* ore laevi.

** *Calyptrati declini.*

1191. SPLACHNUM. *Anth.* cum apophysi maxima.
 1192. POLYTRICHUM. *Anth.* cum Apophysi minima, marginata.
 1193. MNIMUM. *Anth.* sine Apophysi.

*** *Calyptrati monoclini.*

1189. PHASCUM. *Anth.* operculata: ore ciliato. *Ab acalyptratis removeo.* M.
 1194. BRVUM. *Anth.* pedunculo terminali e tuberculo.
 1195. HYPNUM. *Anth.* pedunculo laterali e Perichaetio.
 1190. FONTINALIS. *Anth.* sessilis, perichaetio imbricato obvoluta.
 1188. BUXBAUMIA. *Anth.* pedunculata, altero latere membranacea.

ALGAE.

* *Terrestres.*

1198. MARCHANTIA. *Fl.* calyce communi peltato, subtus florido.
 1196. JUNGERMANNIA. *Fl.* calyce simplici, 4-valvi.
 1197. TARGIONIA. *Fl.* calyce 2-valvi.
 1201. ANTHOCEROS. *Fl.* calyce tubuloso. *Anther.* subulata, bivalvis.
 1199. BLASIA. *Fr.* cylindrica, tubulosa.
 1200. RICCIA. *Fr.* Granulis frondi innatis.
 1202. LICHEN. *Fr.* receptaculo laevi nitido.
 1208. BYSSUS. Substantia lanuginosa. (*addo* M.), vel pulverulenta.

** *Aquaticae.*

1204. TREMELLA. *A.* gelatinosa.
 1206. ULVA. *A.* membranacea.
 1205. FUCUS. *A.* coriacea
 1207. CONFERVA. *A.* capillaris.

F U N G I.

* *Pileati.*

1209. AGARICUS. Pileus subtus lamellosus.
 1210. BOLETUS. Pileus subtus porosus.
 1211. HYDNUM. Pileus subtus echinatus.
 1212. PHALLUS. Pileus subtus laevis.

* * *Pileo destituti.*

1213. CLATHRUS. *F.* cancellatus.
 1214. HELUELLA. *F.* turbinatus.
 1215. PEZIZA. *F.* campanulatus.
 1216. CLAVARIA. *F.* oblongus.
 1217. LYCOPERDON. *F.* globosus.
 1218. MUCOR. *F.* vesicularis stipitatus.

F I L I C E S.

1169. EQUISETUM. *Spica* fructificationibus peltatis,
 1516. basi deliiscentibus multivalvi.

- sylvaticum.* 1. *E.* caule spicato, frondibus compositis.
arvense. 2. *E.* scapo fructificante nudo; sterili frondoso.
palustre. 3. *E.* caule angulato, frondibus simplicibus.
fluviale. 4. *E.* caule striato, frondibus subsimplicibus.
limosum. 5. *E.* caule subnudo laevi.
hyemale. 6. *E.* caule nudo scabro basi subracemoso. *Mant.* 504.
giganteum. 7. *E.* caule striato arborecente, frondibus simplicibus strictis spiciferis.

1222. CYCAS. MASC. *Amentum* strobiliforme squamis subtus undique testis polline.

FOEM. *Spadix* ensiformis. *Germinibus* angulo immerfis, solitariis. *Styl.* 1.
Drupa nucleo ligneo. *Mant.* 166. —
Trssr. ad Dioeciam Polyandriam pone
Cliffortiam, auctore Thunb. in act.
stockh. 1782. p. 286. M.

- circinalis.* 1. *C.* frondibus pinnatis: foliolis linearibus planis.
Sp. plant. 1658.

revoluta. 2. *C. frond. pinnatis*: foliolis margine revoluto. *Thunb. jap. mspt. M.*

1227. **ZAMIA**. **MASC.** *Amentum* strobiliforme squamis subtus tectis polline

FOEM. *Amentum* strobiliforme in utroque margine *Drupa* solitaria. — *Trissr. ad Dioeciam Polyandriam pone Cycadem auct. Thunb. in act. stockh. 1782. p. 286.*

pumila. 1. *Z. frondibus pinnatis*: foliolis linearibus obtusis *Suppl. p. 443. Zamia pumila. Syst. ed. 13. p. 778. Sp. plant. 1659. Palma americana, crassis rigidisque foliis. Herm. par. 210. t. 210.*

Cycadis. 2. *Z. frond. pinnatis*: foliolis lanceolatis acuto-spinosis. *Suppl. p. 443. Cycas cafra. Thunb. in act. upf. v. 2 p. 284. t. 5.*

1170. **ONOCLEA**. *Spica* disticha: Fructificat. quinquevalvibus.

sensibilis. 1. *O. frondibus pinnatis apice subracemosis. Mant. 504.*

polypodioides. 2. *O. frond. bipinnatis, fructificationibus trivalvibus. Mant. 306.*

1171. **OPHIOGLOSSUM**. *Spica* articulata, disticha: articulis transversim dehiscentibus.

vulgatum. 1. *O. fronde ovata. Fl. dan. t. 147.*

nudicaule. 2. *O. frondibus ovatis, scapo aphylo. Suppl. p. 443.*

lusitanicum. 3. *O. fronde lanceolata.*

reticulatum. 4. *O. fronde cordata.*

palmatum. 5. *O. fronde palmata basi spicifera.*

pendulum. 6. *O. frondibus linearibus longissimis indivisis.*

scandens. 7. *O. caule flexuoso tereti, frond. conjugatis pinnatis: foliolis utrinque spiciferis.*

flexuosum. 8. *O. scapo flexuoso tereti, frondibus oppositis petiolatis palmatis: pinnis lanceolatis integerrimis glabris. Suppl. p. 443. Ophioglossum flexuosum. Syst. ed. 13. p. 779.*

japonicum. 9. *O. caule flexuoso angulato, frondibus supradecompositis: pinnulis alternis incisis. Thunb. jap. mspt. M.*

1172. OSMUNDA. *Spica ramosa*: Fructific. globosis.

1819.

* *Scapis insidentibus cauli ad basin frondis.*

- zeylanica.* 1. O. scapo caulino solitario, frondibus verticillatis lanceolatis indivisis.
- Lunaria.* 2. O. scapo caulino solitario, fronde pinnata solitaria. *Fl. dan. t. 18.*
- virginica.* 3. O. scapo caulino solitario, fronde supradecomposita.
- ternata.* 4. O. scapo caulino solitario, fronde tripartita supradecomposita. *Thunb. l. c. M.*
- phyllitidis.* 5. O. scapis caulinis geminis, fronde pinnata, caule laevi.
- hirta.* 6. O. scap. caulinis geminis, fronde pinnata, caule hirta.
- hirsuta.* 7. O. scap. caulinis geminis, fronde bipinnata hirsuta.
- adanthifolia.* 8. O. scap. caulinis geminis, frond. supradecomposita.

** *Scapis nudis, e radice enatis.*

- verticillata.* 9. O. scap. radicatis: racemis verticillatis, fronde supradecomposita.
- cervina.* 10. O. scapo radicato, fronde pinnata: pinnis integerrimis.
- bipinnata.* 11. O. scapo radicato, fronde pinnata: pinn. pinnatifidis.
- filiculifolia.* 12. O. scap. radicato paniculato, fronde supradecomposita.

*** *Fronde ipsa fructificationes ferente.*

- regalis.* 13. O. frondibus bipinnatis: apice racemiferis. *Fl. dan. t. 217.*
- claytoniana.* 14. O. frond. pinnatis: pinn. pinnatifidis apice coarctato-fructificantibus.

**** *Frondeb. aliis foliaceis, aliis fructificantibus.*

- capensis.* 15. O. frond. pinnatis: pinnis cordato-lanceolatis crenulatis. *Mant. 306.*
- cinnamomea.* 16. O. frond. pinnata: pinn. pinnatifidis, scap. hirsutis, racem. oppositis compositis.
- Struthiopteris.* 17. O. frond. pinnatis: pinn. pinnatifidis, scapo fructificante disticho. *Fl. dan. t. 169.*

Spicant.

- Spicant.* 18. O. frond. lanceolatis pinnatifidis: laciniis confluentibus integerrimis parallelis. *Fl. dan. t. 99.*
- crispa.* 19. O. frond. supradecompositis: pinn. alternis subrotundis incis. *Fl. dan. t. 496. Mant. 505.* Pteris heterophylla. *Sp. plant. 1534. n. 19.* Adiantum foliis minutim in oblongum scissis. *Morif. hist. 3. p. 585. J. 14. t. 5. f. 25. Haec adultior.*
- ***** — †
- japonica.* 20. O. fronde bipinnata: pinnis cordato-lanceolatis ferratis. *Thunb. l. c. M.*
- lancea.* 21. O. fronde bipinnata: pinnis lanceolatis ferratis. *Thunb. l. c. M.*

1173. ACROSTICHUM. *Fructific. discum totum frondis*
1525. *tegentes.*

* *Fronde simplici indivisa.*

- lanceolata.* 1. A. frondibus lineari-lanceolatis acutis, furculo scandente.
- citri-folium.* 2. A. frond. lanceolato-ovatis integerrimis, furculo scandente.
- heterophyllum.* 3. A. frond. integerrimis glabris petiolatis: sterilibus subrotundis; fertilibus linearibus.
- crinitum.* 4. A. frond. ovatis obtusis hirsutis supra crinitis.
- punctatum.* 5. A. frond. cordato-lingulatis acuminatis integerrimis supra punctatis.
- spicatum.* 6. A. fronde simplici petiolato-lanceolata utrinque attenuata integerrima, spica terminali lineari. *Suppl. p. 444.*
- lingua.* 7. A. frondibus oblongis obtusis integris petiolatis, furculo repente. *Thunb. jap. mspt. M.*
- haestatum.* 8. A. fronde simplici haestata. *Thunb. l. c. M.*

** *Fronde simplici divisa.*

- septentrionale.* 9. A. frond. nudis linearibus laciniatis. *Fl. dan. t. 60.*
- australe.* 10. A. stipitibus nudis glaberrimis apice dichotomoramosis quinque-f. sex-radiatis subulatis laterifloris. *Suppl p. 444.*
- pectinatum.* 11. A. nudum simplicissimum, spica lunata secunda ascendente compressa. *Berg. cap. 356.*

dicho-

† *Ex simplici differentia specifica non potuit in se locus assignari. M.*

- dichotomum.* 12. A. nudum dichotomum, spic. secundis adscendentibus reflexis compressis.
- digitatum.* 13. A. stipit: nudis triquetris, fronde digitata lineariter integerrima aequali.
- ferrugineum.* 14. A. frond. pinnatifidis: pinnis linearibus acutis patentibus integerrimis connatis, stipite laevi.
- polypodioides.* 15. A. frond. pinnatifidis: pinn. linearibus obtusis integerrimis patentibus coronatis, stipite squamoso.

*** *Fronde pinnata.*

- aureum.* 16. A. frond. pinnata: pinn. alternis linguiformibus integerrimis glabris.
- rusum.* 17. A. fronde pinnatis: pinn. oblongo-ovatis integerrimis pubescentibus.
- punctatum.* 18. A. fronde pinnata: foliolis alternis lanceolatis integerrimis: infimis auriculatis supremis decurrentibus, supra punctatis glabris. *Suppl. p. 444.*
- sorbifolium.* 19. A. frond. pinnatis: pinn. oblongo-ovatis integerrimis ferratis acutis, stipit. squamosis.
- areolatum.* 20. A. frond. pinnatis: pinn. alternis linearibus apice ferratis.
- marginatum.* 21. A. frond. pinnatis: pinn. oblongis integerrimis undulatis acuminatis, stipite nudo.
- sancium.* 22. A. frond. pinnatis lanceolatis: pinn. lineari-lanceolatis inciso-ferratis: ferraturis infimis majoribus.
- platyneuros.* 23. A. frond. pinnatis: pinnis alternis ovatis crenatis sessilibus sursum arcuatis.
- trifoliatum.* 24. A. frond. pinnatis: foliol. ternatis lanceolatis.

**** *Fronde subpinnata.*

- fliquosum.* 25. A. frond. pinnatis: pinn. alternis sursum pinnulatis linearibus: inferioribus bipartitis.
- thalictroides.* 26. A. frond. pinnatis: pinnis alternis utrinque pinnatifidis: sterilibus latioribus.
- marantae.* 27. A. frond. subbipinnatis: pinn. opposito-coadunatis subtus hirsutissimis: basi subdentatis.
- ilvense.* 28. A. frond. subbipinnatis: pinn. opposito-coadunatis obtusis subtus hirsutis basi integerrimis. *Fl. dan. t. 391.*

- ebeneum.* 29. A. frond. pinnatis: pinn. sessilibus oblongis sinuatis: summis brevissimis integerrimis.
- furcatum.* 30. A. dichotomum, foliolis pinnatis: pinnis parallelis lanceolatis approximatis integerrimis.
- ***** *Fronde bipinnata.*
- aculeatum.* 31. A. frond. supradecompositis: pinn. bifidis, stipit. aculeatis.
- cruciatum.* 32. A. frond. bipinnatis: foliol. oppositis lanceolatis: infimis cruciatim appendiculatis.
- barbarum.* 33. A. frond. bipinnatis: foliol. oppositis: pinn. lanceolatis obtusis ferratis sessilibus alternis.
- calomelanos.* 34. A. frond. bipinnatis: pinn. alternis lanceolatis acuminatis pinnatifidis.
- viviparum.* 35. A. frond. bipinnatis viviparis: pinnis binatis unilateralibus: pinnulis pinnatifidis furcatis subulatis margine interiori fructificantibus. *Suppl.* p. 444.

1174. PTERIS. *Fructificationes* in lineis marginalibus.

1830.

* *Frondebis simplicissimis.*

- piloselloides.* 1. P. frondibus sterilibus obovatis: fertilibus lanceolatis longioribus, furculis repentibus.
- lanceolata.* 2. P. frond. simplicibus lanceolatis subangulatis glabris: apice fructificante.
- lineata.* 3. P. frond. simplicibus linearibus integerrimis longitudinaliter fructificantibus.
- tricuspidata.* 4. P. frond. simplicibus linearibus apice trifido.
- furcata.* 5. P. frond. simplicibus dichotomis subtus hispida: apicibus fructificantibus.
- quadrifoliata.* 6. P. fronde quaternata subrotunda integerrima, furcul. repentibus.

** *Frondebis simpliciter pinnatis s. compositis.*

- arborea.* 7. P. frondibus pinnatis: foliolis pinnatifidis, caudice arboreo aculeato.
- grandifolia.* 8. P. frond. pinnatis: pinnis oppositis ovato-linearibus acuminatis integerrimis.
- nervosa.* 9. P. frondibus pinnatis: pinnis lanceolatis parallelis nervosis integris, infimis binatis. *Thunb. japon. mspt. M.*

longi-

- longifolia*. 10. P. frond. pinnatis: pinn. linearibus repandis: basi cordatis.
- vittata*. 11. P. frond. pinnatis: pinn. linearibus rectis basi rotundatis.
- stipularis*. 12. P. frond. pinnatis: pinn. linearibus sessilibus, stipulis lanceolatis.
- trichomanoides*. 13. P. frond. pinnatis: pinn. subovatis obtusis repandis subtus hirsutis.
- cretica*. 14. P. frond. pinnatis: pinn. oppositis lanceolatis ferrulatis basi angustatis: infimis subtripartitis. *Mant.* 130.

*** *Frondibus subbipinnatis s. ramosis.*

- pedata*. 15. P. frond. quinquangulis trifoliatis: pinn. pinnatifidis: lateralibus bipartitis. Pteris argentea. *At. petrop.* 12. p. 519. t. 12. f. 2.
- sinuata*. 16. P. frond. bipinnatifidis: pinnulis sinibusque rotundatis. *Thunb. jap.* l. c. M.
- aquilina*. 17. P. frond. supradecompositis: foliol. pinnatis: pinn. lanceolatis: infimis pinnatifidis; superioribus minoribus.
- caudata*. 18. P. frond. supradecompositis, pinn. linearibus: infimis basi pinnato-dentatis; terminalibus longissimis.
- mutilata*. 19. P. frond. decompositis: foliolis pinnatis: infimis semipinnatifidis; terminalibus baseosque longissimis.
- atropurpurea*. 20. P. frond. decompositis pinnatis: pinn. lanceolatis: terminalibus longioribus.
- biaurita*. 21. P. frond. pinnatis: pinn. pinnatifidis: infima bipartita.
- semipinnata*. 22. P. frond. subbipinnatis: foliolis lateralibus loboque infimo semipinnatifidis.
- ferrulata*. 23. P. frondibus semibipinnatis linearibus ferrulatis. *Suppl.* p. 445

1175. BLECHNUM. *Frustrific.* in lineis duabus, costae frondis approximatis, parallelis.

1534.

- occidentale*. 1. B. frondibus pinnatis: pinn. lanceolatis oppositis basi emarginatis,
- orientale*. 2. B. frond. pinnatis: pinn. linearibus alternis.

- australe.* 3. B. frond. pinnatis: pinn. subfessilibus cordato-lanceolatis integerrimis: infimis oppositis. *Mant* 130
- virginicum.* 4. B. frond. pinnatis: pinnis multifidis. *Mant.* 307.
- japonicum.* 5. B. fronde bipinnatifida: pinnulis ovatis obtusis ferratis. *Thunb. jap. mspt.* M. *Blechnum japonicum*, frondibus pinnatis: pinnis lanceolatis semipinnatifidis: lobis obtusiusculis ferratis. *Suppl* p. 445
- radicans.* 6. B. frond. bipinnatis: pinnis lanceolatis crenulatis: lineolis fructificantibus interruptis. *Mant.* 307.

1176. HEMIONITIS. *Fructific.* in lineis decussatis.

1535.

- lanceolata.* 1. H. frondibus lanceolatis integerrimis.
- parasitica.* 2. H. frond. ovatis acuminatis, furculis paleaceis repentibus.
- palmata.* 3. H. frond. palmatis hirsutis.
- japonica.* 4. H. frond. bipinnatis: pinnis lanceolatis integris. *Thunb. jap. mspt.* M.

1177. LONCHITIS. *Fructific.* in lineolis, sub frondis sinubus.

1536.

- hirsuta.* 1. L. frondibus pinnatifidis obtusis integerrimis, furculis ramosis hirsutis.
- aurita.* 2. L. frond. pinnatis: pinn. infimis bipartitis, furcul. indivisis aculeatis.
- repens.* 3. L. frond. pinnatis: pinn. alternis sinuatis, furcul. ramosis aculeatis.
- pedata.* 4. L. frond. pedatis: pinn. pinnatifidis ferrulatis.

1178. ASPLENIUM. *Fructific.* in lineolis disci frondis sparsis.

1536.

* *Fronde simplici.*

- rhizophylla.* 1. A. frondibus cordato-ensiformibus indivisis: apice filiformi radicante. *Gron. virg.* 2. p. 166
- Hemionitis.* 2. A. frond. simplicibus cordato-hastatis quinquelobis integerrimis, stipitibus laevibus.
- Scolopendrium.* 3. A. frond. simplicibus cordato-lingulatis integerrimis, stipit. hirsutis.

nidus.

- nidus*. 4. A. frond. simplicibus lanceolatis integerrimis glabris.
- ferratum*. 5. A. frond. simplicibus lanceolatis ferratis subfessilibus.
- plantagineum*. 6. A. frond. simplicibus ovato-lanceolatis subcrenatis, stipite tetragono.
- lanceum*. 7. A. fronde simplici elliptica integraglabra, stipite tereti squamoso. *Thunb. javon. mspt. M.*
- bifolium*. 8. A. frond. pinnatis: foliol. lanceolatis subsinuatis connatis.

** *Fronde pinnatifida.*

- Ceterach*. 9. A. frond. pinnatifidis: lobis alternis confluentibus obtulis. *Folia subtus adeo squamosa, ut fructificationes non conspiciantur.*
- obtusifolia*. 10. A. frond. subpinnatis: pinnis obtulis sinuatis decurrentibus alternis.

*** *Fronde pinnata.*

- nodosum*. 11. A. frond. pinnatis: pinn. oppositis lanceolatis integerrimis.
- salicifolium*. 12. A. frond. pinnatis: pinn. falcato-lanceolatis crenatis: basi sursum angulatis.
- Trichomanodes*. 13. A. frond. pinnatis; pinn. subrotundis crenatis. *Fl. dan. t. 119.*
- dentatum*. 14. A. frond. pinnatis: pinn. cuneiformibus obtulis crenato-emarginatis.
- marinum*. 15. A. fronde pinnata: pinn. obovatis ferratis superne gibbis obtulis: basi cuneatis.
- cultrifolium*. 16. A. frond. pinnatis: pinn. falcato-lanceolatis incisiferratis; basi deorsum angulatis.
- pygmeum*. 17. A. frond. pinnatis: pinn. subrotundis quinis ternisve.
- rhizophorum*. 18. A. frond. pinnatis apice radicantibus: pinn. ovatis repando subauritis ovatis: minimis remotis integerrimis.
- monanthemum*. 19. A. frond. pinnatis: pinn. trapeziis obtulis superne crenatis, linea fructificationis unica. *Mant. 130.*
- Ruta muraria*. 20. A. frond. alternatim decompositis: foliol. cuneiformibus crenulatis. *Fl. dan. t. 190.*
- alternifolium*. 21. A. frond. simpliciter pinnatis, foliolis alternis, cuneiformibus superne incisif. *Jacq. in Litt. Misc. v. 2. p. 51. t. 5. fig. 2. Asplenium*

- caule pinnato pinnis imis trifoliatis superiori-
bus simplicibus, dentatis. *Hall. hist. n. 690.*
- Adiantum* 22. A. frond. subtripinnatis: fol. alternis: pinn. lanceolatis inciso-ferratis. *Fl. dan. t 250.*
nigrum.
- Trichomanes* 23. A. frond. duplicato-pinnatis: pinn. obovatis crenatis: foliol. inferioribus minoribus.
*ra-
mosum.*
- margina-* 24. A. frond. pinnatis: pinn. oppositis cordato-lanceolatis submarginatis integerrimis.
tum.
- squamoso-* 25. A. frond. pinnatis: pinn. acuminatis incisif, stipite squamoso.
sium.
- striatum.* 26. A. frond. pinnatis: pinn. pinnatifidis obtusis crenatis: terminali acuminata.
- erosum.* 27. A. frond. pinnatis: pinn. trapezio-oblongis striatis erosif basi auctis.
- japonicum.* 28. A. frond. pinnatis: pinnis acutis inciso-pinnatifidis ferrulatis, stipite squamoso. *Thunb. jap. mspt. M.*

1179. POLYPODIUM. *Fructific.* in punctis subrotundis,
1542. sparsis per discum frondis.

* *Fronde indivisa.*

- lanceolatum.* 1. P. frondibus lanceolatis integerrimis glabris, fructificationibus solitariis, furculis nudis.
- lycopodiodes.* 2. P. frond. lanceolatis integerrimis glabris, fructificat. solitariis, furc. squamoso repente.
- piloselloides.* 3. P. frond. lanceolatis integerrimis hirtis: sterilibus ovatis; fertilibus lanceolatis, fructificat. solitariis.
- hetero-* 4. P. frond. crenatis glabris: sterilibus subrotundis sessilibus; fertilibus lanceolatis, fructificat. solitariis.
phyllum.
- crassifolium.* 5. P. frond. lanceolatis glabris integerrimis, fructificat. serialibus.
- phyllitidis.* 6. P. frond. lanceolatis glabris integerrimis, fructificat. sparsis.
- comosum.* 7. P. frond. lanceolatis glabris integerrimis: apice multifido, fructificat. sparsis.
- trifurcatum.* 8. P. frondib. lanceolatis glabris repando-sinuatis: apice trilobis.
- lineare.* 9. P. frondibus lineari-lanceolatis integris glabris, fructificationibus solitariis. *Thunb. jap. mspt. M.*

- Pica.* 10. P. fronde simplici cordata triloba: lobis lanceolatis subulatis basi auriculatis: intermedio elongato. *Suppl. p. 446.*
- ** *Fronde pinnatifida lobis coadunatis.*
- phymatodes.* 11. P. frond. simplicibus trifidis quinquelobisve lanceolatis, supra fructificationes verrucosis. *Mant 306.* Polypodium vario modo divisum acutum et obtusum. *Burm. zeyl. 196 t. 86.* Filix Hemionitis phymatodes. *Pluk. phyt. 404. f. 5.*
- haflatum.* 12. P. fronde trifido-hastata. *Thunb. japon. mspt. M.*
- crispatum.* 13. P. frond. pinnatifidis glabris: lobis semiorbiculatis crenatis.
- suspensum.* 14. P. frond. pinnatifidis glabris: lobis semiovatis acutis.
- asplenifolium.* 15. P. frond. pinnatifidis pilosis: lobis semiovatis acutis.
- scolopendroides.* 16. P. frond. pinnatifidis lanceolatis: lobis obtusifolius: infimis remotis.
- vulgare.* 17. P. frond. pinnatifidis: pinn. oblongis subferratis obtusis, radice squamata.
- virginianum.* 18. P. frond. pinnatifidis: pinn. oblongis subferratis obtusis, radice laevi.
- Otites.* 19. P. frond. pinnatifidis: lobis lanceolatis alternis obtusis distantibus.
- pectinatum.* 20. P. frond. pinnatis lanceolatis: lobis approximatis ensiformibus parallelis acutis horizontalibus, radice nuda.
- taxifolium.* 21. P. frond. pinnatis: lobis approximatis ensiformibus parallelis acutis ascendentibus, radice hirta.
- fruthionis.* 22. P. frond. pinnatis: lobis approximatis ensiformibus repandis horizontalibus.
- squamatum.* 23. P. frond. pinnatifidis scabris: pinn. lanceolatis distantibus horizontalibus integerrimis. Polypodium squamulis argenteis adpersum. *Plum. fil. t. 79.*
- loriceum.* 24. P. frond. pinnatifidis laevibus: pinn. lanceolatis distantibus horizontalibus repandis.
- alatum.* 25. P. frond. pinnatifidis laevibus: pinn. oblongis distantibus dentatis.
- ellipticum.* 26. P. frond. pinnatifidis: pinnis ellipticis laevibus integris, furculo repente. *Thunb. jap. mspt. M.*

- cambricum.* 27. P. frond. pinnatifidis: pinn. lanceolatis lacero-pinnatifidis ferratis.
- aureum.* 28. P. frond. pinnatifidis laevibus: pinn. oblongis distantibus: infimis patulis; terminali maxima, fructif. serialibus.
- quercifolium.* 29. P. frond. terilibus sessilibus brevioribus obtusis sinuatis; fructificantibus alterno-pinnatis lanceolatis.

*** *Fronde trifoliata: pedunculo foliolis tribus.*

- trifoliatum.* 30. P. frond. ternatis sinuato-lobatis: intermedia majore.

*** *Fronde pinnata.*

- Lonchitis.* 31. P. frond. pinnatis: pinn. lunulatis ciliato-ferratis declinatis, stipit. strigosis. *Fl. dan. t. 497. Act. nidros. 4. t. 5. f. 2. 3.*
- exaltatum.* 32. P. frond. pinnatis: pinn. ensiformibus integris: basi inferiore introrsum, superiore fursum gibbis.
- auriculatum.* 33. P. frond. pinnatis: pinn. falcato-lanceolatis ferratis: basi truncatis fursum auritis.
- unitum.* 34. P. frond. pinnatis: pinn. ensiformibus ferratis: ferraturis semiovatis ovato-nervosis. *Pinna-rum laciniae acutae circa margines punctis pol-liniferis confertis.*
- triangulare.* 35. P. frond. pinnatis: pinn. triangularibus dentatis.
- cordifolium.* 36. P. frond. pinnatis: pinn. cordatis obtusis integerrimis repandis.
- simile.* 37. P. frond. pinnatis: pinn. lanceolatis integerrimis distantibus: supremis minoribus, punctis serialibus.
- dissimile.* 38. P. frond. pinnatis: pinn. lanceolatis subpubescentibus confluentibus: inferioribus distinctis, punctis sparsis.
- reticulatum.* 39. P. frond. pinnatis: pinn. oblongis integerrimis: anastomosibus rectangulis, punctis rectangulis approximatis.
- sicutarium.* 40. P. frond. ternatis: foliol. bipinnatis basi laciniatis obtuse inciso-ferratis acuminatis; infimis gibbosioribus.

fonta-

- fontanum.* 41. P. frond. pinnatis lanceolatis: foliol. subrotundis argute incisif, ftipite laevi. Acrostichum frondibus subpinnatis: pinnis alternis cuneiformibus incisif. *Ger. prov. 71.* Filicula saxatilis omnium minima. *Tournef. infl. 71.*
- falcatum.* 42. P. frond. pinnatis: pinnis cordatis falcatis acuminatis integris, fructificationibus approximatis sparsif. *Thunp. jap. mspt. M. Polyod. falcatum;* frond. pinnatis: pinnis petiolellatis cordato-lanceolatis falcatis crenatis; fructificationibus plurimis sparsif. *Suppl. p. 446.*
- marginale.* 43. P. frond. pinnatis: pinnis superioribus coalitis, inferioribus ensiformibus sursum auriculatis incisif, ftipite villofo. *Thunb. l. c. M.*

***** *Fronde subbipinnata.*

- phlegopteris.* 44. P. frond. subbipinnatis, foliol. infimis reflexis: paribus pinnula quadrangulari coadunatis.
- retroflexum.* 45. P. frond. subbipinnatis: foliol. infimis reflexis: pinn. laceris.
- fragrans.* 46. P. frond. subbipinnatis lanceolatis: foliol. confertis: lobis obtufis ferratis, ftipite paleaceo.
- parasiticum.* 47. P. frond. semi-bipinnatis lanceolatis: lobulis rotundatis integerrimis striatis.
- varium.* 48. P. frond. lateralibus bipinnatis: foliolo infimo pinnatifido.
- criftatum.* 49. P. frond. subbipinnatis: foliol. ovato-oblongis: pinnis obtufiusculis apice acute ferratis.
- Filix mas.* 50. P. frond. bipinnatis: pinn. obrufis crenulatis, ftipite paleaceo. *Flores reniformes.*
- F. foemina.* 51. P. fronde bipinnata: pinnul. lanceolatis pinnatifidis acutis. *Flores ovati, subciliati, folitarii.*
- Thelypteris.* 52. P. fronde bipinnata: pinnis pinnatifidis integerrimis subtus undique polline tectis. — *Fl. dan. t. 760. M. Acrostichum Thelypteris. Sp. plant. 1358. Mant. 505.*
- aculeatum.* 53. P. frond. bipinnatis: pinn. lunulatis ciliato-dentatis, ftipite frigofa. *Filix mas, pinnulis latis auriculatis spinofis. Morif. 3. p. 580. f. 14. t. 3. f. 15. — Mill. illustr. ic. M.*
- rhaeticum.* 54. P. frond. bipinnatis: foliol. pinnisque remotis lanceolatis: ferraturis acuminatis.
- noveboracense.* 55. P. frond. bipinnatis: pinn. oblongis integerrimis parallelis, ftipite laevi.

- pubescens.* 56 P. frond. bipinnatis pilosis: pinn. lanceolato-ovatis subincis acutis: extimis confluentibus.
- marginale.* 57. P. frond. bipinnatis: pinn. basi sinuato-repandis, fructificat marginalibus.
- bulbiferum.* 58. P. frond. bipinnatis: foliol. remotis: pinn. oblongis obtusis ferratis subtus bulbiferis.
- fragile.* 59. P. frond. bipinnatis- foliol. remotis: pinn. subrotundis incis. *Fl. dan. t. 401.*
- regium.* 60. P. frond. bipinnatis: foliol. suboppositis: pinn. alternis laciniatis.
- leptophyllum.* 61. P. frond. bipinnatis: sterilibus brevissimis: pinnis cuneiformi-lobatis.
- Barometz.* 62. P. frond. bipinnatis: pinn. pinnatifidis lanceolatis ferratis, radicibus lanatis.
- lacerum.* 63. P. frond. bipinnatis: pinnulis sessilibus, extimis confluentibus falcatis ferratis, stipite squamoso. *Thunb. jap. mspt. M.*
- setosum.* 64. P. frond. bipinnatis: pinnulis lanceolatis incis integris, stipite setoso. *Thunb. l. c. M.*
- glaucum.* 65. P. fronde bipartita bipinnata subtus glauca: pinnulis incis integris. *Thunb. l. c. M.*
- dichotomum.* 66. P. frondibus dichotomis bipinnatis: pinnulis linearibus integris parallelis. *Thunb. l. c. M.*
- ***** *Spinis sparsis aculeata aut arborescentia.*
- arboreum.* 67. P. frond. bipinnatis ferratis, caudice arboreo infermi.
- spinosum.* 68. P. frond. bipinnatis ferratis, caudice arboreo aculeato.
- horridum.* 69. P. frond. supradecompositis, pinn. semisagittatis: basi connexis, apice ferratis, caudice aculeato.
- pyramidale.* 70. P. frond. supradecompositis: pinn. terminalibus lanceolatis longissimis ferratis, stipite inferne aculeato.
- asperum.* 71. P. frond. supradecompositis: pinn. obtusis apice ferratis: terminalibus acuminatis, caudice arboreo aculeato.
- muricatum.* 72. P. frond. bipinnatis: pinn. ovatis denticulato-spinosis.
- villosum.* 73. P. frond. bipinnatis hirsutis: pinn. oblongis obtusis: terminalibus acuminatis.
- decussatum.* 74. P. frond. bipinnatis: pinn. horizontalibus integerrimis obtusis: terminalibus lanceolatis.

***** *Fronde supradecomposita.*

- Dryopteris*. 75. P. frond. supradecompositis: foliol. ternis bipinnatis. — *Fl. dan. t. 759?* M.
- speluncae*. 76. P. frond. supradecompositis pilosis: foliol. lanceolatis pinnatis: pinn. oppositis pinnatifidis.
- capense*. 77. P. fronde supradecomposita: foliis bipinnatis: pinnis basi unifloris. *Suppl. p. 445.*
- punctatum*. 78. P. fronde tripinnatifida: pinnulis lanceolatis obtusis pinnatifidis, stipite villoso. *Thunb. jap. m/spt. M.*

1180. ADIANTUM. *Fructific. in maculis terminalibus, sub replicato margine frondis.*

1556.

* *Fronde simplici.*

- reniforme*. 1. A. frondibus reniformibus simplicibus stipitatis multifloris.
- philippense*. 2. A. frond. reniformibus simplicibus alternis petiolatis lobatis multifloris.
- repens*. 3. A. frond. simplicibus trapeziformibus cordatis pinnatifidis: laciniis lanceolatis apice serratis floriferis: infimis incisis. *Suppl. p. 446.*

** *Fronde composita.*

- radiatum*. 4. A. fronde digitata: foliolis pinnatis: pinnis unifloris.
- pedatum*. 5. A. frond. pedatis: foliol. pinnatis: pinn. antice gibbis incilis fructificantibus.
- lanceum*. 6. A. frond. pinnatis: pinnis oppositis oblongis: terminalibus triangulari-hastatis. †
- hastatum*. 7. A. frond. pinnatis: pinnis hastato-trilobis rectis. *Suppl. p. 447.*
- trilobum*. 8. A. frond. compositis: pinn. tripartitis obtusis incisis multifloris.
- serrulatum*. 9. A. frond. pinnatis: pinn. obtusis obovatis serratis unifloris.
- caudatum*. 10. A. frond. pinnatis falcatis apice caudatis. *Mant. 308.* Adiantum caule reflexo: pinnulis alternis striatis in summo crenatis et frugiferis. *Burm. zeyl. 8. t. 5. f. 1. Apex frondis saepe radicans.*

*** *Fronde decomposita.*

- flabellulatum*. II. A. frond. decompositis: pinnis alternis rhombeis rotundatis multifloris. stipit. supra pubescentibus.

trifo-

- trifoliatum*. 12. A. fronde decomposita: foliol. alternis ternatis linearibus unifloris.
- chusanum*. 13. A. frond. decompositis: pinn. alternis pinnatifidis: lobis inaequalibus.
- Capillus veneris*. 14. A. frond. decompositis: foliol. alternis: pinn. cuneiformibus lobatis pedicellatis. — *Jacq. Misc. 2 t. 7. M.*
- villosum*. 15. A. frond. bipinnatis, pinn. rhombeis antice extusque fructificantibus, stipite villoso, *Mant. 505.*
- pulverulentum*. 16. A. frond. bipinnatis: pinn. ovalibus antice truncatis unifloris, stipite hirsuto.
- cristatum*. 17. A. frond. bipinnatis: foliol. infimis bipartitis: pinn. lunatis superne multifloris.
- furcatum*. 18. A. fronde bipinnata: pinnis saepius bipartitis linearibus, linea fructificationis unica. *Suppl. p. 447*
- cafferorum*. 19. A. frond. bipinnatis: pinnis ovatis inciso denticulatis subtus paleaceis. *Suppl. p. 447. Polypodium cafferorum. Syst. ed. 13 p. 788.*
- fragrans*. 20. A. frond. bipinnatis: pinnis ovatis sublobatis obtusis subtus nudis *Suppl. p. 447. Polypodium fragrans. Syst. ed. 13. p. 789. (non 788)*
- truncatum*. 21. A. frond. decompositis, foliolis pinnatis: pinnis alternis cuneatis subfalcatis truncatis integerrimis. † *Burm. ind. 255. t. 66. f. 4. Pinnae alternae, sessiles oblique truncatae, angulo inferiore mucronato.*

**** *Fronde supradecomposita.*

- clavatum*. 22. A. frond. supradecompositis: foliol. alternis: pinn. cuneiformibus integerrimis alternis unifloris.
- aculeatum*. 23. A. frond. supradecompositis: pinn. palmatis multifloris, stipite aculeato.
- trapeziforme*. 24. A. frond. supradecompositis: foliol. alternis: pinn. rhombeis incisis utrinque fructificantibus.
- hexagonum*. 25. A. frond. supradecompositis: pinn. sexangularibus emarginatis integerrimis utrinque unifloris.
- pteroides*. 26. A. fronde supradecomposita: pinn. ovatis integris crenulatis, stipite laevi. *Mant. 130.*
- aethiopicum*. 27. A. frond. supradecompositis: pinn. rotundatis integris crenulatis, petiolulis capillaribus. *Berg. cap. 359.*

1181. TRICHOMANES. *Frustrific* solitariae, stylo setaceo terminatae, margini ipsi frondis insertae.

1560.

* *Fronde simplici.*

- membranaceum.* 1. T. frondibus simplicibus oblongis laceris.
crispum. 2. T. frond. pinnatifidis lanceolatis: pinn. parallelis subferratis.
polypodioides. 3. T. frond. lanceolatis pinnatifidis repandis, floribus solitariis terminalibus.

** *Fronde composita.*

- hirsutum.* 4. T. frond. pinnatis: pinn. alternis pinnatifidis pilosis.
pyxidiferum. 5. T. frond. subbipinnatis: pinn. alternis confertis lobatis linearibus.
turbrigense. 6. T. frond. pinnatis: pinn. oblongis dichotomis decurrentibus dentatis.
adiantoides. 7. T. frond. pinnatis: pinn. ensiformibus acuminatis inciso-ferratis: ferraturis bifidis.
strigosum. 8. T. frond. bipinnatis: pinnulis rhombeis pilosis ferratis; fructificationibus solitariis infra ferraturas. *Thunb. jap. mspt. M.*

*** *Fronde supradecomposita.*

- scandens.* 9. T. frond. supradecompositis: foliol. alternis: pinn. alternis oblongis ferratis.
chinense. 10. T. fronde supradecomposita: foliis pinnisque alternis lanceolatis: pinnis laciniis cuneiformibus.
canariense. 11. T. frond. supradecompositis tripartitis: foliol. alternis: pinnis alternis pinnatifidis. β . *Polypodium lusitanicum. Sp. pl. 156.*
japonicum. 12. T. frond. supradecompositis: pinnulis inciso-trifidis acutis. *Thunb. jap. mspt. M.*
capillare-um. 13. T. frond. supradecompositis: pinn. filiformibus linearibus unifloris.

1182. MARSILEA. Flores *Masculi* supra frondem.
1562.

Fructif. *Foeminea* ad radicem, subrotunda, quadricapsularis.

- natans.* 1. M. foliis oppositis simplicibus. *Mant.* 506.
quadrifolia. 2. M. fol. quaternis integerrimis. *Capsulae edentulae.*
minuta. 3. M. fol. quaternis denticulatis. *Mant.* 302. *Capsulae bidentatae.*

1183. PILULARIA. Flores *Masculi* ad latus frondis.
1563.

Fructif. *Foeminea* ad radicem, globosa, quadrilocularis.

globulifera. I. PILULARIA. *Fl. dan.* 223.

1184. ISOETES. Fl. *Masculi Anthera*, intra basin frondis.
1563.

Fl. *Foeminei Capsula* bilocularis, intra basin frondis.

- lacustris.* 1. I. foliis subulatis semiteretibus recurvis. *Suppl.* p. 448. *Isoetes lacustris.* *Syst. ed.* 13. p. 792.
coromandeliana. 2. I. fol. filiformibus erectis glabris. *Suppl.* p. 447.

M U S C I.

1185. LYCOPODIUM. *Anthera* bivalvis, sessilis. *Calyptra* nulla.
1569.

- linifolium.* 1. L. foliis alternis remotis lanceolatis, floribus axillaribus.
nudum. 2. L. fol. subnullis, spicis dichotomis: flor. distantibus. *Mant.* 506.
Phlegmaria. 3. L. fol. verticillato-quaternis, spicis terminalibus dichotomis.
clavatum. 4. L. fol. sparsis filamentosis, spic. teretibus pedunculatis geminis. *Fl. dan. t.* 126.
rupestre. 5. L. fol. sparsis filamentosis, spic. terminalibus tetragonis.
Selaginoides. 6. L. fol. sparsis ciliatis lanceolatis, spic. solitariis terminalibus foliosis. *Fl. dan. t.* 70.

- alopercuroi-* 7. L. fol. sparsis ciliatis linearibus, spic. terminalibus foliosis.
- des.*
- inundatum.* 8. L. fol. sparsis integerrimis, spic. terminalibus foliosis. *Fl. dan. t. 336.*
- Selago.* 9. L. fol. sparsis octofariis, caule dichotomo erecto fastigiato, flor. sparsis. *Fl. dan. t. 104.*
- obscurum.* 10. L. fol. sparsis decurrentibus, sarmentis repentibus, surculis erectis dichotomis.
- annotinum.* 11. L. fol. sparsis quinquefariis subterratis, caule annotino-articulatis, spic. terminalibus glabris erectis. *Fl. dan. t. 127.*
- cernuum.* 12. A. fol. sparsis curvatis, caule ramosissimo, spic. nutantibus.
- Bruoxteris* 13. L. fol. sparsis imbricatis: ramulis convolutis.
- sanguino-* 14. L. fol. quadrifariis imbricatis, caul. repentibus dichotomis, spic. sessilibus tetragonis.
- lentum.*
- alpinum.* 15. L. fol. quadrifariam imbricatis acutis, caul. erectis bifidis, spic. sessilibus teretibus. *Fl. dan. t. 79.*
- verticilla-* 16. L. fol. quadrifariis approximatis acerosis, ramis dichotomis, floribus axillaribus verticillatis. *Suppl. p. 448*
- tum.*
- Gnidioides.* 17. L. fol. ternis imbricatis lanceolatis obtusis glaberrimis, caule dichotomo, ramis elongatis, flor. axillaribus. *Suppl. p. 448.*
- complanatum.* 18. L. fol. bifariis connatis: superficialibus solitariis, spic. geminis pedunculatis. *Fl. dan. t. 78.*
- carolinianum.* 19. L. fol. bifariis patulis: superficialibus solitariis, scapis longissimis monostachyis.
- helveticum.* 20. L. fol. bifariis patulis: superficialibus distichis, spicis geminis pedunculatis. — *Jacq. Fl. austr. v. 2. t. 196. M.*
- denticulatum.* 21. L. fol. bifariis: superficialibus imbricatis, surcul. repentibus, flor. sparsis. *Varietatem L. helvetici suspicatur Haller.*
- apodum.* 22. L. fol. bifariis alternis minoribus, caule repente, spic. sessilibus.
- flabellatum.* 23. L. fol. bifariis: superficialibus distichis, caule erecto tereti.
- canaliculatum.* 24. L. fol. bifariis: superficialibus distichis, caule erecto canaliculato.
- plumosum.* 25. L. fol. bifariis patentibus: superficialibus semiovatis ciliatis, surc. erectiusculis, spic. terminalibus tetragonis sessilibus.

- ornithopodioides.* 26. L. fol. bifariis patentibus: superficialibus distichis, surc. repentibus, spic. sessilibus.
- circinale.* 27. L. foliis bifariis: superficialibus geminis, ramis convolutis *Suppl. p. 448.* Lycopodium circinale. *Syst. ed. 13. p. 794.* Lycopodium squamosum hispidum extremitatibus convolutis. *Dill. musc. 472. t. 66. f. 11.* Muscus filicinus elegans. *Pluk. alm. 247. t. 100. f. 3.* *Morif. hist. 3. p. 628. f. 15. t. 7. f. 51.* Rami ramulis pinnati et circinales, ut in Filicibus nuper erumpentibus. *Frustrificatio nec mihi visa.*
- ferratum.* 28. L. fol. quaternis lanceolatis ferratis: flor. sessilibus in axillis foliorum. *Thunb. jap. inspt. M.*
- japonicum.* 29. L. fol. sexfariis integris, caule radicante. *Thunb. l. c. M.*

1186. PORELLA. *Anthera* multilocularis, foraminosa, 1569. non operculata. *Calyptra* nulla.

pinnata. I. PORELLA. †

1187. SPHAGNUM. *Anthera* operculata: ore laevi. 1569. *Calyptra* nulla.

- palustre.* 1. S. ramis deflexis. *Fl. dan. t. 474.* *Antherae* dissiliunt cum sono et crepitu.
- alpinum.* 2. S. subramosum erectum. *An Bryi species?*
- arborescens.* 3. S. ramosum repens, antheris secundis lateralibus.

1189. PHASCUM. *Anthera* operculata: ore ciliata. 1570. *Calyptra* minuta.

- pedunculatum.* 1. P. acaule, anthera pedunculata. *Huds. ang. 391.* Bryum ampullaceum, foliis serpylli pellucidis, collo crassiore. *Dill. musc. 344. t. 44. f. 4.*
- acaulon.* 2. P. acaule, anthera sessili, fol. ovatis acutis. *Fl. dan. t. 249. f. 3.*
- subulatum.* 3. P. acaule, anthera sessili, fol. subulato-fetaceis patulis. *Fl. dan. t. 249. f. 1, 2.*
- caulescens.* 4. P. caulescens erectum, fol. lanceolatis alternis.
- repens.* 5. P. caulescens repens, antheris lateralibus sessilibus.

1190.

PHASCUM acaulon, observante Schmie delio, et subulatum, observante D. Schrebero gerunt *Calyptram*, adeoque possent commode Bryis associari.

1190. FONTINALIS. *Anthera operculata. Calyptra sessilis, perichaetio inclusa.*
1571.

- antipyretica.* 1. F. foliis complicato-carinatis trifariis acutis, antheris lateralibus.
minor. 2. G. fol. ovatis concavis trifariis acutis passim geminis, antheris terminalibus.
squamosa. 3. F. fol. imbricatis subulato-lanceolatis, antheris lateralibus.
pennata. 4. F. fol. bifariis patentibus, antheris lateralibus.

1188. BUXBAUMIA. *Anthera operculata, hinc membranacea. Calyptra caduca (Schmiedel); intra operculum sacculus pollinis.*
1570.

- aphylla.* 1. B. aphylla, pedunculo elongato. *Linn. jun. diff. meth. musc. p. 25. M. Fl. dan. t. 44.*
foliosa. 2. B. acaulis, capsula subsessili foliis cincta. *Linn. jun. diff. cit. p. 33. t. 1. f. 4. Sphagnum maximum Dill. musc. 253. t. 32. f. 13. M.*

1191. SPLACHNUM. *Anthera insidens Apophysi maximae coloratae. Calyptra caduca.*
1572

| *Stella foeminea in distincto individuo.*

- rubrum.* 1. S. umbraculo orbiculari hemisphaerico.
luteum. 2. S. umbraculo orbiculari plano.
sphaericum. 3. S. receptaculo globofo. *Linn. jun. diff. meth. musc. t. 1. f. 1. M.*
ampullaceum. 4. S. umbraculo ampullaceo obconico. *Fl. dan. t. 822.*
vasculo/um. 5. S. umbraculo ampullaceo subglobofo. — *Fl. dan. t. 192. sub nomine S. ampullacei. M.*
angustatum. 6. S. caulescens, foliis piliferis, pedunculo brevissimo. *Linn. jun. diff. meth. musc. p. 33. M.*

1192. POLYTRICHUM. *Anthera operculata*, apophysi
1573. minimae insidens. *Calyptra*
villosa.

Stella foeminea in distincto indi-
viduo.

- commune.* 1. P. caule simplici, anthera parallelipipeda.
magellanicum. 2. P. caule simplici, fol. subulatis canaliculatis car-
tilagineo-ferratis. *Suppl. p. 449.*
alpinum. 3. P. caule ramosissimo, pedunculis terminalibus.
Fl. dan. t. 206.
urnigerum. 4. P. caule ramosissimo: pedunculis axillaribus.
conuolutum. 5. P. caule folioso; fol. involutis subulatis glabris,
pedunculo filiformi brevi, calyptra villosa.
Suppl. p. 449. — Linn. jun. diff. meth. musc.
p. 33. t. 1. f. 3. M.

1193. MNIUM. *Anthera operculata. Calyptra laevis.*

1574. *Foem. capitulum nudum, pulveru-*
lentum, remotum.

- pellucidum.* 1. M. caule simplici, foliis ovatis. — *Fl. dan.*
t. 300. M.
androgynum. 2. M. caule ramofo, androgynum. *Fl. dan. t. 299.*
ramosum. 3. M. caule ramofo erecto, pedunc. foemineis axilla-
ribus. *Huds. angl. 403. Mniun majus, minus*
ramosum, capitulis pulverulentis crebrioribus.
Dill musc. 235. t. 31. f. 4.
fontanum. 4. M. caule simplici geniculis inflexo. *Fl. dan.*
t. 298.
palustre. 5. M. caule dichotomo, fol. subulatis.
hygrometricum. 6. M. acaule, anthera nutante, calyptra reflexa te-
tragona. — *Fl. dan. t. 648. f. 2. M.*
purpureum. 7. M. caule dichotomo: axillis pedunculiferis, anth.
erecta, fol. carinatis.
setaceum. 8. M. anth. erectis, opercul. filiformibus longitu-
dine antherarum.
cirratum. 9. M. fol. arefactione revolutis. — *Fl. dan. t. 538.*
fig. 4. M.
annotinum. 10. M. fol. ovatis acuminatis pellucidis, pedunc. sub-
radicalibus anther. nutantibus.
hornum. 11. M. anth. pendulis, pedunc. curvato, furculo sim-
plici, foliolis margine scabris.

capil-

- capillare.* 12. M. anth. pendulis, fol. ovatis fetiferis carinatis, pedunculis longissimis. Bryum capillare. *Sp. pl.* 1586.
- crudum.* 13. M. anth. pendulis, calyptra recurvata, fol. pellucidis.
- pyriforme.* 14. M. anth. pendulis turbinatis, stipite filiformi, flor. foemineis fetiferis.
- Polytrichoides.* 15. M. calyptra villosa.
- Serpyllifolium.* 16. M. pedunc. aggregatis, fol. patentibus pellucidis.
- punctatum.* α. M. pedunc. aggregatis, fol. obovatis integerrimis obtusis punctatis.
- cuspidatum.* β. M. pedunc. aggregatis, fol. alternis acutis serratis.
- proliferum.* γ. M. pedunc. aggregatis, fol. rosaceo-congestis lanceolatis acutis.
- undulatum.* δ. M. pedunc. aggregatis, fol. oblongis undulatis.
- triquestrum.* 17. M. fol. trifariis patulis subulato-lanceolatis carinatis. β. Bryum lanceolatum bimum, fetis et capsulis oblongis pendulis. *Dill. musc.* 405. t. 15. f. 73. γ. Bryum palustre complicarum rubens, capsulis turbinatis pendulis. *Dill. musc.* 406. t. 51. f. 74. *Huds.*
- trichomanis.* 18. M. fol. distichis integerrimis.
- fissum.* 19. M. fol. distichis bifidis. *Jungermannia foliis bidentatis apice frugiferis.* *Hall. flor.* 1864.
- Jungermannia.* 20. M. fol. distichis, pinnis subtus auriculatis.

1194. BRYUM. *Anthera operculata.* *Calyptra laevis.*
 1579. *Filamentum e tuberculo terminali ortum.*

* *Antheris sessilibus.*

- apocarpum.* 1. B. antheris sessilibus terminalibus, calyptra minima. *Vaill. t. 27. f. 15. Fl. dan. t. 480.*
- striatum.* 2. B. anth. sessilibus sparsis, calyptr. striatis sursumve pilosis.

** *Antheris pedunculatis erectis.*

- pomiforme.* 3. B. anth. erectis sphaericis.
- pyriforme.* 4. B. anth. erectis obovatis, calyptra subulata, furc. acaulibus, fol. ovatis muticis.

- extinctiflorum.* 5. B. anth. erecta oblonga minori, calyptris laxis aequalibus.
- subulatum.* 6. B. anth. erectis subulatis, furc. acaulis.
- rotale.* 7. B. anth. erectiusculis, fol. piliferis recurvis.
- murale.* 8. B. anth. erectis. fol. piliferis rectiusculis, furc. simplicibus caespitosis.
- scoparium.* 9. B. anth. erectiusculis, pedunc. aggregatis, fol. secundis recurvatis, caule declinato. — *Fl. dan. t. 824. f. 1. M.*
- undulatum.* 10. B. anth. erectiusculis, pedunc. subsolitariis, fol. lanceolatis carinatis undulatis patentibus serratis. *Fl. dan. t. 477.*
- glaucum.* 11. B. anth. erectiusculis: operculo arcuato, fol. erectis imbricatis, furc. ramosis.
- alb dum.* 12. B. anth. erectis, fol. lingulatis obtusiusculis patulis.
- pellucidum.* 13. B. anth. erectiusculis, fol. recurvis acutis, caule hirsuto.
- imberbe.* 14. B. anth. erectis ore dilatatis, fol. carinatis. *Huds. angl. 309.* Bryum tenue imberbe pallidum, fol. crebrioribus. *Dill. musc. 382. t. 48. f. 46.*
- unguiculatum.* 15. B. anth. erectis oblongis, pedunc. axillaribus, surculis in summitate crassioribus. *Dill. musc. 383. t. 48. f. 47.* Muscus capillaris, capitulis erectis lageniformibus. *Buxb. cent. 2. p. 9. t. 2. f. 9.*
- aciculare.* 16. B. anth. erectis: operculo aciformi, fol. erectis subsecundis.
- flexuosum.* 17. B. anth. erectis, fol. setaceis, pedunc. flexuosis.
- heteromal- lum.* 18. B. anth. erectis, fol. setaceis secundis. *Fl. dan. t. 479.*
- tortuosum.* 19. B. anth. erectis, fol. setaceis imberbibus: arefactione retortis. — *Fl. dan. t. 830. f. 1. M.*
- truncatum.* 20. B. anth. erectis subrotundis: operc. mucronato.
- viridulum.* 21. B. anth. erectis ovatis, fol. lanceolatis acuminatis imbricato-patulis.
- palustre.* 22. B. anth. erectis subrotundis axillaribus, fol. subulatis distantibus. *Huds. angl. 411.* Bryum palustre aestivum, conservae facie. *Dill. musc. 375. t. 47. f. 36.*
- paludosum.* 23. B. acaulon, fol. setaceis, anth. obtusissimis patulis.

- hypnoides.* 24. B. anth. erectis, furc. rectiusculo, ramis lateralibus brevibus fertilibus. *Fl. dan. t. 4^o 6.*
- verticillatum.* 25. B. anth. erectis, pedunc. arefactione confertis, fol. piliferis, furc. fastigiatis.
- aestivum.* 26. B. anth. erectis subrotundis axillaribus, fol. subulatis distantibus.
- Celsii.* 27. B. anth. erectiusculis, pedunc. longissimis, fol. fetaceis, furc. acaulibus.
- trichodes.* 28. B. anth. erectiusculis: ore ciliato absque annulo, pedunc. longissimo.
- squarrosum.* 29. B. anth. obliquis, fol. quinquefariis imbricatis recurvis, caule ferrugineo-tomentoso. *Buxbaum bene.*
- *** *Antheris nutantibus.*
- argenteum.* 30. B. anth. pendulis, furc. cylindricis imbricatis laevibus. — *Fl. dan. t. 880. f. 2. M.*
- pulvinatum.* 31. B. anth. subrotundis, pedunc. reflexis, fol. piliferis.
- setaceum.* 32. B. anth. subrotundis, pedunc. reflexis, fol. fetaceis. *Jacq. in Litt. Misc. v. 2. p. 96. t. 12. f. 1. M.*
- caespitium.* 33. B. anth. pendulis, fol. lanceolatis acuminato-fetaceis, pedunc. longissimis. — *Mill. illustr. ic. M.*
- carneum.* 34. B. anth. pendulis subglobosis, fol. acutis alternis.
- simplex.* 35. B. anth. nutante oblonga, fol. subulatis, furc. simplicissimo: medio pedunculifero. *Huds. angl. 309. sub rubro.*
- dendroides.* 36. B. anth. nutantibus, furculo erecto, ramis verticillatis terminalibus, ramulis alternis: fol. ferratis. *Linn. jun. diff. meth. musc. p. 34. t. 1. f. 2. M.*
- alpinum.* 37. B. anth. pendula oblonga, fol. ovatis acuminatis carinatis, furcul. ramosis, axillis pedunculiferis. *Huds. angl. 414.* Bryum hypnoides pendulum sericeum, coma insigni atrorubente. *Dill. musc. 394. t. 50. f. 64.*

1195. HYPNUM. *Anthera operculata. Calyptra laevis.*
1587. *Filamentum laterale ortum e perichaetio.*

* *Frondebis pinnatis.*

spiniforme. 1. H. fronde simplicissima: foliolis patentibus subulatis, pedunculatis radicalibus.

- taxifolium*. 2. H. frond. simplicissima pinnata lanceolata basi pedunculifera. *Fl. dan. t. 473. f. 2.*
- denticulatum*. 3. H. frond. pinnata simplici: pinnis duplicatis basi pedunculifera.
- bryoides*. 4. H. frond. simplicissima pinnata lanceolata apice pedunculifera. *Fl. dan. t. 473. f. 1.*
- acacioides*. 5. H. frond. pinnata ramosa apice pedunculifera.
- adiantoides*. 6. H. frond. pinnata ramosa erecta medio pedunculifera.
- complanatum*. 7. H. frond. pinnata ramosa: foliolis imbricatis acutis complicatis compressis.
- ornithopodioides*. 8. H. frond. pinnata ramosa, fol. patentissimis ovatis carinatis mucronatis.
- ylvaticum*. 9. H. frond. pinnata ramosa procumbens, foliolis acutis, medio pedunculifera. *Huds. angl. Hypnum denticulatum pinnatum, pinnulis simplicibus rectioribus. Dill. musc. 267. t. 34. f. 6.*

** *Surculus vagis.*

- lucens*. 10. H. furculis ramosis, frondibus subpinnatis: foliolis punctatis.
- rugosum*. 11. H. furc. vagis erectiusculis: fol. secundis recurvatis basi rugosis. *Mant. 131.*
- undulatum*. 12. H. furc. ramosis: frond. subpinnatis: fol. undulatis complicatis. (*Excluso Halleri synonymo.*)
- crispum*. 13. H. furc. ramosis, frond. subpinnatis: fol. undulatis planis.
- triquetrum*. 14. H. ramis vagis recurvis, fol. ovatis recurvatis patulis.
- rutabulum*. 15. H. ram. vagis subrepentibus, fol. ovatis mucronatis imbricatis. — *Fl. dan. t. 824. f. 2. M.*

*** *Surculus pennatis.*

- flicinum*. 16. H. furc. pennatis: ramulis distantibus, fol. imbricatis incurvis acutis secundis.
- proliferum*. 17. H. furc. proliferis plano-pinnatis, pedunc. aggregatis. (Minoribus non splendentibus, lege, majoribus splendentibus).
- delicatum*. 18. H. furc. subproliferis plano-pinnatis cuspidatis, pedunc. aggregatis.
- parietinum*. 19. H. furc. plano-pinnatis continuatis, pedunc. aggregatis. (*et 4 t. lege: et 4. Vaill. paris. t. 28. f. 1. etc.*)

- praelongum.* 20. H. furc. subpinnatis decumbentibus: ramul. remotis; fol. ovatis, antheris cernuis.
- Crista castrensis. abietinum.* 21. H. furc. pinnatis: ramul. approximatis: apicibus recurvis.
- plumosum.* 22. H. furc. pinnatis teretiusculis remotis inaequalibus.
23. H. furc. pinnatis repentibus, ramis confertis, fol. imbricatis subulatis, antheris erectis.

**** *Foliis reflexis.*

- curressi-forme. aduncum.* 24. H. furc. subpinnatis, fol. secundis recurvis apice subulatis.
25. H. furc. erectiusculo-subramosis, fol. secundis recurvis subulatis, ram. recurvatis.
- compressum.* 26. H. furc. pinnatis compressis, fol. acuminatis recurvis, anth. erectiusculis ovatis *Huds. angl. 423.* Hypnum filicinum sericeum molle et pelucidum, mucronibus aduncis. *Dill. musc. 286. t. 36. f. 22.*
- scorpioides.* 27. H. ram. vagis procumbentibus recurvis, fol. secundis acuminatis.
- viticulosum aquaticum.* 28. H. furc. repentibus; ram. vagis teretibus, fol. patulis acuminatis.
29. H. furculis procumbentibus submersis, fol. linearibus acuminatis recurvis secundis, antheris oblongis. *Jacq. in Litt. Fl. austr. t. 290. M.*
- squarrosum.* 30. H. ram. vagis, fol. lanceolatis complicato-carinatis quinquefariam recurvatis. *Syst. ed. 12. tom 2. p. 704. Fl. dan. t. 535. f. 2.* — Hypnum *squarrosum*, ramis vagis, fol. ovatis apice subulatis undique reflexis. *Spec. pl. p. 1593. Fl. dan. t. 648. f. 3. Anne duo diversa? M.*
- palustre.* 31. H. furc. repentibus, ramis confertis erectis, fol. ovatis secundis, anth. erectiusculis.
- loreum.* 32. H. furc. reptantibus, ram. vagis erectis, fol. secundis, antheris subrotundis.

***** *Surculis dendroidibus s. fasciculatis.*

- dendroides.* 33. H. furc. erecto, ram. fasciculatis terminalibus simpliciusculis, anth. erectis. — *Fl. dan. t. 823. f. 2. M.*
- alopecurum.* 34. H. furc. erecto, ram. fasciculatis terminalibus subdivisis, anth. subnutantibus.

***** *Surculis teretiusculis.*

- curtipendulum.* 35. H. furc. vagis teretibus, fol. ovatis acutis patulis, anth. pendulis.
- purum.* 36. H. furc. pinnato-sparfis subulatis, fol. ovatis obtusis conniventibus. — *Fl. dan. t. 706. f. 2. M.*
- filifolium.* 37. H. furculis vagis ramosissimis: ramis filiformibus, anth. obliquis. *Huds. angl. 421.* Hypnum sericeum ramosius et tenuius, caps. acuminatis. *Dill. musc. 327. t. 42. f. 62.*
- illecebrum.* 38. H. furc. ramisque vagis teretibus erectiusculis obtusis. — *Fl. dan. t. 706. f. 1. M.*
- riparium.* 39. H. furc. teretibus ramosis, fol. acutis patulis distantibus. *Fl. dan. t. 649. f. 1.*
- cuspidatum.* 40. H. furc. vagis: apice foliis convolutis acuminato.

***** *Surculis confertis.*

- sericeum.* 41. H. furc. repente, ram. confertis erectis, fol. subulatis, anth. erectis.
- velutinum.* 42. H. furc. repente, ram. confertis erectis, fol. subulatis, anth. subnutantibus. *Fl. dan. t. 475.*
- serpens.* 43. H. furc. repentibus, ram. filiformibus, fol. oblitteratis.
- sciuroides.* 44. H. furc. erectis ramosis incurvatis.
- gracile.* 45. H. furc. repentibus, ramis fasciculatis teretibus erectiusculis, anth. erectis ovatis. *Huds. angl. 430.* Hypnum gracile ornithopoides. *Dill. musc. 320 t. 41. f. 55.*
- myosuroides.* 46. H. furc. ramosissimis: ram. subulatis utrinque attenuatis teretibus.
- clavellatum.* 47. H. repens, ram. erectis confertissimis, anth. incurvis: opercul. inflexis. *Dill. t. 85.*
- julaceum.* 48. H. ram. erectis teretibus imbricatis obtusis, perichaetiis longitudine fere pedunculorum.
- Halleri.* 49. H. ramulis approximatis brevibus, fol. planis recurvatis. *Linn. jun. diff. meth. musc. p. 34.* Hypnum caulibus prostratis, fol. lanceolatis reflexis, operculo conico. *Hall. hist. stirp. helo. n. 1734. M.*
- nitens.* 50. H. ramis brevissimis, fol. lanceolatis subulatis nitentibus. *Linn. jun. diff. meth. musc. p. 34.* Hypnum palustre erectum trichodes, ramulis crebris, luteo et rufo virentibus, glabris. *Dill. musc. 303. t. 39. f. 37. Hall. hist. n. 1754. M.*

ALGAE.

1196. JUNGERMANNIA. Masc. pedunculatus, nudus.

1597.

Anthera 4-valvis.FOEM. sessilis, nudus, femi-
nibus subrotundis.* *Frondebis pinnatis secundis.*

- asplenioides*. 1. J. frondibus simpliciter pinnatis, foliis pinnatis ovatis subciliatis.
- javanica*. 2. J. frond. simpliciter pinnatis, furculis ramosissimis, foliol. ovatis imbricatis convexis. *Linn. jun. diff. meth. musc. p. 35. t. 2. f. 1. M.*
- viticulosum*. 3. J. frond. simpliciter pinnatis, fol. planis nudis linearibus. *Ger. prov. 40.*
- polyanthos*. 4. J. frond. simpliciter pinnatis, fol. integerrimis imbricatis convexis.
- lanceolata*. 5. J. frond. simpliciter pinnatis lanceolatis apice floriferis, fol. integerrimis.
- bidentata*. 6. J. frond. simpliciter pinnatis apice floriferis, fol. bidentatis.
- bicuspidata*. 7. J. frond. simpliciter pinnatis medio floriferis, fol. bidentatis.
- quinquedentata*. 8. J. frond. pinnatis ramosis apice floriferis, foliol. quinquedentatis.

** *Frondebis pinnatis: pinnulis articulatis
superne testis.*

- undulata*. 9. J. frond. supra bipinnatis apice floriferis, fol. subrotundis integerrimis undulatis. *Specimen meum convenit cum figura Vaillantiana, minus cum Dilleniana. Folia distiche posita, integerrima, patentia, approximata, minime imbricata, sed utrinque duplici ordine posita, alterna, magnitudine aequalia, ut inferiora non minora sint superioribus, nec inferiora cum superioribus basi coadunata, sed alterna et distincta; omnia leviter undulata.*
- nemorea*. 10. J. frond. supra bipinnatis apice floriferis, fol. ciliatis.
- resupinata*. 11. J. frond. supra bipinnatis inferne floriferis, fol. crenulatis imbricatis rotundis.

- albicans*. 12. J. frond. supra bipinnatis apice floriferis, fol. linearibus recurvatis.
- trilobata*. 13. J. frond. subtus bipinnatis, fol. quadratis obsolete trilobis.
- reptans*. 14. J. frond. subtus bipinnatis apice reptantibus, fol. quadridentatis.
- multiflora*. 15. J. fronde repente ramosa, foliolis alternis geminis setaceis aequalibus. *Mant.* 310. *Jungermannia* fronde simpliciter pinnata basi florifera, foliolis acutis. *Huds. angl.* 431. *Lichenastrum multiflorum* exile, foliolis exilissimis. *Dill. musc.* 481. t. 69. f. 4.

*** *Frondebis imbricatis*.

- complanata*. 16. J. furc. repentibus: fol. inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ram. aequalibus.
- dilatata*. 17. J. furc. repentibus, fol. inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ram. apice latioribus.
- tamarisci*. 18. J. fol. imbricatis serie duplici: superioribus subrotundis convexis obtusis quadruplo majoribus.
- platyphylla*. 19. J. furc. procumbentibus subtus imbricatis, fol. cordatis acutis.
- ciliaris*. 20. J. furc. repentibus, fol. duplicato-imbricatis: inferne auriculatis.
- vaginata*. 21. J. furc. repentibus, fol. alternis cuneiformibus, retusis complicatis amplexicaulibus. *Linn. jun. diff. meth. musc. p. 35. t. 1. f. 5. M.*
- varia*. 22. J. furc. erectiusculis bifariam imbricatis, fol. bipartitis.
- pulcherri-
ma*. 23. J. furc. erectiusculis confertis, fol. ovatis imbricatis subbidis ciliatis. *Linn. jun. diff. meth. musc. p. 35.* *Lichenastrum scorpioides pulchrum villosum.* *Dill. musc.* 481. t. 69. f. 3. M. 481.

**** *Surculis undique imbricatis: foliolis sparsis*.

- julacea*. 24. J. furc. teretibus, fol. undique imbricatis, flor. pedunculatis.
- rupestris*. 25. J. furc. teretibus, fol. subulatis secundis.
- trichophyl-
la*. 26. J. furc. teretibus, fol. capillaceis aequalibus.
- alpina*. 27. J. furc. teretibus, fol. ovatis patentibus, calyc. imbricatis.

Sertularioi- 28. J. furc. repentibus: ramulis undique floriferis,
des fol. capillaceis aequalibus articulatis. *Suppl.*
p. 449. — *Linn. jun. diff. meth. musc. p. 35.*
t. 1. f. 6. M.

***** *Acaules frondibus simplicibus.*

epiphylla. 29. J. acaulis, foliolo frondi-innato. *Fl. dan. t. 359.*
pinguis. 30. J. acaulis, fronde oblonga sinuata pingui.
multifida. 31. J. acaulis, frond. bipinnatifida.
furcata. 32. J. acaulis, frond. lineari ramosa: extremitatibus
 furcatis obtusiusculis.
pusilla. 33. J. acaulis, frond. subpinnatifida: lobis imbrica-
 tis, perichaetio plicato.

1197. TARGIONIA. *Calyx* bivalvis, includens glo-
 bum.
 1603.

hypophylla. I. TARGIONIA.

1198. MARCHANTIA. MASC. *Calyx* peltatus, subtus
 1603. tectus. Corollis 1 petalis.
Antherae multifidae.

FOEM. *Calyx* sessilis, campanu-
 latus, polyspermus.

polymor- I. M. calyce communi decemfido. *Ex Antheris flo-*
pha. *riferis exit Lana lutea, quae sponte movetur*
in Anthera, dum Pollen atomi instar exstil-
lat. D D. Sahlberg.
chenopoda. 2. M. cal. communi dimidiato palmato quadrifido.
cruciata. 3. M. cal. communi quadripartito: laciniis tubulosis.
tenella. 4. M. cal. communi hemisphaerico apiculato: mar-
 gine lamellis radiato.
hemisphae- 5. M. cal. communi quinquefido hemisphaerico, pe-
rica. richaetio nullo. — *Fl. dan. t. 762. M. Ca-*
pitulum hemisphaericum subtus globulis 5 diffi-
lientibus pollenque effundentibus.
conica. 6. M. cal. commun. quinqueloculari subovato. *Fl.*
dan. t. 274. Foeminei flores in fronde, tamquam
verrucae.
androgyna. 7. M. cal. communi integro hemisphaerico.

1199. BLASIA. MASC.? *Cal.* cylindricus granis repletus.
1605.

FOEM? *Cal.* nudus. Fructu subrotundo. foliis immerfo, polyspermo.

pusilla. I. BLASIA. *Fl. dan. t. 45.*

1200. RICCIA. *Cal.* o. nisi cavitatem vesicularem intra folii substantiam. *Cor.* o. *Anthera* cylindrica, sessili, germini imposita. *Pist.* *Germen* turbinatum. *Stylus* filiformis, antheram perforans. *Peric.* sphaericum, coronatum anthera emarcida. *Sem.* hemisphaerica, pedicellata. *Observante* J. C. D. Schrebero.

crystallina. I. R. frondibus superficie papillofis.

minima. 2. R. frond. glabris bipartitis acutis.

glauca. 3. R. frond. glabris canaliculatis bilobis obtusis. — *Fl. dan t. 898. t. 1. M.*

fluitans. 4. R. frond. dichotomis lineari-filiformibus.

natans. 5. R. frond. obcordatis ciliatis. Lichen parvus vernus cordiformis ima parte fimbriatus, lentis palustris modo aquis innatans. *Dill. musc. 536. t. 78 f 18. Raj. angl. 116.* Lens palustris, roris solis foliis cordatis. *Pet. mus. 652. Habitat in stagnis Angliae, Germaniae. D. Schmiedel.*

1201. ANTHOCEROS. MASC. *Cal.* sessilis, cylindricus, integer. *Anthera* subulata, longissima, 2-valvis.

FOEM. *Cal.* 6-partitus. *Sem.* 3.

punctatus. I. A. frondibus indivisis sinuatis punctatis. *Fl. dan. t. 396.*

laevis. 3. A. frond. indivisis sinuatis laevibus.

multifidus. 3. A. frond. bipinnatifidis linearibus.

1202. LICHEN. MASC. *Receptaculum* subrotundum, planiusculum, nitidum.

1606.

FOEM. *Farina* foliis adspersa.

A. * *Leprosi tuberculati.*

- | | |
|----------------------|--|
| <i>scriptus.</i> | 1. L. leprosus albicans, lineolis nigris ramosis characteriformibus. |
| <i>geographicus.</i> | 2. L. leprosus flavescens, lineolis nigris mappam referens. |
| <i>atrovirens.</i> | 3. L. leprosus viridis margine tuberculisque atris. |
| <i>byssoides.</i> | 4. L. leproso-farinaceus, peltis stipitatis subglobosis. <i>Mant.</i> 133. |
| <i>lacteus.</i> | 5. L. leprosus albus, tuberculis concoloribus hemisphaericis. <i>Mant.</i> 132. |
| <i>rupicola.</i> | 6. L. leprosus albidus, tuberculis pallidis albo-marginatis. <i>Mant.</i> 132. |
| <i>pertusus.</i> | 7. L. leprosus: verrucis subteffellatis laevigatis pertusis poro uno alterove cylindrico. <i>Mant.</i> 131. — <i>Fl. dan.</i> t. 766. M. |
| <i>rugosus.</i> | 8. L. leprosus albicans, lineolis simplicibus punctisque nigris confertis. |
| <i>sanguinarius.</i> | 9. L. leprosus cinereo-virescens, tuberculis atris. <i>Mant.</i> 507. <i>Tubercula subglobosa, magna, non nitida.</i> |
| <i>fusco-ater.</i> | 10. L. leprosus fuscus, tuberculis atris. |
| <i>vernalis.</i> | 11. L. leprosus albidus, tuberculis subrotundis ferrugineis. <i>Syst. nat.</i> 3. p. 234. |
| <i>calcarius.</i> | 12. L. leprosus candidus, tuberculis atris. |
| <i>cinereus.</i> | 13. L. leprosus tuberculis nigris albo marginatis. <i>Mant.</i> 132. |
| <i>atroalbus.</i> | 14. L. leprosus niger, tuberculis atro alboque mixtis. <i>Difficile dicere, quinam color constituat crustam.</i> |
| <i>niger.</i> | 15. L. leprosus alter tuberculis subrotundis concoloribus. <i>Suppl.</i> p. 449. <i>Huds. Fl. angl.</i> 514. <i>Hall. hist. n.</i> 2084. — <i>Linn. jun. diff. meth. musc.</i> p. 35. M. |
| <i>Oederi.</i> | 16. L. leprosus ruber, tuberculis nigris. <i>Linn. jun. diff. cit.</i> p. 36. <i>Oeder in Fl. dan.</i> t. 470. f. 1. M. |
| <i>ventosus.</i> | 17. L. leprosus flavus, tuberculis rubris. <i>Fl. dan.</i> t. 472. f. 1. |
| <i>fagineus.</i> | 18. L. leprosus albus, tuberculis albis farinaceis. |

carpi-

- carpineus*. 19. L. leprosus cinereus, tuberculis albidis rugosis.
corallinus. 20. L. leprosus ramosus teres fasciculatus fastigiatus
 confertissimus albus. *Mant.* 131.
ericetorum. 21. L. leprosus candidus, tuberculis incarnatis. *Hu-*
jus duplicem varietatem reperit D. Zoega.
Dilleniana sub juniperis. Pelta stipitata, instar
minuti Agarici, pileo convexo; Nostra in
Sphagno Pelta sessili, plana.

B. * *Leprosi scutellati.*

- candelari-* 22. L. crustaceus flavus, scutellis luteis. Lichen cru-
us. stosum orbiculis et scutellis flavis. *Dill. musc.*
136. t. 18. f. 18.
gelidus. 23. L. crustaceus albicans, peltis tuberculosis rugo-
 sis testaceis. *Mant.* 133.
frigidus. 24. L. crustaceus albicans, suffruticulosus, ramulis
 brevissimis confertis, peltis marginatis testa-
 ceis. *Linn. jun. diff. meth. musc. p. 36. t. 2.*
f. 4. M.
tartareus. 25. L. crustaceus exalbido-virescens, scutellis fla-
 vescentibus: margine albo.
aeruginoso- 26. L. crustaceus aeruginosus, scutellis carnis.
sus. *Jacq. in Litt. Fl. austr. v. 3. t. 275. M.*
flavescens. 27. L. crustaceus verrucosus flavescens, scutellis ru-
 bris margine albo. *Jacq. Misc. v. 2. p. 79.*
t. 9. f. 1. M.
pallescens. 28. L. crustaceus albicans, scutellis pallidis.
lentigerus. 29. L. crustaceus albicans, sublobatus scutellis albo
 marginatis, aetate flavescens. *Linn. jun.*
diff. m. musc. p. 36. M.
subfuscus. 30. L. crustaceus albicans, scutellis nigris: juniori-
 bus urceolatis cavis.
muscorum. 31. L. crustaceus incanus, tuberculis atris conne-
 xis. *Linn. jun. Diff. meth. musc. p. 36.*
Mich. gen. 98. n. 41. M.
Parellus. 32. L. crustaceus albus, peltis concavis obtusis pal-
 lidis. *Mant.* 132.
upsaliensis. 33. L. crustaceus, foliolis subulatis striatis.

C. * *Imbricati.*

- centrifu-* 34. L. imbricatus, foliolis obsolete multifidis laevi-
gus. bus albidis centrifugis; scutellis rufo-fuscis.
saxatilis. 35. L. imbricatus, foliolis sinuatis scabris lacunosis,
 scutellis badiis.

- omphalodes.* 36. L. imbricatus, foliolis multifidis glabris obtusis incanis, punctis vagis eminentibus.
- olivaceus.* 37. L. imbricatus, foliolis lobatis, nitidis lividis. *Peltae orbiculatae, elevatae, membranaceae, undique liberae.*
- fahlunensis.* 38. L. imbricatus, foliolis linearibus dichotomis planiusculis acutis nigris, scutellis atris. — *Jacq. Misc. v. 2. p. 90. t. 10. f. 2. M.*
- fygius.* 39. L. imbricatus, foliolis palmatis recurvis atris. *Scutella orbiculata, nigra, concava, margine obtuso crenulato.*
- crispus.* 40. L. imbricatus, foliis lobatis truncatis crenatis atroviridibus, scutellis concoloribus. *Hudf. angl. 447. n. 26. Lichenoides gelatinosum atrovirens crispum et rugosum. Dill. musc. 139. t. 19. f. 23.*
- cristatus.* 41. L. imbricatus dentato-ciliatus, scutellis folio majoribus.
- rigidus.* 42. L. imbricatus, foliolis teretibus compressis ramuloso-multifidis, atris centrifugis, scutellis sessilibus concavis concoloribus *Jacq. Misc. v. 2. p. 87. t. 9 f. 6. Lichen fruticosus durus niger repetito dichotomus. Hall. hist. n. 1966. t. 47. f. 1. M.*
- parietinus.* 43. L. imbricatus, foliolis crispis fulvis, peltis concoloribus fulvis.
- physodes.* 44. L. imbricatus, laciniis obtusis subinflatis.
- stellaris.* 45. L. imbricatus, foliolis oblongis laciniatis angustis cinereis, scutellis pullis.
- granulatus.* 46. L. imbricatus, foliolis subrotundis crenatis scabriusculis atro-viridibus, scutellis fulvis, disco depresso. *Suppl. p. 450.*

D. * *Foliacei.*

- chrysothalmus.* 47. L. foliaceus subimbricatus linearis lacerus ciliatus, peltis elevatis radiatis fulvis. *Mant. 311.*
- Burgessii.* 48. L. subfoliaceus crispus, peltis elevatis extus muricato-crispis fundo depresso plano. *Suppl. p. 450. Lichen Burgessii. Syst. ed. 13. p. 807. Lichen foliaceus erectiusculus pellucidus crispus, scutellis planis nitidis margine crispo. Burgessii. m. f. f.*
- ciliaris.* 49. L. foliaceus erectiusculus: laciniis linearibus ciliatis, scutellis pedunculatis crenatis. — *Fl. dan. t. 711. M. islan-*

- islandicus.* 50. L. foliaceus adscendens laciniatus: marginibus elevatis ciliatis. *Fl. dan.* 155.
- nivalis.* 51. L. foliaceus adscendens laciniatus crispus glaber lacunofus albus margine elevato. *Fl. dan.* t. 227.
- pulmonari-* 52. L. foliaceus laciniatus obtusus glaber: supra lacunofus; subtus tomentosus.
us.
- furfurace-* 53. L. foliaceus decumbens furfuraceus: laciniis acutis; subtus lacunofus atris.
us.
- ampullace-* 54. L. foliaceus planiusculus lobatus crenulatus, peltis globosis inflatis.
us.
- leucómelos.* 55. L. foliaceus linearis ramosus nigro subciliatus, peltis subpedunculatis radiatis.
- farinaceus.* 56. L. foliaceus erectus compressus ramosus, verrucis marginalibus farinosis.
- linearis.* 57. L. foliaceus erectus dichotomus ramis linearibus divaricatis altero latere canaliculatis, peltis minutis marginalibus. *Linn. jun. diff. meth. musc. p. 36.* M.
- Filix.* 58. L. fronde stipitata bifida laciniata lobata lobis obtusis crenatis, scutellis sparsis planiusculis. *Linn. jun. diff. m. musc. p. 36. t. 2. f. 2.* M.
- rupestris.* 59. L. foliaceus membranaceo-gelatinofus, lobatus, lobis obtusis, scutellis sparsis minutis concoloribus. *Linn. jun. diff. m. musc. p. 37.* Lichenoides gelatinosa lobis crassioribus fusco viridibus. *Dill. musc. 138. t. 19. 22.* M.
- calicaris.* 60. L. foliaceus erectus linearis ramosus lacunofus convexus mucronatus.
- fraxineus.* 61. L. foliaceus rectus oblongus lanceolatus sublaciniatus lacunofus glaber, scutellis subpedunculatis.
- fuciformis.* 62. L. foliaceus rectiusculus laevis subtomentofus ramosus: laciniis lanceolatis. *Mant. 507.*
- prunastri.* 63. L. foliaceus erectiusculus lacunofus: subtus tomentosus albus. *Varietas Dill. musc. 159. t. 21. f. 54. Vaill. paris. t. 20. f. 7.*
- juniperi-* 64. L. foliaceus laciniatus crispus fulvus, peltis lividis.
us.
- caperatus.* 65. L. pallide viridis rugofus margine undulatus. *Glaucescente-luteus parum foliaceus, raro scutella proferens.*
- crocatus.* 66. L. foliaceus margine pulvereo-flavo. *Mant. 310.*

- glaucus.* 67. L. foliaceus depressus lobatus glaber margine crispo farinaceo *Fl. dan. t. 598. Folia papyro tenuiora, albo-cine-ascente glauca.*
- japonicus.* 68. L. foliaceus depressus inciso-lobatus farinaceus crispus subtus villosus. *Thunb jap. mspt M.*
- fasciculatus.* 69. L. foliaceus gelatinosus, tuberculis turbinatis fasciculatis fronde majoribus *Mant 133.*
- Tremelloides.* 70. L. foliaceus plumbeus rugoso-crispus glaber, peltis sparsis rubris. *Suppl. p. 450.*
- ornatus.* 71. L. foliaceus erectiusculus pellucidus crispus, scutellis marginalibus plano-depressis rubris margine crispis. *Suppl. p. 450*
- nigrescens.* 72. L. foliaceus gelatinosus subrotundus lobatus rugosus atro virens, scutellis confertis rufis. *Suppl. p. 451.*

E. * *Coriacei.*

- aquaticus.* 73. L. coriaceus repens lobatus obtusus, peltis hemisphaericis maximis.
- resupinatus.* 74. L. coriaceus repens lobatus: peltis marginalibus posticis. — *Fl. dan. t. 764. M.*
- venosus.* 75. L. coriaceus repens ovatus planus: subtus venosus villosus, peltis marginalibus horizontalibus.
- aphthosus.* 76. L. coriaceus repens lobatus obtusus planus, verrucis sparsis, pelta marginali ascendente. — *Fl. dan. 767. f. 1. M. Folia siccata sunt glauca, virentia vero saturate viridia.*
- arcticus.* 77. L. coriaceus repens lobatus obtusus planus laevis: subtus avenius villosus.
- antarcticus.* 78. L. coriaceus repens lobatus obtusus planus glaber supra lacunosus, subtus bullatus, peltis planis amplissimis. *Jacq: in Litt. Misc. v. 2. p. 370. t. 10. f. 1. M.*
- caninus.* 79. L. coriaceus repens lobatus obtusus planus: subtus venosus villosus, pelta marginali ascendente. — *Fl. dan. t 767. f. 2. M. Folia quasi farina cinerea sunt testea.*
- sylvaticus.* 80. L. coriaceus repens laciniatus lacunosus, peltis marginalibus ascendentes. *Huds. angl. 453. n. 47. Lichen polyschides villosum et scabrum, peltis parvis. Dill. musc. 199 t 27. f. 101.*
- horizontalis.* 81. L. coriaceus repens planus subtus avenius, peltis marginalibus horizontalibus. *Huds. angl. 453.*

- n. 48. *Mant.* 132. *Fl. dan.* t. 533. — Var. farinosa. *Dill. A. C. Fl. dan.* 765. M.
- perlatus.* 82. L. coriaceus repens lobatus glaber subtus ater, scutellis pedunculatis integris. *Huds. angl.* 448. n. 31. Lichenoides glaucum perlatum subtus nigrum et cirrosum *Dill. musc.* 147. t. 20. f. 39.
- saccatus.* 83. L. foliaceus repens subrotundus: peltis depressis subtus saccatis. *Fl. dan.* 532. f. 3 Lichen *immersus*, foliaceus repens subrotundus planus peltis immersis. *Huds. angl.* 535. n. 49.
- croceus.* 84. L. coriaceus repens subrotundus planus: subtus venosus villosus croceus, peltis sparsis adnatis. *Fl. dan.* t. 263
- Jarcoides.* 85. L. coriaceus gelatinosus carneus scutellis similibus. *Jacq. in Litt. Misc.* v. 2. t. 22 *Difficile dictu, utrum Lichenibus an Tremellis majori jure adnumeretur.* M.
- F. * *Umbilicati, squalentes quasi fuligine.*
- miniatus.* 86. L. umbilicatus gibbus punctatus subtus fulvus. — *Jacq. Misc.* v. 2. p. 90. t. 10. f. 3. M.
- velleus.* 87. L. umbilicatus subtus hirsutissimus.
- pustulatus.* 88. L. umbilicatus subtus lacunosus, furfure nigro adpersus. *Fl. dan.* t. 597. f. 2. *Humidus viscit.*
- proboscideus.* 89. A. umbilicatus, peltis turbinatis truncatis perforatis. — *Jacq. Misc.* v. 2. p. 80 t. 9 f. 2 M.
- deustus.* 90. L. umbilicatus undique laevis. *Dill. musc.* 219. t. 30. f. 117.
- polyphyllus.* 91. L. umbilicatus polyphyllus undique laevis atrovirens crenatus.
- polyrhizos.* 92. L. umbilicatus polyphyllus utrinque laevis polyrhizos. *Folia cinereo-glaucia laevia, subtus hirta.*
- pullus.* 93. L. umbilicatus utrinque laevis plicato-crispus lobatus subtus papillofus, supra peltis convexo-depressis notatus. *Murr. Jacq. Misc.* v. 2. t. 9. f. 3. M.
- mesenteriformis.* 94. L. umbilicatus utrinque laevis plicato-crispus lobatus, subtus glaber, supra peltatus. *Murr. Jacq. Misc.* v. 2. p. 85. t. 9. f. 5. *Peltae mox sessiles, mox pedunculatae.* M.

- anthracinus*. 95. L. umbilicatus undique laevis plicato-crispus lobatus peltis omnino nullis. *Murr. Jacq. Misc. v. 2. t. 9. f. 4. M.*
- viridis*. 96. L. umbilicatus, subtus niger, supra viridis, punctis elevatis. *Suppl. p. 451.*

G. * *Scyphiferi*.

- cocciferus*. 97. L. scyphifer simplex integerrimus, stipite cylindrico, tuberculis coccineis.
- cornucopioides*. 98. L. scyphifer simplex folio brevior, tuberculis coccineis.
- pyxidatus*. 99. L. scyphifer simplex crenulatus, tuberculis fuscis.
- fimbriatus*. 100. L. scyphifer simplex denticulatus, stipite cylindrico.
- gracilis*. 101. L. scyphifer ramosus denticulatus filiformis.
- digitatus*. 102. L. scyphifer ramosissimus: ramis cylindricis, calycibus integris nodosis.
- cornutus*. 103. L. scyphifer simpliciusculus subventricosus, calycibus integris.
- deformis*. 104. L. scyphifer simpliciusculus subventricosus, calycibus dentatis.
- flammeus*. 105. L. tubulosus ramosus retusus croceus. *Suppl. p. 451.*

H. * *Fruticulosi*.

- rangiferinus*. 106. L. fruticulosus perforatus ramosissimus, ramulis nutantibus. *Fl. dan. t. 539. 180.*
- uncialis*. 107. L. fruticulosus perforatus, ramulis brevissimis acutis.
- vermicularis*. 108. L. fruticulosus laevis subramosus ramis diffusis tuberculis sparsis. *Linn. jun. diff. meth. musc. p. 37. M.*
- subulatus*. 109. L. fruticulosus subdichotomus, ramis simplicibus subulatis.
- globiferus*. 110. L. fruticulosus solidus laevis, tuberculis globosis cavis terminalibus. *Mant. 133.* Lichen *globosus*, fruticulosus solidus ramosissimus, ramulis teretibus acutis furcatis, tuberculis terminalibus globosis. *Huds. angl. 460. n. 75.*
- paschalis*. 111. L. fruticulosus solidus tectus, foliolis crustaceis. *Fl. dan. t. 151.*
- triflis*. 112. L. fruticulosus solidus, ramulis compressis ramosis, apicibus nigricantibus, scutellis terminalibus. *Linn. jun. diff. meth. musc. p. 37.* Lichen frutico-

- ticosus durus, niger repetito dichotomus.
Hall. hist. n. 1966. tab. 47. f. 1. M.
fragilis. 113. L. fruticulosus solidus, ramulis teretibus obtu-
 sis. — *Jacq. Misc. v. 2. p. 92. t. 9. f. 6.*
litt. c. M.
verruco- 114. L. fruticulosus solidus, ramulis teretibus capita-
sus. *Suppl. p. 451.*
Roccella. 115. L. fruticulosus solidus aphyllus subramosus, tu-
 berculis alternis.

J. * *Filamentosi.*

- plicatus.* 116. L. filamentosus pendulus, ramis implexis, scutel-
 lis radiatis.
barbatus. 117. L. filamentosus pendulus subarticulatus, ramis
 patentibus.
radicifor- 118. L. filamentosus teres ramosissimus glaber radici-
mis. *Linn. jun. diff. m. musc. p. 37. M.*
divarica- 119. L. filamentosus pendulus angulatus articulatus in-
tus. tomentosus, ramis divaricatis, peltis or-
 biculatis sessilibus. Lichen filamentosus pen-
 dulus, loris lacunosis glabris. *Scop. carn. 75.*
Usnea mollis, ramis longis compressis Dill.
musc. 62. t. 12. f. 5. Habitat in Helvetias
Missinae cacuminibus arborum acifoliarum.
D Schreber.
Usnea. 120. L. filamentosus pendulus compressus ramosus
 laevis. *Mant. 131.*
jubatus. 121. L. filamentosus pendulus: axillis compressis.
lanatus. 122. L. filamentosus ramosissimus decumbens impli-
 catus opacus. — *Jacq. Misc. v. 2. p. 93.*
t. 10 f. 5. M.
pubescens. 123. L. filamentosus ramosissimus decumbens implexus
 nitidus. — *Jacq. Misc. v. 2. p. 87. t. 9.*
f. 7. M. Habitat in rupibus nostris planiusculis,
quas imbres diluunt.
chalybei- 124. L. filamentosus ramosus divaricatus decumbens
formis. implicato-flexuosus.
hirtus. 125. L. filamentosus ramosissimus erectus, tuberculis
 farinaceis sparsis.
vulpinus. 126. L. filamentosus ramosissimus erectus fastigiatus
 inaequali-angulosus. *Fl. dan. t. 226. — Jacq.*
Misc. v. 2. p. 88. t. 10. f. 4. M.
articula- 127. L. filamentosus articulatus, ramulis tenuissimis
tus. punctatis.

- auranti-aco ater.* 128. L. filamentosus ramosus, aurantiacus cum summitatibus atris, scutellis supra atris, subtus aurantiacis. *Jacq. in Litt. Misc. v. 2. p. 369. t. 11. f. 2. M.*
- floridus.* 129. L. filamentosus ramosus erectus, scutellis radiatis.
- capensis.* 130. L. filamentosus ramosus erectus ciliatus flavus, peltis fulvis radiatis. *Suppl. p. 451.*

1204. TREMELLA. *Frustrificationes vix manifestae, in corpore gelatinoso.*

1625.

- juniperina.* 1. T. sessilis membranacea auriformis fulva. *Mant. 508.*
- Noctoc.* 2. T. plicata undulata. — *Fl. dan. t. 885 f. 1. M.*
- mesenteriformis.* 3. T. in plicas multiplices (addo M. amplas) intorta. *Jacq. Misc. v. 1. p. 142. t. 13. Noctoc luteum mesenterii forma. Vail. bot. p. 144. n. 4. t. 14. f. 4. M.*
- rufa.* 4. T. longitudinaliter dimidiato-infundibuliformis. *Jacq. Misc. v. 1. p. 143 t. 14. M.*
- lichenoides.* 5. T. erecta plana: margine crispo lacunculato. *Dill. musc. t. 19 f. 32. 34. 35.*
- verrucosa.* 6. T. tuberculosa solida rugosa. *Dill. musc. t. 10. f. 16.*
- difformis.* 7. T. subrotunda sinuata difformis gelatinosa.
- hydnoidea.* 8. T. compresso-plana difformiter digitata hirsuta. *Jacq. Misc. v. 1. p. 145. t. 16. M.*
- hemisphaerica.* 9. T. hemisphaerica sparsa.
- purpurea.* 10. T. subglobosa sessilis solitaria glabra. *An Agarici initium?*
- adnata.* 11. T. rotunda imbricata livida.

1205. FUCUS. MASC. *Vesiculae villis intertextae.*

1626. FOEM. *Vesiculae adpersae granis immerfis apice prominulis. Sem. solitaria.*

- uvarius.* 1. F. caule filiformi ramoso, fol. confertis ovatis fornicatis. *Habitat in Oceano Asiatico. Folia conferta in racemum, retrorsum fornicata. membranacea, purpurascens, parva. Frustrificationes non vidi.*
- natans.* 2. F. caule filiformi ramoso, fol. lanceolatis serratis, fructificationibus globosis pedunculatis. *Frustrificationes in aliis muticae, in aliis filo*

- brevi aristatae; in quibusdam individuis ex alis foliorum racemi brevissimi filiculis minutis verrucosis.*
- acinarius.* 3. F. caule filiformi ramoso, fol. linearibus integerrimis, fructificationibus globosis pedunculatis. *Mant.* 508. *Gmel. fuc.* 99. *Praecedenti affinis.*
- lendigerus.* 4. P. caule filiformi ramoso, fol. lanceolatis serratis, fructific. racemosis filiculosis tuberculosis. *Racemi aphylli praeter unum alterumve foliolum erectum*
- turbinatus.* 5. F. caule filiformi subramoso, fructific. racemosis: una vesiculari turbinata folio cordato crenato peltata. *Gmel. fuc.* 97 t. 5. f. 1. *Racemi praecedentis simillimi e filiculis verrucosis, sed obtusioribus. In quovis Racemo s. Corymbo Vesica magna, pedunculata, turbinata, marginata folio adnato, horizontali, cordato, obtusissimo; Folia, praeter vesicularia dicta, in meis exemplaribus nulla visa sunt. Crescit etiam in O. Sumatram alluente.*
- serratus.* 6. F. fronde plana dichotoma costata serrato-dentata, fructific. terminalibus tuberculosis. *Frons costata.*
- volubilis.* 7. F. fronde plana spirali perfoliata repando-dentata.
- vesiculosus.* 8. F. fronde plana dichotoma costata integerrima: vesiculis axillaribus geminis; terminalibus tuberculatis.
- divaricatus.* 9. F. fronde plana dichotoma integerrima, axillis divaricatis: vesiculis axillaribus geminis. *Praecedente tenuior. Vesiculae axillares geminae, passimque solitariae.*
- inflatus.* 10. F. fronde plana dichotoma integerrima punctata ovato-lanceolata inflata: apice diviso. *Semel aut bis tantum bifidus est.*
- ceranoides.* 11. F. fronde plana dichotoma integerrima punctata lanceolata, fructific. tuberculatis bifidis terminalibus. β . *Fucus lacerus. Sp. pl.* 1627. n. 4. *Hujus varietas secundum Gmelin. Praecedenti affinis, sed angustior magisque ramosus, utrinque punctis impressis adpersus.*
- spiralis.* 12. F. fronde plana dichotoma integerrima punctata: inferne lineari canaliculata, fructif. tuberculatis geminis. *Fl. dan. t.* 286. *Frons membra-*

branacea, plana, sed inferne angustior, hinc canaliculata. Fructific. terminales, geminae, pedunculatae, oblongae, crassiusculae. Dum crescit in mari contortus est in spiram.

- canaliculatus. 13. F. fronde plana dichotoma integerrima canaliculata lineari, fructific. tuberculatis bipartitis obtusis. *Fl. dan. t. 244. β. Fucus excisus*, fronde lineari dichotoma hinc canaliculata, axillis divaricatis punctata. *Sp. plant. 1627. Dichotomus multoties, laevis, angustus et linearis. latere altero convexo; altero canaliculato. Vesiculae terminales bipartitae s. geminae, sessiles, tuberculis adpersae perforatis.*
- distichus. 14. F. fronde plana dichotoma integerrima lineari: fructif. tuberculatis mucronatis. *Fucus linearis*, dichotomus planus linearis acutus; vesiculis ovatis sparsis. *Huds. angl. 473. Fl. dan. t. 351 Fucus filiformis. Gmel. fuc. 72. t. 1. f. 1. Differt a praecedente, quod frons minime altero latere canaliculata, quodque vesiculae, siliquae instar, longae et acuminatae. Koenig. Frons nervo medio, textura herbacea.*
- nodosus. 15. F. fronde compressa dichotoma, fol. distichis integerrimis, vesiculis innatis solitariis dilatatis. *Fl. dan. t. 146. Gmel. fuc. 78. t. 1 B f. 1. Baster. opusc. 6. p. 121. t. 11. f. 5. Folia lanceolata, obtusa, angulis frondis distiche insidentia. Vesiculae ovatae, medio ramorum innatae, ramis latiores.*
- pyriferus. 16. F. stirpe filiformi dichotoma frondibus membranaceis ensiformibus solitariis serratis: terminalibus petiolo inflatis. *Mant. 311. Maximus omnium.*
- siliquosus. 17. F. fronde compressa ramosa, fol. distichis alternis integerrimis, fructif. pedunculatis oblongis mucronatis. *Fl. dan. 106. Gmel. fuc. 31. t. 2. Frons filiformis, compressa, flexuosa, utrinque angulis dentata rudimentis petiolorum aut fructificationum. Fructificationes fusiformes, alternae, rostratae, pedunculatae. Folia lanceolata, fructificationibus minora.*
- filiculosus. 18. F. fronde filiformi-compressa, fol. alternis subserratis, fructif. subglobosis pedunculatis mucronatis. *Frons filiformis, parum compressa,*

vix ramosa Folia lineari-lanceolata, subserrata aut dentata. Pedunculi ex alis foliorum filiformes, foliis fere longiores.

- elongatus.* 19. F. fronde filiformi compressa dichotoma articulata geniculis tumidiusculis. Fucus filiformis teretiufculus subdichotomus. geniculis tumidiusculis. *Huds. angl 470. (Excluso Morisoni synonyma). Frons ad dihotomias tumidiuscula et articulata, ubi per exsiccationem discedit, ut articuli saepe solvantur.*
- foreus.* 20. F. fronde filiformi compressa dichotoma undique utrinque tuberculata. — *Fl. dan t 710 M. Frons dichotoma elongata, linearis, compressa, adspersa undique tuberculis elevatis obsolete.*
- foeniculaceus.* 21. F. fronde filiformi ramosissima, vesiculis ovatis terminatis foliolis multipartitis obtusis apice fructificantibus. *Gmel. fuc. 86. t. 2. a. f. 2. β. Fucus barbatus. Sp. pl. 19. Statura Lichenis usneae; Ramulis copiosissimis, capillaribus, terminatis vesicula, saepius prolifera, ultima terminata aliquot foliolis apice tuberculatis.*
- triqueter.* 22. F. fronde ancipiti ramosa, foliis petiolatis denticulatis, fructificationibus immersis oblongis triquetris. *Mant. 313.*
- granulatus.* 23. F. fronde filiformi ramosissima, ramulis acuminatis, vesiculis subrotundis cumulatis, ramis foliisque acutis omnibus innatis. *Fl. dan. t. 591. Vesiculae absque ordine confertae, contiguae, cumulatae, tam ramis, quam ultimis apicibus s. foliis innatae, tamen remotae.*
- Selaginoides.* 24. F. fronde filiformi ramosissima: ramis dichotomis, fol. subulatis alternis basi vesiculosis. *Mant. 134. Fucus Abies marina. Gmel. fuc. 83. t. 2. a. f. 1. Fucus folliculacens, foliis abrotani. Bauh. pin 365. Fucus crispus loricatus nigricans. Barr. ic. 1290 Bocc. mus. 7. t. 12.*
- concatenatus.* 25. F. fronde filiformi ramosissima; ramulis dichotomis, vesiculis moniliformibus distantibus innatis fol. subulatis *F. filiformis, opposite vel alternatim ramosissimus, ultimis ramulis saepe dichotomis. Vesiculae ovatae, caule ramulisque innatae, remotae cum folio subulato ad latus cujusvis vesiculae.*

- aculeatus.* 26. F. fronde filiformi compressa ramosissima: dentibus marginalibus subulatis alternis erectis. *Fl. dan. t. 353.* β . *Fucus muscoides*, fronde tereti ramosissima, ramis sparsis spinis mollibus alternis. *Sp. pl. 23.* *Fucus muscoides.* *Gmel. fuc. 130. t. 12.* *Fucus virgatus.* *Gunn. norv. 93.* *Aët. nidros. 4. p. 83. t. 7.* *Fucus foliis ericæ similis.* *Raj. hist. 73.* *Refert caudam equinam: e Norvegia D. Gunnerus.*
- lycopodioides.* 27. F. fronde filiformi tereti subramosa, obrecta undique setis. *Fl. dan. t. 357.* *Frons erecta, parum ramosa. vix pedalis, undique more Lycopodii tecta foliolis setaceis, semipollicaribus.*
- hirsutus.* 28. F. fronde filiformi tereti dichotoma obrecta undique hirsutie. *Mant. 134.* *Fucus teres ramosus, ramulis imbricatis lacinulis secundis incurvis.* *Huds. angl. 470.* *Facies fere Spongiæ.* *Hirsuties vestiens tam parva, ut oculis non distinguatur.*
- discors.* 29. F. fronde tereti inermi aculeatissima, foliis distichis subpinnatis lineari-lanceolatis serratis. *Caulis palmaris, teres, undique vestitus ramentis s. aculeis inermibus, confertissimis; Folia distiche posita, plana, laevia, lineari-lanceolata, serrata et hæc sæpe parum pinnata.*
- Tendo.* 30. F. fronde filiformi simplici cartilaginea subdiaphana.
- Filum.* 31. F. fronde filiformi subfragili opaca. — *Fl. dan. t. 821. M.*
- lanosus.* 32. F. frond. capillaceis dichotomis ramosissimis scabris. *Habitat in O Islandico. Kornig. Refert lanam atram, palmaris, oculo armato scaber punctis subverticillatis.*
- fastigiatus.* 33. F. fronde filiformi dichotoma ramosissima fastigiata obtusa. *Fl. dan. t. 393.*
- furcellatus.* 34. F. fronde filiformi dichotoma ramosissima acuminata. *Fl. dan. t. 419.* *Fucus caprinus.* *Aët. nidros. 4. p. 82. t. 5. f. 4.* *Fucus lumbricalis.* *Gmel. fuc. 103. t. 6. f. 2.*
- palmatus.* 35. F. fronde palmata plana. *Fucus ovinus.* *Aët. nidros. 4. t. 9*
- buccinalis.* 36. F. stirpe fistulosa fronde pinnato-palmata coriacea: foliolis ensiformibus integerrimis. *Mant. 312.*

- Arundo indica fluitans. *Bank. pin. 19. Maximus.*
- digitatus.* 37. F. fronde palmata, foliis ensiformibus, stirpe tereti. *Mant. 134. Fl. dan. t. 392. Gmel. fuc. 202. t. 30.*
- esculentus.* 38. F. fronde simpliciter indivisa ensiformi, stirpe tetragona pinnata folium percurrente. *Mant. 135. Fl. dan. t. 417. Gmel. fuc. 200. t. 29.* Fucus pinnatus *Aët. nidros. 4 t. 8. f. 1.* Stirps tetragona frondem percurrit.
- saccharinus.* 39. F. fronde subsimplici ensiformi, stirpe tereti brevissima. *Fl. dan. t. 416. Frons absque costa. (Excluso Sibbaldo.)*
- sanguineus.* 40. F. frond. membranaceis ovato oblongis integerrimis petiolatis, caule tereti ramoso. *Mant. 136. Fl. dan. t. 349 Gmel. fuc. 135. t. 24. f. 2.*
- ciliatus.* 41. F. frond. membranaceis lanceolatis proliferis ciliatis. *Mant. 136. Fucus caulescens. Gmel. fuc. 173. t. 10 f. 2.*
- crispus.* 42. F. frond. membranaceis dichotomis: laciniis dilatatis. *Mant. 134. Lacinae superne latiores, apice obtuse dentatae.*
- crispatus.* 43. F. frond. membranaceis sublinearibus ramosissimis crispis coloratis. — *Fl. dan. t. 826. M. Tenerrimus, sanguineus.*
- alatus.* 44. F. frond. membranaceis subdichotomis costatis: laciniis alternis decurrentibus bifidis. *Mant. 135.*
- dentatus.* 45. F. frond. membranaceis enerviis alternatim pinnatifidis: sinibus obtusis, laciniis apice erosis. *Mant. 135. Fl. dan. t. 352. Fucus atomarius Gmel. fuc. 125. t. 10. f. 1.*
- rubens.* 46. F. frond. membranaceis oblongis undulatis sinuatis, stirpe tereti ramosa.
- venosus.* 47. F. fronde plana oblonga picta venis verrucosis. *Mant. 312.*
- vittatus.* 48. F. frond. membranaceis divisis ensiformibus dentato-crispatis. *Fl. dan. t. 353. β. Fucus ornatus. Mant. 312.*
- ramentaceus.* 49. P. frond. filiformibus simplicibus, hinc ramentis foliaceis confertis. *Fl. dan. t. 356. Stipites palmares, simplices, ab altero tantum latere ramentis foliaceis, confertis, linearibus, coloratis. Stirps tubulosa.*

- plumosus.* 50. F. frond. cartilagineis lanceolatis bipinnatis plumosis, caule filiformi compresso ramoso. *Mant.* 134. *Fl. dan.* t. 350. *Similis sequenti, sed Hypni instar pinnatus; parvus.*
- abrotanifolius.* 51. F. fronde filiformi compressa bipinnata apicibus vesiculosis dilatatis terminatis fructificationibus hinc tuberculatis. Fucus pinnatus ramis dichotomis: extremitatibus dilatato-vesiculosis. *Loefl. it.* 174. Fucus capensis. *Gmel. fuc.* 157.
- cartilagineus.* 52. F. fronde cartilaginea compressa supradecompositopinnata: laciniis linearibus. Frutices marini. *Seb. mus.* 3. t. 102. f. 1. 2. Fucus verticolor. *Gmel. fuc.* 158. t. 17. f. 2. — *Mill. illustr. ic. M.* *Habitat ad C. B. S. copiosissima, incrustrata.*
- gigartinus.* 52. F. fronde cartilaginea filiformi-compressa dichotoma. fructif. globosis pedunculatis terminalibus subjacente arista. *Erectus, rigidus, palmaris, diaphanus, filiformis, compressus, coloratus, parce lateribus ramulosus pro fructificationibus. Fructif. globosae, parvae instar seminis Brassicae minoris, brevi pedicello s. ramulo insidentes, sub semine exserto in mucronem semine longiorem.*
- spinosus.* 54. F. aphyllus cartilagineus ramosus, denticulis verticillato-ternis. *Mant.* 313.
- spermophorus.* 55. F. fronde membranacea dichotoma compressa capillacea, fructif. pedunculatis lateralibus, fol. linearibus multifidis. *Stipes palmaris, laxis, filiformis, compresso-membranaceus, dihotomus in ramos capillares copiosissimos. Pedunculi laterales, solitarii, fructificatione globosa, magnitudine seminis Thymi. Ad basin stipitis folia linearis, membranacea, caule latiora, varie multifida, obtusa. Koenig.*
- confervoides.* 56. F. frond. membranaceis linearibus compressis ramosis, fructif. sparsis sessilibus subrotundis. *Koenig.* Fucus verrucosus. *Gmel. fuc.* 136. t. 14. f. 1. Fucus filiformis teres ramosissimus. ramis simplicibus, vesiculis rotundis lateralibus. *Huds. angl.* 470.

flavus.

- flavus.* 57. F. spongiosus, ramis erectis subquingularibus laciniato-dentatis areolatis nitidis. *Suppl.* p. 452.
- pinnatus.* 58. F. caule repente ramosissimo, frondibus simplicipinnatis: pinnis obtusis aequalibus approximatis, fructificationibus verticillatis peltatis. *Suppl.* p. 452.

1206. ULVA. *Fructificationes in membrana diaphana.*

1632.

- pavonia.* 1. U. plana reniformis sessilis decussatim striata. Fucus pavonius. *Sp. v. 2. p. 1630.*
- umbilicalis.* 2. U. plana orbicularis sessilis peltata coriacea.
- intestinalis.* 3. U. tubulosa simplex.
- lumbricalis.* 4. U. tubulosa, isthmis intercepta. *Mant. 311.*
- compressa.* 5. U. tubulosa ramosa compressa.
- rugosa.* 6. U. tubulosa ramosa rugosa. *Mant. 311.*
- confervoides.* 7. U. filiformis articulata: articulis alternatim compressis.
- latissima.* 8. U. oblonga plana undulata membranacea viridis. *Frons magnitudine folii Musae.*
- Lactuca.* 9. U. palmata prolifera membranacea: ramentis inferne angustatis. Fucus scoparius. *Strom. fundm. 93.*
- papillosa.* 9. U. lanceolato-subulata undique papillis muricata. *Mant. 311.*
- lanceolata.* 10. U. lanceolata plana. Tremella marina porri folio. *Dill. musc. 46. t. 9. f. 5. Habitat in Oceano.*
- labyrinthiformis.* 11. U. cellulis labyrinthiformibus prominentisque clavatis. *Vandell. therm. 120. t. 2.*
- Linza.* 12. U. fronde oblonga bullata. — *Fl. dan. t. 889. M.*
- pruniformis.* 13. U. subglobosa solitaria intus succulenta.
- granulata.* 14. U. globosa farcta viridis — *Fl. dan t. 660. f. 2. M. Mant. 136.*

1207. CONFERVA. *Tubercula inaequalia, in fibris capillaribus, longissimis.*

1633.

* *Filamentis simplicibus, aequalibus, geniculis destitutis.*

- rivularis.* 1. C. filamentis simplicissimis aequalibus longissimis. — *Fl. dan. t. 881. M.*
- fontinalis.* 2. C. filamentis simplicissimis aequalibus digito brevioribus. — *Fl. dan. t. 651. f. 3. M.*

** Fi-

** *Filamentis ramosis, aequalibus.*

- bullosa.* 3. C. filamentis aequalibus ramosis, bullas aëreas includentibus.
- canalicularis.* 4. C. filamentis aequalibus basin versus ramosioribus.
- amphibia.* 5. C. filamentis aequalibus ramosis, exsiccatione coëuntibus in aculeos.
- littoralis.* 6. C. filamentis aequalibus ramosissimis elongatis scabriusculis.
- aeruginosa.* 7. C. filamentis ramosis mollibus digito brevioribus viridissimis.
- dichotoma.* 8. C. filamentis aequalibus dichotomis.
- scoparia.* 9. C. filamentis proliferis fastigiatis hirtis.
- cancellata.* 10. C. filis ramosis: filamentis alternis brevibus multipartitis digitatis.

*** *Filamentis anastomosantibus.*

- reticulata.* 11. C. filamentis reticulato-coadunatis.

**** *Filamentis nodosis.*

- fluviatilis.* 12. C. filis simplicissimis setiformibus rectis: geniculis crassioribus angulatis.
- gelatinosa.* 13. C. filis ramosis moniliformibus, articulis globosis gelatinosis.

***** *Filamentis geniculatis.*

- capillaris.* 14. C. filis geniculatis simplicibus: articulis alternatim compressis.
- corallina.* 15. C. filis geniculatis dichotomis.
- catenata.* 16. C. filis geniculatis: articulis cylindricis.
- polymorpha.* 17. C. filamentis geniculatis, ramis fasciculatis. *Fl. dan. t. 395.*
- vagabunda.* 18. C. filamentis geniculatis flexuosis, ramis ramulisque brevioribus.
- glomerata.* 19. C. filamentis geniculatis, ramulis brevioribus multifidis. — *Fl. dan. t. 651. f. 2. M.*
- rupesfris.* 20. C. filamentis geniculatis ramosissimis viridibus.
- aegagropila.* 21. C. filamentis geniculatis ramosissimis e centro confertissimis globum constituentibus.

1208. BYSSUS. *Lanugo* aut *Pulvis* simplicissimus.

1637.

* *Filamentosae.*

- septica.* 1. B. capillacea mollissima parallela fragilissima pallida. *Syst. nat. 235.* Byssus latissima, filtrum f. pan-

- pannum laneum simulans, filamentis tenuissimis non ramosis. *Mich. gen. 211. t. 10. Mucoris septici pessima soror. Varietas Agarici.*
- Flos aquae.* 2. B. filamentis plumosis natantibus.
- cancellata.* 3. B. filis exacte undique cancellata. Byffus cancellata. *Lederm. mier. t. 72. Habitat in aquis dulcibus; natans tamquam mucor virescenti-luteus.*
- phosphorea.* 4. B. lanuginosa violacea lignis adnascens.
- velutina.* 5. B. capillacea viridis: filamentis ramosis.
